2 aduerſus ipſum nō lucrātē. Pro declaratione huius †l. quæro, aliquis facit quietationē de pecunia ſibi debita, & promiſit vlterius nō petere ſub pœna, ipſe nō petijt, ſed ꝓcurator eius generalis: an cōmittat pœna? Videt q̄ nō: qa nō venit in generali mādato: vt l. ſi ꝓcurator. cū ſi. de cōdi. inde. Et hoc puto verū, ſi qs ageret ad pœnā, tāq̄ dñs petierit, vel petiſſet. ſed ſi qs ageret ex alio capite tacitē intellecto, ſ. qa debuit curare ne peteret, ſ. ab ipſis, quos ipſe poterat ꝓhibere, vt à ꝓcuratore, vel à ſimili: tūc pœna cōmittit, & exigi poſſet. Caſus eſt hic, & §. l. proxi. §. in hac. & ibi dixi. & gl. & Linter ſtipulantē. in prin. ſecdm ſol. Io. j. e. Nā eſt quaſi in culpa q̄ ꝓcuratorem nō monuit, ne à tali peteret. Et idē in ſimili, vt §. mā. l. ſi fideiuſſor. §. j. cū ſi. Et prædicta vera in obligatiōe, vbi ipſe tacitē vel exp̄ſsē eſt obligatus curare, &c. vt hic: alias ſecus. Tūc enim requiritur q̄ habeat facultatē prohibendi eo tpe, quo aliquid illicitū fit: vt in l. in delictis. in prin. & l. iij. de noxa. ſecus ſi nullū haberet mādatū. j. rē ra. ha. l. ꝓcurator. Vel dic ſi eſſet procurator ſpecialis ad hoc, vt non dicat cōtra illū facere, ante cōteſtationē debet dñs ſibi denūciare: vt d. l. ſi fideiuſſor. §. i ſi generalis: & tunc idē in his quæ ipſo facto expediunt: vt §. l. ꝓ

3 xi. §. in hac. In his †quæ expediuntur in iudicio, ſatis videntur prohibere re ipſa, ſi facit ne inſtrumēta ad procuratorē ipſum peruenianr: arg. j. rem ra. ha. l. amplius. & hoc plus placet.

1 *Verba dubia in ſtipulationibus conuentionalibus interpretantur ex mente contrahentium: in prætorijs ex mente prætoris.*

2 *Stipulationes prætoriæ, ſi aliquid additur, vel detrahitur, an dicatur conuentionales, vel remaneat prætoria.*

3 *Stipulatio quæ ab inuito extorquetur, dicitur prætoria.* 52.

IN conuentionalibus. Secundū opinionē quā puto verā

1 rē. h. d. Verba †dubia in ſtipulationibus cōuēctionalib' interpretātur ex mente contrahentiū: in prætorijs ex mente prætoris. h. d. Ibi dāt. ſubaudi. & ideo eorū mens in ambiguo ſermone ſeruatur: vt §. eo. l. eum qui. in prin. de re. iur. l. ſemper.

Ibi

Universidad de Deusto

Ibi:detrahere subaudi,per interpretationem verbi ambigui: quia eorum mens interpretata est à prætore. secundũ qd ex gl.possum colligere,habet duas lect.vnã in stipulatione inter posita:aliam in stipulatione interponenda.secdm primã opp.j. de pto.stip.l.j.in fi.Solu.non licet detrahere sine licentia ptoris viui,vt remaneat prætoria:sed transit in cõuentionalẽ. At hic volebat detrahere per interpretationẽ verbi ambigui, quod volebat interpretari secũdum mentẽ ipsius stipulãtis,vel pro mittentis:qd quidẽ non licet:quia debet interpretari ex mẽte prætoris,vt hic,et in cõtrario. Alius ergo est modus cõclu dendi,quãdo petitur declaratio verbi ambigui in stipulatiõe prætoria,alius in cõuentionalibus:quia hoc posset principa liter peti.dixi in l.stipulatio ista.§.in stipulationibus.s.eo. Se cundo modo legitur in stipulatione interponẽda: tunc opp. de l.j.§.stipulatio duplæ.infra de præto.stip.Sol.non licet ad dere,vel detrahere,vt remaneat prætoria:quia efficitur cõuẽ tiõalis:ar.s.de iust.et iure.l.ius ciuile.alias nõ licet addere,vel detrahere de necessitate:sed ex partium cõuẽtione sic.et hæc
2 est vera. Sed quæro†,cũ additur,vel detrahitur,an remaneat prætoria,vel efficiatur cõuentionalis? Quicqd hic dicat gl. tu dic,aut additur,vel detrahitur aliquid circa id,qd non erat ab edicto prætoris mortui limitatum.vel alia lege:sed erat in iu dicis cognitione positum:et tũc remanet prætoria:qa hoc fit de mente prætoris. Quid enim aliud agit prætor,nisi vt par tes cõponant:vt l.j.§.post operis.s.de ope.no.nun.et est tex.in l.si finita.in prin.supra de dã.infec. Aut additur,vel detrahit, circa illud quod à prætore est limitatum:et tunc aut talis adie ctio.vel detractio,inducit diuersitatẽ in qualitate obligatiõis & tunc efficitur cõuẽtionalis:quia alia res est:vt l.j.§.si qs sim pliciter.supra.e.et qd distinxi ea.l.§.fi. Aut in qualitate non in ducit diuersitatem,sed in quantitate vel alterius rei adiectiõe: & tunc remanet prætoria,vt patet in adiectione pœnę:vt l.fi. infra de præto.stip.facit supra.l.j.§.si stipulãti.et qd distinxi in
3 fi.l.j.†Quæro,qualiter hoc intelligatur,prætoria? Dicit Dy. omnis, quæ ab inuito extorquetur:vt l.j.infra de præto.stip. quod satis placet.

1 *☞ obligatio,qua tenetur uenditor,non continet merum factum,sed mistum.*

Si quis uacuam. Promissio traditionis vacuæ pos sessionis,non continet nudum fa ctum,sed cãm bonorum.h.d.Ibi:causam.subaudi, necessariã consecutiuam traditionis,quæ est dominium,si tradens erat dominus vel vsucapiendi conditionem,si non est dominus. Opp.de l.si rem tradi supra eo. Timore huius cõtrarij ista lex habet plures lec.vna quod hic intelligatur cã bonorum,i. inte resse. Ad istam opp.de l.iij.§.j.de act.emp. Item opp. de l. si stipulatus.s.de vsu.Sol.vt in gl.et plenè dicã infra eo.l.si fi lius.§.j. Secundo modo legitur,q exponatur cã bonorum, i.dominium.vel vsucapiẽdi conditio,tunc ob.cõtrarium. Rñ. quia aut præcedit contractus,ex cuius natura quis tenebatur ad translationem dominij,si est dominus:vel vsucapiendi cõ ditionem vt cõtractus emptionis,et venditionis:vt l. ex em pto.in prin.supra de act.emp.et procedit ista lex. Aut talis cõ tractus nõ pcedit:& tunc secus:vt d.l.si rem tradi. Ex quo no
1 ta†q obligatio qua tenetur venditor,non continet merũ fa ctum,sed mistum,vt hic patet. No.gl.in l.certi conditio.in pri ci.s.si cer.pet.et dicam latè in l.stipulationes non diuiduntur.

STipulatiões cõmodissimum. 53. Clausula generalis non refertur ad specificata. 54.

IN stipulationibus. Stipulatio specierũ diuiditur ĩ quotas:sti pulatio generum diuiditur numero.h.d.

Operarum. Stipulatio plurium operarum diuiditur numero:secus si vna opera.h.d. Opp. de l.stipulationes non diuiduntur.j.eo.Breuiter,opera nõ di uiditur,sed æstimatio sic.et illud contrarium examinabo in l. stipulationes non diuiduntur. 55.

GVm quis sibi. Hæredi adiecto non potest solui.h. d. Et rõ est:quia in e dicto est merum factum:nec aliquid iuris sibi acquiri tur. Videbis in l.Iul.infra eo.tit.Præterea,assimilatur manda to:vt d.l.Iulianus.§.j.et sic morte mandatarij finitur.

FVm qui ita. Qui stipula tur sibi alij & decem, de eisdẽ decem, non de alijs intelligitur.h.d.

Te & Titium. Expressio futu ri hæredis nihil operat:& perinde habet, ac si expressus nõ esset.h.d.iste.§. Vel sic nõ põt cõtrahẽs vnũ ex pluribus hæredibus cõtrahendo grauare.h.d.& habet.§.iste altã materiam nõ explicãdã hic,sed.j. eo.l.cõtinuus.§.vlt. vñ nõ põt cõtrahẽs vnũ ex hæredibus gra uare. Opp.s.de pac.l.auus.So.in cõtra rio multũ glos.in uoluit se. Breuiter ibi in pacto liberatorio:hic ĩ obligatorio. Sed vr hoc cõtra.ibi:& quãuis cõuenisset. &c. dic ibi ex postfacto: hic in ipsa obligatiõe.

Op.de.l.cõtinu⁹.§.fi.j.e.Sol.vt ibi dicã.

1 *☞ Solui quando possit adiecto ad obligationem.*

2 *Solui quando possit monacho, vel procuratori, ex promissione eis facta.*

Qui sibi aut filio. Adiecto ad solu tionẽ etiã post emãcipationẽ potest solui: secus si adijciatur ad obligationẽ.h.d. Opp.de.l.cũ quis.j.de
a sol.Solu.ibi cõditio mutat in deterius:hic in melius.ª Opp. de.l.Caius.in fi.s.sol.mat.vbi adiectus est ad obligationẽ p dictionem aut:& sibi potest solui & sic opp.duobus modis. Pri mo:quia adiecto ad obligationẽ per dictionẽ aut,potest solui: hic secus.Solu.hic adijciebatur ad obligationẽ quærendã alte ri:ibi ad obligationẽ quærendã ipsi adiecto. Secũdo opp.quia p dictionẽ aut,vr adijci ad obligationẽ qd vr contra hunc tex.
1 Sed dic,† qnque stipulator adiũgit sibi aliũ in obligatione,per coniunctionẽ copulatiuã: & tũc pro sua parte valet obligatio: & ille habet ac si non esset adiectus,vt.j.eo.l.si mihi & Titio.& hac.l.in prin. Quãdoq; adijcitur per cõiunctionẽ alternatiuam aut:& tũc aut præcedit persona stipulatoris,& sequitur perso na adiecti:& tũc vr adiectus vt possit ei solui,siue sit filius, siue nõ,vt hic. Aut præcedit psona adiecti,& sequit psona stipula toris:& tũc aut potest sibi quæri actio: & vr tũc ad obligatio nẽ adiectus. Aliàs si non põt sibi quæri: tunc sibi solui põt:vt.l Caius.in fi.s.solu.mat.& j.de stip.ser.l.j.§.pe.& ibi habet,q idẽ est in dictione vel,qd in dictiõe aut,quãtũ ad ppositũ: Opp. j.de stip.ser.l.sed & si ita.Sol.hic primo quis stipulatur sibi. & ali⁹ adijcit p cõiunctionẽ aut:secus si duobus alternatiue stipu let,vt in cõtrario.vide tex.hic. Et opp.qn ex psona filij que rit actio patri:tũc filio põt solui:vt.l.qd seruus.s.depo.de pac.l si vnus.in prin.Solu.Quandoq; ex psona serui,vel filij acquiri tur nobis obligatio,sine aliquo nostro facto:& tũc loquuntur contraria.Quãdoq; acquirit nobis interueniente facto nostro:
2 tũc loquitur hic. Et ex hoc† apparet solutio quæstionis:pro
b misi monacho[b],an sibi possum soluere? Et dic q si facto suo ac quirit obligatio Abbati.sine facto Abbatis, ei potest solui: vt ex prædictis apparet. Idẽ dico in procuratore.Nã si quis pecu niã mutuo accepisset à procuratore,vel cũ eo aliter cõtraxisset, nullo actu domini interueniẽte,posset procuratori soluere:arg. expressum.j.de sol.quod seruus,Sed quando interueniẽte actu domini,puta quia actionem iam quæsitã domino deduxit in iu dicium,& fecit reum condemnari: non potest procuratori sol ui:vt.j.de solu.l.hoc iure.cum simili.

1 *☞ Tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*

2 *Tempus appositum in stipulatione,quando dicatur adiectum causa limitandæ obligationis: vel causa differendæ solutionis.*

3 *Si promittis mihi.x.quoad viuã,si sum pauper, videtur facta promissio causa alimentorum,& stipulatio dicitur annua.alias secus.& debetur donec viuam minutatim.*

4 *Exceptio quæ inest obligationi, vel actioni intentatæ, an debeat opponi per partem, an vero satis sit quod in allegationibus deducatur per aduocatum.*

5 *Debitor in die conuentus ante diem,si non apponat,an sibi præiudicet.*

Qui ita stipulatur. Obligatio sui natura est per petua & non finitur tempore
c ipso iure:etiã ex partiũ cõuentiõe.sed ope exceptionis[c]. quod tribus probatur exemplis.h.d. No.q in initio temporis põt
1 peti. †No,q tẽpus non est modus tollendæ,vel inducendæ

a ¶ Hic in melius. Adde qd Alex.contra.p casum in.l.si is q rem.§.Iul.j.de fur. & Instit. man.§. & huic.& in.l.si qs seruo.j.de sol.vbi habe tur,q etiã si mutauit statũ in melius,puta de seruo efficiatur li ber:p hoc reuocatur mandatũ.& hoc di cit tenere Bart. & a lios ĩ.d.l.si qs seruo. Bal. in.l. mãdatum. C.mandati & cum hac opi. transit.

b ¶ Monacho. Limita vt hic per Alexã. POMATES.

c ¶ Ope exceptionis. Aduerte q q emit cũ pacto de retrouẽdẽdo ĩtra certũ tps, qd illo elapso ampliùs nõ tenet illo iu re retrouendere, & est liberatus. tex.est in.l.ij.per quẽ cõsu luit Ang. cõsi. suo

Universidad de Deusto Biblioteca

exceix.inc.fē q emit. C.de pac.inter emp. & vēd.& est bonus text.in.l.si à re, aliis fine.eod.ti.Item aduerte, q partiū conuēctione finiret ipso iure, qū hæredes, ad quos transire debet, desinerent interesse. Iste est tex.quem ibi pōderāt Tortus & Decius in.l.ex conuēctione de pac.& vide Berā.in.c.ad nostrā. in fin.de emptio. & Sozi.cons. ccxlj.col. xv.ad fi.& seq.

P. PAV. P.

a ¶ Sed vnum est dubiū. Vide circa hæc Ange. consil.ccxvj. inci. Titius requirit.

b ¶ Causa differēdę solutiōis. Adde q hic sequitur Ang. Imo. Pau.de ca.& Alex.

c ¶ Moueo . Vide Bar.in.l.recta.si cer. pet.& in.l.exceptione.C.de pba.Bald. ibi addit qd poterit actor cōdemnari ad duplicatas inductas. vide d. Ant.Ioā. de Imo.& d.Abb.in.c. exceptionē.de exce. vbi transeunt cum Bart.sed Sali.in.d.l. exceptionē. aliter loquit.vide oīno Bal. & Sal.& Ang.in d. l.recta. vbi transeūt cū Bart.sed Pau. de ca.& Lu.Ro. ibi cōtradicūt. vide Lud. Ro.in cōs.lxxiiij.inci.i cā notabilis.vbi pulchre loquit quo ad istum casum Bar. vide Lud. Ro.in cōsi.ccxlj. vide Bal. in l. ordinarij. ad fi.C. de rei vēd.vbi dicit idē in replicatiōe.di xi i.e.fi.de ordi.cog.

P OMATE 8.

d ¶ Quia ipsi actioni. Quādo actio habet in se exceptionē, nō est necesse q contra eam opponatur ipsa exceptio. de qua decisione, vide aliquid per d. Alex.in l.qui Romæ .§. duo fratres.& in.ij. solu.gl. ad.l.qui cum tutoribus.j.eo. titu. & ad verbū facit qd not. Bar.in.l.post diuisionem in fin.C.de iur. & fac.igno. & vide Ro. consi.xlij.versi. iij.hoc idē. & Ij,& Barb. xviij. colū.ij. vol.j.& xxxvj. col. viij. vol.j.& Rom. lxxvj.col.fi.& ccxliij.& Imo. cxxxvj. & vide Bar.& quæ ibi posui in l. exceptionē.C.de proba. & do. Alexā. consi. cxix.col.j.volu.j. & etiam Iaso.in l.filiæ. de colla.& vide non ab re Rap.Cu.in.l.j. in princip.j.de oper. no.nun.vbi dicit,q nunquam videt remota exceptio, quæ ex euidētia facti colligi potest. & Fely.

obligationis:vt.l.obligationū fere.§. placet.§.tit.j.& l.nemo potest.§.de leg.j. Habeo istū.§.,p subtili.& aduerte. Opp.§.eo. l.q hoc anno. Solutio.ibi adiectū fuit tempus cā differendæ solutionis: hic causa limitandæ obligationis,eo qd dixi, quoad vitam. Itē causa multiplicādæ obligationis.eo qd intelligit annuū,vel menstruū: vt j.dicam. Et hoc vult dicere glo.sup ver. consestim.& bene. Opponitur de.l. lecta.§.si cer.pet.Solu.ibi tēpus fuit adiectū executioni:hic obligationi. Extra glossam opponitur,dicitur in.l.nostra,post tēpus petere non possum,&c. Contra de.l. si mandato Titij.§. Paulus respōdet.§.māda.vbi post diem videtur posse peti. Dyñ. format illud contrarium,& soluit bene,q ibi tempus fuit adiectum causa solutionis differendæ:hic causa limitandæ obligationis.& illud est verū. Sed vnū † est dubium

a [a] qñ dicatur tps adiectū cā limitandæ obligationis,& qñ cā differēdę solutionis. Dicā latissime. Qñq; dies apponit cōditiōi: & tūc aut dies apponit cōditioni affirmatiuæ:& tunc vt̄ appositū cā limitādæ obligationis:& conditio venies intra tps facit cōmisti obligationē:secus si veniet post tēpus:vt.l.damni.§.Sabini.§.de dam. infec. Quādoq; apponit conditioni negatiuæ: & tunc vtrū videatur adiectū causa limitādæ,vel causa differēdæ,vidistis §.eo.l.in illa.& l.hoc iure.§.eo. Qñq; dies apponit dispositioni: & tunc aut dies apponitur dispositioni,per hanc dictionem ex,vt ex die calendarū:& tunc videtur appositum causa differēdæ solutiōis:vt.l.obligationū fere.§.j.j.rñ.§.ti.j. Aut apponitur p dictionē ad,vel p dictionē quoad, vel quousq;, & si.tūc aut precedit obligatio,in qua adiectū est tempus cā multiplicandæ obligationis:& tūc causa limitādæ obligationis vt̄ facta:vt promittis mihi dare x. annua quoad viuā:vt hic in.§.nō. Aut præcedit obligatio simpliciter,& tūc aut obligatio continet aliqd qd habeat cām successiuā, vt pacti:& tūc vt̄ apponi cā limitādę obligatiōis,vt hic. vlt.rñ.& l.iij.de serui. Aut cōtinet aliqd qd cām habeat momētaneā:

b & tūc cā differēdæ [b] solutiōis vt̄ facta,nisi in cōtrariū agāt contrahentes,q cā limitādæ obligationis fiat:vt l.obligationū fere. §.j.ij.rñ.& ibi no.§.ti.j.& l.si mandato Titij. §. Paulus rñdit.§.mā.& j.,pxi.§.& j.eo.l.ad

2 diē.& C.eo.l.magnā cū si. Quæro, † promittis mihi dare x.quoad viuā:qd est hoc dictū. Intelligitur ne de vna,i.semel.x.tantū,aut de x.annis? Tex.hoc non declarat: sed gl.j.dicit mēstrua.& habemus tex.§.de an.leg.l.legatū.vbi dicit,q debemus intelligere annua. Pet.nō hic, sed alibi dicit, q in stipulatiōe nō debet intelligi de annuo. & sic in l.legatum. est speciale fauore vltimæ voluntatis. Facit.l.pe.eo.tit.de ann.le. & glo. videtur sentire in l.legatum. Quid dicemus? dubito in hoc,sed reducerem me ad tex.in.l.cū hi,§.si in annos.§.de transac. vbi dicitur,si est persona pauper,tunc præsumitur causa alimentorum:sed si non est persona talis,secus. Ex hoc dico, q primo casu,quando pro alimentis,præsumit annuū.aliās secus,sed videtur q aliquid det annuatim,donec viuat minutatim: ita q in summa ascēdat dictam quantitatē: vt.l. si cū præfinitione.in prin.quando di.le.ce. facit quod dixi.§.eo.l.si Stichū.§.j. Mo

c ueo [c] tibi vnum dubium: † hæres egit:non

4 fuit sibi opposita exceptio pacti: modo in allegationibus dicitur allegando, q sibi obstat exceptio:an sufficit? Et hic text.vt̄ requirere,q opponat exceptio. Dico sic. Qñq; exceptio inest ipsi obligationi,vt in pactis incontinēti appositis,vel in pactis quæ tacite intelliguntur:vt l.lecta.§.dicebam,§.si cer.pet.& l.iuris gentiū.§. quinimo.§.de pac.& in his nō est opus, q pars

d opponat:quia ipsi actioni [d] inest [e]:& sic a-

e ctor proponendo actionem, proponet cā cum exceptione,quę sibi inest sui natura. Vnde ipsius actiōis expressio sufficit aduersario. Simile.§.de iureiur.l.si duo patroni.§.si quis iurauerit. & §. Marcellus. & ideo hic sufficit hoc allegare tēpore allegationis. Quādoq; exceptio nō inest obligationi,sed venit extrinsecus,vt est exceptio pacti postea facti,& oīs exceptio quę partiū cōuēctione nō venit:vt exceptio metus & erroris,& similes:& tunc est necesse q

f opponantur [f]:vt Insti.de exceptio. per totū.& §.mā.l.si fideiussor.§.quædā. cū simi.

5 † Item quero debitor in diem potest cō ueniri ante diem,sed ob. exceptio : an habeat necesse opponere? & si quidē pactum de dilatione fuit factum, post ex interuallo debet opponi:vt Insti.de excep.§.temporales.Si vero ab ipso initio fuit dilatio cōstituta,adhuc debet opponi exceptio, vt l.exceptio.C.de proba.aliās sequeretur cōdemnatio. Et aduerte: quia condemnatio sequeretur ad quantitatem soluendam tempore debito:non statim. Ratio:quia ista dilatio inest obligationi ad differēdam solutionem:vt.l.j.§.diem.§.de edendo.eadem ratione solutio differtur,etiam si non opponatur:sed quo ad impediendum iudicium,quo sequitur absolutio , quasi male agat ante diem hoc non inest: Oppo.enim ad processum, non obligationi.Facit ad prædicta quod not.per Innocen.extra de except.c. pastoralis. Ex prædictis intelligis quid est dictum pactum inesse,vel non inesse,tu, qui nunquam intellexisti ante.

etiam non ab re in c.ad hæc,col.ij.de appel.& Bald. in e. de restitutis.extra de testi.& Ro.consi.cccclxxij.vbi dicit, ponendo pulchrū exēplum,quod nunquā intelligitur remota exceptio,quæ descēdit ex eodem fonte quo descendit petitio.& Barb.in.c. super eo.col.fi.in prin. de offi.dele. vbi etiā ipse tenet hæc. & late etiam ad hoc do. Felis.in c.ex parte.col.iiij.in ver.x. fallit.de offic.dele. vbi etiam ipse,& in pulchro casu Sozi.consi.lxvj.colū.vij. vbi dicit,exceptio simulationis, quæ est in instrumento præsumpta, non est necessaria apponi.

e ¶ Inest. Adde quod per hoc voluit Roma.consi.lj.

f ¶ Quod opponantur. Contrarium tenet Bar.in.l.si vnus. §.pactus ne peteret. ī.de pact.

Qui ita stipulatur, ante calendas.

Opp.de.l.si ita fuerit libertas.§.de manu.test.Glo.dat tres solutiones neutra est bona. Dic,debet intelligi ante calendas,i.finitas,& dic vt dixi in.l.qui ante.§.eodem.

Si a te stipulatus.

Et breuiter hoc dicit.Quod solutum non inducit liberationem, illud promissum non inducit nouationem. Item solutione totius liberatur debitor partis h.d. Opponitur quod fiat nouatio:quia stipulatur partem eius,quod peruenit in primam obligationem:ergo &c.vt Instit.quib.mod.tol obliga.§. præterea. Solue vt in gloss.& plene dicam.j.eodem l.qui vsumfructum.

Secundo opponi. de l.is cui.§. de actio.& obligat. Sol. hic quælibet promissio erat ex causa lucratiua,secus si vna ex causa lucratiua,& alia ex causa onerosa:vt in contrario.hic videtur formari libellus , vt petatur vsusfructus.Contra:quia imo potest petere totum fundum:vt j.eodem.l.Iulianus.§.j.& l. etiam. infra de solutio. Dicit glo.fateor contrarium,quod non possit petere vsumfructum.Contrarium no.supra de leg.ij.l. Meuius. §.fundo.scilicet quod solus vsusfructus petatur.& hoc tenet Dyn.per hunc.§.& per.l. non quocunque.§.fundus. supra:de legatis primo.Ad leg.Iuliam.§.primo. & ad.l.etiam. Dyn. respondet.hic soluta est pars rei,scilicet proprietas: ideo alia pars petitur,ibi tota res erat soluta,sed deficiebat aliquod ius extrinsecum : ideo petitur totum.Simile vidistis in.l.si stipulatus.§.primo.j.de solutionibus. Sed istud dictum videtur contra l.si ita stipulatus.§.Titius.j.eodem.dicit Dyn.quod non contingit liberatio in aliqua parte:sed in parte soluta est in pendenti: ideo petere non possum nisi partem:vt l.secunda.§.primo.§.eodem.

Universidad de Deusto Biblioteca

dem.& l.si nõ sortẽ.§.si decẽ.supra de condict.indebi.& text. hic quia nec soluendo,&c.licet gl.dicat ꝙ contingat liberatio in dicto §.fundus.& malè.Sed quæ est rõ,ꝙ si debeo fundũ, & soluo medietatẽ:tunc cõtingit liberatio in medietate:vt d. l.si stipulatus.§.primo.sed si soluo proprietatẽ nudam,non cõtingit liberatio in aliquo.Ratio est:quia obligatio fundi quo ad solutionem bene est diuidua per quotas:sed diuidendo in proprietatem,et in vsumfructum,tunc est indiuidua. Rõnẽ huius collige ex his quæ dicam in l.stipulationes non diuidũtur.et patet in text.infra eodem.lege,si ita stipulatus.§.primo. quia non affert tantam vtilitatẽ in parte,respectu partis quãtam in toto respectu totius.

1 ☞ *Debitor sub conditione non potest in mora constitui negligendo,sed faciendo sic.*
2 *Stipulatio sequens,quando tollat effectum moræ præcedentis stipulationis.*
3 *Liberato principali acceptilatione,non liberatur ille qui promittit animo nouandi.*

Si hominem. Iste §.solet videri horribilis scholaribus,nec posset extrahi ĩtellectus.Sed aduerte:stipulatio cõditionalis animo nouandi,moram pręcedentem non purgat,& cum certum est secundam stipulationẽ cõmitti nõ posse statĩ potest agi ex prima:et re deficiẽte in conditionis euentum, secunda committi non potest: secus si extat,licet prima obligatio sit sublata.hoc dicit. casum pone sub nube. Opp.stipulatio sequens purgat moram præcedẽtem:vt l.quoties.versic.vnde Marcellus.j.de noua.ergo hoie mortuo promissor non tenetur:vt l.si ex legati causa. ſ. eodẽ. Solu.Huius timore lex ista habet duplicem lecturã. Vna lectu.est, ꝙ mora fuit cõtracta per Titium,post stipulationẽ animo nouandi interpositã.& sic fatetur,quod prima fuit purgata:sed propter nouam moram tenetur.Sed contra de l. pecuniam supra si cer.pe.vbi sub contraria conditione tenet ex prima obligatione:ideo mora post secundam non potest cõmitti:quia ibi nulla potest esse peritio:vt l.nulla.infra de reg. iur.& l.si pupillus. infra eodem.Solu.Dicunt quidam,quod mora non potest contrahi negligendo:sed contrahitur faciẽdo,scilicet occidendo.Contra:quia dicit text. quod decessit post moram:sed si ponis moram præcedere casum:tunc decessit propter moram,& in ipsa mora.Gloss. volendo sustinere dicit quod primo eum vulnerauit, & postea eum occidit.& vide istam lectu.in glos.ibi:alij quod hic,&c.vsque ibi: tertij. & ad hoc tendit infra ea.gloss.ibi:vel dic,&c.in ver.item oppo.quia pendẽte,&c.ibi:vel dic,ꝙ hic postea, &c.Et ista sol. videtur vera in se, sed continet magnam diuinationem. Alij respõdent,quod non potest esse in mora. Verum est,si quidem ipse promittit:secus si alius. Et vide gloss. ibi: versic. illud quando.&c.Sed certè text.est quod non refert siue ipse,
1 siue alius:vt l.pecuniam.supra si cer.pe. Et ex hac lec.†sustinẽda habes notare, ꝙ debitor sub cõditione nõ põt constitui in mora negligendo,sed potest constitui faciendo.et tenemẽti:quia vera est in se,tamen quia continet diuinationem, ideo secundo modo legitur,quod ante secundam stipulationem interpositam fuit mora contracta:contra,stipulatio sequens animo nouandi interposita,tollit et purgat,pręcedentem moram vt leg.quoties.versic.vnde Marcellus. infra de nouat.Modo si est purgata,tunc interitu speciei liberatur:vt leg.si ex legati.supra eodem.Huius timore contrarij ista lect. subdiuiditur in duas.Vna est,quod secunda stipulatio non fuit animo nouandi interposita,vt in prima gloss.parua,super verbo promiserit,& in magna gloss.ibi,tertij quod hic: sed ista est vera in se: sed si non est facta animo nouandi,non refert, siue Stichus viueret,siue non,quia ex prima posset agi. Sed illud esset contra text.istum,qui innuit quod non potest conueniri, nisi post mortem,si non esset nouatio ante conueniretur, vt leg.scire debemus.§.finali supra eodem. Si ergo legitur alio modo quod stipulatio fuit interposita animo nouandi.Et pro solutione contrarij,dicit glossa,quod hic fuit actum tacitè,ne mora præcedens purgetur,cum promittens voluit prouidere creditori,non reo promissori,quia non ratione promissoris fuit interposita.Et vide in gloss.in princip.vsque ibi, alij. & dum dicit gloss.hic pro seipso,&c.colligitur ,quod voluit purgare moram,propter ipsum debitorem,sed propter creditorem,& eius contemplatione. quæ lectu. videtur vera, & notabilis,& probatur ex text.quia si promisisset quasi fideiubendo,primo liberato per acceptilationem liberaretur secundus:qui vt fideiussor intercedit:vt l.& per iusiurandum.§.& si fideiussor.j.de acceptil.& l.iiij.§. nunc de effectu.ſ. de lib. legat. In dubio puto fauore debitoris promitti:vt.l. fideicommis.§. interdum.ſ.de lega.iij.Quod patet:quia habet contra eũ actionem neg.gest.vt l.soluendo.ſ.de neg.gest.& j.de solu.l.solutionem.& quod in eis no.facit.l.stichum.§.fi.j.de noua. Alia solu. est,quod fuit actum expresse,quod non tolleretur prima mora.& vide glos.ibi:quarti respondent,&c.& istam tenet Dyn. quæ licet sit vera in se,continet tamen diuinationem. Quæ est ergo vera sol:dic,ꝙ præcedens.Vel dic secundũ Iaco.de Aret. & Pet.& And.de Pis.& do.Ray. ꝙ sequens stipulatio conditionalis animo nouandi interposita re absente,non purgat effectum præcedentis moræ.secus si esset res præsens:vt l.quoties. versi.vnde Marcellus.j.de noua.& ibi glossa tangit istam solut.

Sed contra de l.parui.ſ.de condi.fur.Solu.ibi fuit stipulatio animo nouandi facta pura:secus si conditionalis,vt hic.Et hoc modo debet intelligi.j.de solu.l.qui decem.§.si cum mihi Sti-
2 chum.& ista solut.est satis nota. Reassume † ergo tria,cum quæris:vtrum sequens stipulatio purget effectum præcedentis moræ:distingue.Aut stipulatio interponitur animo nouandi,aut non.Primo casu aut fuit actum tacite,vel expresse,quod effectus præcedentis morę non tollatur:& non tollitur,vt hic, secundum vnam lec.quam tenet Dyn.Aut nihil fuit actum:& tunc aut erat pura secunda stipulatio:& tunc prima mora tollitur:vt l.parui.ſ.de condi.fur.Aut conditionalis secũda:& tunc aut res erat præsens:& tollitur effectus præcedentis moræ: vt l.quoties.ver.vnde Marcellus.j.de noua.& j.de sol.l.qui decẽ §.si cum mihi Stichum.secundum vnam lec.moder.doct. Aut non erat præsens:& tunc non tollitur,vt hic,secundum veram opinionem. Secundo casu quando non animo nouãdi: Aut est res præsens:& non tollitur:vt l.qui decem.§.si cum mihi Stichum.j.de solu.secundum lec.positam in l.parui.ſ.de cõdi.fur. Et circa hoc plenius distingue vt j.de noua.l.si rem.in princip.
3 † Vltimo no.ꝙ liberato principali acceptilatione, non liberatur ille qui promittit animo nouandi.quod intellige vt ſ. dixi. 57.

Si quis. Effectus obligationis conditionalis transit ad hæredes.h.d. Opp.ſ.eo.l.si decem cum petiero.Solue vt ibi dixi.

1 ☞ *Dictio sed, aduersatur ad præcedentia,*
Nouatio,quando locum habeat:& in eius materia tria iura considerantur.
2 *Vsusfructus,an & quomodo sit pars fundi.*
3 *Totum integrale quid sit,& quid totum vniuersale.*
Dominiũ pro dominio pleno,pro proprietate, & pro Vsufructu & pro Vsu accipi põt.
Omnis habens ius in re,potest dicere,habeo dominium.
4 *Iter an sit pars actus,& quomodo.* 58.

Vi usumfructum. Si secunda stipulatio continet plus quam prima,præsumitur nouatio:secus si minus, nisi actum sit expresse.h.d.ista lex. Opp.j.de fideiusso.l.si à reo.Solue vt in gloss.Oppo.de l.qui bis.ſ.eodem.Gloss.fatetur contrarium ꝙ valet secunda:licet ob.exceptio.Tu dic,vt ibi dixi,ꝙ non valet,nisi sua intersit. Opponitur.C.de noua.l.fina.Instit.quib. mod.tolli.obliga.§.præterea.vbi videtur ꝙ debet fieri nouatio. Sol.Dicunt quidam,fateor,ꝙ fit nouatio quando secunda stipulatio interponitur super eodem iure,vere,vel interpretatiue: vt ibi.secus si super diuerso omnino.Vnde dicunt quidã,quod in primo casu huius.l.quando primo stipulatus fuit fundum.secundo vsumfructum,quia vsusfructus est pars fundi, interpretatiue fit nouatio. Item quando stipulatur primo x. deinde.v. quia ista sunt vere pars,fit nouatio.Secus quando primo actũ, secundo iter:vel primo vsumfructum,secundo vsum:quia ista non sunt vere pars,nec interpretatiue.Ista recitantur hic in vltima mag.glossa.& hoc videtur probari ex tex.ibi:sed qui actũ
1 &c.Natura enim † huius aduersatiue sed.est aduersari ad præcedentem:vt l.ij.& no.ſ.ne quis eum qui in ius voca.& de peti.hęredi.l.sed & si lege.in prin.& ſ.de dam.infec.l.hoc amplius.§.de his autem.& ibi not.Hæc opi.est falsa,primo in exemplo de x. & v.vt hic patet in tex. Item in exẽplo de fundo & vsufructu, est contra casum l. eum qui ita.§.penul.ſ.eo.Item prædicta sunt contra casum.ſ.eo.l.scire debemus.ij.respon.vbi non fit nouatio, si secunda continet tantundem vel minus:secus si plus. & hoc vult dicere iste text. Nec obst. dictio aduersatiua sed: vt

Universidad de Deusto Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

a ¶ Nullo mō fit nouatio. Adde Ro. conſi. cxxj. poſt Alex. hic, cui etiā adde inquantū loquit de campſore, vnum verbum per Bal. eius conſil. ccxix. iij. lib. & idē quod hic tenet Alexā. in. d. l. delegare. de nouatio.

b ¶ Morā. Adde Iac. Bur. idem tenentem in. l. mora. ī. de vſur. Bart. in d. l. ſi ita ſtipulatus in iij. q. prī. Bal. in l. quod te. ī. ſi cer. pet. & in l. ſi poſt tres. ī. ſi quis caut. & limita vt ibi.

c ¶ Stipulario. Vide Bar. in conſi. ſuo lxxij. inci. ex facto proponitur q̄ nobiles. vbi pulchre loquitur. And. Barb.

d ¶ Non valet. Adde poſt Alex. q̄ multas concordantias alle. Bal. cōſi. cxxxiij. iij. li. & Pau. de Caſt. cōſi. lvj. Ro. plenius loquētem in hac materia eius cōſi. clxxj. vbi dicit hāc eſſe cōmunē opi. licet Old. conſi. mihi. cxiiij. teneat cōtrariū. & inquātū Alex. ſubdit, q̄ hoc nō haberet locum in legato facto prædicto mō: adde q̄d idē cōſuluit Ro. conſi. cexciij. Et inquātū etiā tangit, an iurās nō reuocare teſtamentum dicatur periurus, adde quod Abb. cōſ. xlix. in vltimis verbis, tenet opi. Bar. Sed Canoniſtę & Bal. cōſ. ccv. tenēt idē in vo. Old. conſil. ccxxvij. dicit laudare, quod qui fecit teſtamentum, & iurauit non reuocare, quod teſtetur inſtituendo filios æqualiter, vt ſe conformet iuramento, & pacto malo præter quam in patre, dicit puto non periculo carere. Pau. de Caſtr. prædicto conſi. videtur tenere q̄ ſit periurus.

glossa hic posita dicit. & bene. Qualiter ergo respondetur ad §. præterea. & ad l. ſi. vbi dicitur, q̄ iſto iure fiebat nouatio. ſi addebat. Et Petrus ſoluit, & male Cyn. refert in d. l. fin. Nec etiam ipſe Cyñ. bene
2 ſoluit. †Vnde dic, quod in materia nouationum tria ſunt iura. Primum ante tempora Digeſtorum: & tunc fiebat nouatio. ſiue addebatur vel non: & de tali iure fit mentio in cōtrario. Secundum ius fuit ius Digeſtorum: & iſto iure fiebat nouatio ita demū, ſi ſecunda ſtipulatio continebat plus: ſecus ſi tantundem, vel minus, niſi eſſet expreſſum: vt hic, & l. ſi pupillus. §. qui actū. j. de nouati. & d. l. ſcire debemus. ij. reſponſo. Item tertium eſt ius Codicis.
a & Inſtitutionum: & tunc nullo modo [a] fit nouatio, niſi actum ſit: vt in contrarijs. Et tangit gloſſ. in. d. §. præterea. Dicā plenius
3 in. l. penul. j. de noua. Vltimo, †pro declaratione iſtius legis & glo. quæro vtrū vſufructus ſit pars fundi: & item ſit pars actus, & ſic glossa tangit hic. & de exceptio. rei iudic. l. ſi mater. §. ſi quis iter. j. de verbo. ſignifi. l. recte dicimus in princ. & videntur ſibi inuicem cōtradicere. Vnde pro huius euidentia ſciendum eſt quod vnum eſt totum integrale, & partes integrales: vt domus, quæ conſiſtit ex ſuis partibus. Item decem cōſiſtunt ex quinque & quinque, & ſic in alijs numeris, & corporibus. Quoddā eſt totum vniuerſale, & partes ſubiectiuæ, ſeu prędicamētales, vt gen', & ſpecies. Nam animal eſt genus: & ſic totum. homo. bos, & ſimilia, ſunt partes, ſeu ſpecies ſubiectiuę: quia ſubijciuntur dicto generi: & prædicātur de genere: quia ſi dico, homo eſt ſequitur, igitur animal eſt. & ſic dicitur pars prædicamētalis. Hoc præmiſſo dominium poteſt accipi pro quoddā genere, pro dominio pleno: vt ſupra, de acquirendo rerum dominio. per totum. Item pro proprietate nuda. Item pro vſufructu ſimplici: item pro vſu omnis enim qui habet aliquod ius in re, poteſt recte dicere, ego habeo dominium illius iuris: vt §. ſi vſusfructus per l. qui vſumfructum. §. de acquirenda poſſeſsio. l. naturaliter. §. nihil commune. Et iſto modo aſſumendo dominium: recte dicimus, vſusfructus eſt pars dominij. hoc eſt, ſpecies: & ſic pars ſubiectiua ſeu prædicamentalis. Ita notaui ſupra de vſufructu. l. iiij. & bene. Alibi dicitur, Vſusfructus eſt pars fundi, vt hic: non dicit dominij. Hic aduerte: quia fundus poteſt accipi: prout eſt quoddā corpus: & iſto modo proprietas, & vſusfructus non eſt pars fundi, hoc eſt illius corporis. Et ita voluit dicere gloſſa hic, non proprie, &c. vt hac vltima gloſſa. Alio modo poteſt intelligi fundus pro dominio pleno hoc eſt, pro pleno iure fundi: & ſic accipimus hic dominium non pro genere, ſed pro vna ſpecie, ſcilicet pro dominio pleno. & iſto modo, ſi vſusfructus accipiatur vt ſeruitus, eſt ſpecies diſtincta à dominio. ſi accipitur vt commoditas: tunc eſt pars integralis fundi, ſeu dominij: quia ex proprietate, & vſufructu cōſtituitur iſtud totum integrale, ſcilicet fundus, ſeu plenum dominium. Ita debet intelligi quod no. in l. recte dicimus. in prin. j. de verb. ſig. Ita debet intelligi hæc glo. & §. eo. l. eum qui ita. §.
4 pe. cum glo. ibi poſita. Eodem modo dico, †q̄ iter ſi accipiatur vt ſeruitus eſt ſpecies ſeparata ab actu. l. j. §. de ſer. ruſt. præd. Sed ſi accipiatur vt commoditas: tūc eſt pars integralis ad actū: quia ex commoditate itineris, & agendi conſtituitur actus. Et ita debet intelligi hic text. & j. de noua. l. ſi pupillus. §. qui actū. & hunc intellectū voluit habere gl. in l. ſi mater. §. ſi quis iter. §.

de excep. rei iudi. licet illa glo. ſit corrupte ſcripta. Idem dico in vſufructu, & vſu. Et ſecūdum prædicta debet intelligi j. de accep. l. & per iuſiurandum. §. j. ij. & iij. & iiij. reſponſo. Prædicta ſic legaliter dicta ſunt, quicquid dicant Logici. &c.

1 ¶ *In æſtimatione quæ venit officio iudicis, inſpicitur tempus moræ.*
3 *Conditionis eueniu, quando & qualiter conſtituat quem in mora.* 59.

1 Voties. †In æſtimatiōe quę venit iudicis officio inſpicit tp̄s moræ. h. d. Opp. ſecūdū gl. §. mā. l. hominē. Sol. intellige hanc ſecundū illā, q̄ inſpicitur dies, & etiā mora. Opp. de l. cū qui. §. ti. prox. Sol. intelligo illā ſecundū iſtā. Opp. ſecundū Dy. j. de noua. l. fundū Cornelianū. Sol. ibi debet æſtimatio iure obligatiōis: hic iudicis officio. Diſtingue de hoc vt in l. in hac §. de triticaria. & p doc. in
2 l. vinū. §. ſi cer. pe. Quæro. an † euētus cōditiōis cōſtituat quē in mora. Et videtur q̄ ſic, vt hic, dū dicit, in diē, vel ſub cōditione, cum æquiparentur dies, & conditio. Iſtā q. tāgit do. Cy. in l. minorū. C. in qb. cau. in integ. reſtit. nō eſt neceſ. Gul. de Cug. ponit in l. q̄d te. §. ſi cer. pet. q̄ breuiter oēs tenēt illud, quia euen
b tus conditionis non conſtituit morā [b]. Et ratio eſt: quia de mente iuris eſt iniquū. q̄ eo pūcto, quo quis obligatur. eo pūcto in mora conſtituat: vt l. q̄d dicimus. j. de ſol. & l. pmiſſor. §. de conſti. pe. & §. fi. Inſti. de inut. ſtip. ſed añ cōditionē nō eſt obligatio: ergo &c. Nō ob. iſta l. qa intelligo q̄ dies obligationis venit p interpellationē cōtracta eſt mora. quæ tñ interpellatio in obligatione in diē fit per curſum diei appoſitæ: in obligatiōe conditionali per verā interpellationē. Nō ob. l. euictis. §. de vſur. quia ibi re ipſa cōtrahitur mora. Non obſtat l. ſi ex legati cauſa. §. eo. cū gl. ſua: quia ibi aliter debet intelligi illa gl. Et induco duas ll. vnā §. eo. l. ſi ex legati cā. cū legatū debeat ſub tacita cōditione, ſi hæres adiret hęreditatē: vt l. iij. §. de leg j. nō tñ conſtituit in mora, niſi interpelletur. Facit l. ſi penū. §. quando di. le. ce. Itē videtur caſus §. de pœ. l. j. vbi pro ſecūdo anno nō conſtituit in mora p aduentū illius anni. Q̄d patet: quia admittitur purgatio vſq̄ ad litis cōteſtationē. Quod nō eſſet, ſi eſſet dies & pœna. Iſtud dicā j. eo. l. ſi inſulā. Sed quædā glo. in. d. l. j. poſita, videt innuere cōtrariū in gl. ſuper verbo, mente. vbi dicit, q̄ ſi teſtator iuſſit dari de fructibus futuri anni, q̄d euentus fructuum cōſtituit in mora: & cōſtat q̄ illud eſt conditionaliter legatum: vt l. j. in fi. §. de cōdi. & demō. & j. eo. l. interdū. in prin. Sed dico q̄ id nō eſt bonum exemplum. Pone ergo ibi exemplū per l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. §. quando di. le. ce. Vel melius dic, q̄ glo. intelligit quando fuerunt fructus adiecti cauſa deſignationis: & ſic non conditionaliter: vt dicetur j. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.

1 ¶ *Stipulatio, per quam auferitur libera teſtandi facultas non valet.*
2 *Teſtamentum non poteſt fieri irreuocabile, etiam ſi dicatur, ſi contingat me teſtamentum reuocare, Dono tibi omnia bona mea.*
3 *Pactum de ſuccedendo, quia inducit votum captandæ mortis, & eſt contra bonos mores, iuramento non firmatur.*
4 *Pactum de non ſuccedendo firmatur iuramento.*
Filia, quæ fecit fratri pactum de non ſuccedendo patri, & iurauit, non prohibetur ſuccedere ex teſtamento.
An ſit dare modum, quo quis poſſit promittere bona ſua irreuocabiliter.
Donatio omnium bonorum, ſi non adijcitur præſentium & futurorum, valet.
5 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, valet, ſi donans aliquid ſibi reſeruat.*
6 *Vendere quis poteſt omnia bona ſua præſentia & futura, non tamen hæreditatē ſuam.*
7 *Pactum de futura ſucceſsione, quando valeat, & quando non.* 61.

c Stipulatio [c] hoc.
1 modo. Non †valet ſtipulatio, p quā auferī libera teſtandi facultas. h. d. Oppo. ſecundum Dyn. de l. ſi quis ſeruum. de act. emp. & l. iij. §. de illo. §. pro ſoci. vbi valet pactum de futura ſucceſsione. Dy. vt per Cyn. in l. fi. C. de pact. & per Gul. §. de pact. l. & hæredi. Et idem dicunt: tamen quia minus
2 perfecte, ideo ſtatim dicam latius. Per iſtam l. damno †vnam opi. Dy. quam aduocati habent pro canonizata, an teſtamentū poſsit fieri taliter, quod non poſſit reuocari. Dyn. in c. quod ſemel placuit. de regu. fur. lib. vj. dicit, quod non eſt dandum conſilium ſtando in finibus vltimæ voluntatis: ſed ſi tranſeat in cōtractum hoc modo, ſi contingeret me facere aliud teſtamentū, do omnia bona mea, &c. hoc non placet: quia talis donatio auferet liberam teſtamenti factionem: & videtur facta hæc donatio in pœnam mutantis teſtamentum: & ſic tāquam contra bo
d nos mores nō valet [d], vt hic. Et hoc reperio Dy. conſuluiſſe, licet

Universidad de Deusto

a ¶ Pro modica re. Adde post Alexan. Pet. de Anc. consi. xxxviij. incipi in Christi nomine. p clariori Decisione. per Paul. de Cast. consi. clxxvij incipi. in Christi nomine contra superius cõsulta. & cõsi. cccxj. ī. alleg. et ibi an præiudicet filijs iurantis, p Ang. consi. cccij. Et inquantum Ale. subdit q̃ filia renuncians hæreditati paternæ, non prohibetur mortuis fratribus ad illam habere regressum. Adde qd' pulchre consuluit Bal. consi. cccliix. incip. quædã puella. iij. li. Roma. cõsi. clxviij. incip. in Christi nomine. circa primũ. & inquantum dicit Alexan. q̃ si filia iuraret non renunciare hæreditati paternæ, & deinde renunciaret cũ iuramẽto, quod non valeret renunciatio per gl. in c. licet mulieres. de iureiuran. Intellige verum, si pater, vel fratres haberent notitiam iuramẽti primi, alias non: quia esset in potestate sua fraudare personas suo iuramẽto occulto. Et hoc voluit notabiliter Bald. eius consi. cxviij. iij. libr. vbi dicit, q̃ mulier primo iurans non alienare, si deinde alienet, non valet alienatio, si partes habuerũt notitiam primi iuramenti.

b ¶ Præsentia et futura. Adde inquantũ Alexan. post multa residet cum opi. An. de qua eius consilio mihi clxxix. incipi. visis prædictis instrumentis. quod opi. cõtraria, q̃ donatio omnium bonorũ, præsentium, et futurorũ indistincte non teneat, vltra per ipsũ alleg. tenuit Bal. cõsi. clxxxviij. j. li. Roma. cõsi. xxvj. et clxxj. & ccxciij. Abb. consi. xlviij. et consi. cij. ij. libr. vbi refert fundamenta. Ange. in dicta disputa. & dicit, quod non solũ fundamẽtum doctorum est, q̃ auferat liberam testamẽti factionem: sed etiã qa inducit votum captandæ mortis. Nõ obstat quod Ange. dicit, q̃ reperiet hæredem, ex quo rõne dominij potest testari: quia dicit ipse: nã tenet argu. a frequẽter accidentibus c. j. de cler. non resid. sed accidit frequenter q̃ facta in alium donatione omnium bonorum nullus vellet esse hęres frustra. Institu. ad leg. Falc. in princi. nec de dominio est curandũ: tum quia hæres sciens omnia bona ad alium pertinere, statim repudiauit: tum quia in vita posset ipse donator compelli ad traditionem, etiam post acquisitionem, si donatio teneret, ex quo donatio est inter viuos: vt hac lege. Nõ obstat qd' quilibet in re sua est moderator et arbiter: quia illud verũ, nisi disponat cõtra bonos mores: qa interest Reipublicę. ne qs re sua male vtatur: vt §. cogitatio in auth. vt iudices sine quo suffr. §. sed & maior. Inst. de his q̃ sunt sui vel alie. iur. Et hãc op. q̃ donatio omniũ bonorũ pñtiũ, et futurorũ, nõ valeat, nõ solũ cũ fit priuato: sed cũ fit pio loco, vel ecclĩæ, tenuit Pe. de Anc. cõsi. ccxxxij. inc. In Christi noĩe, de primo dubio. Tñ ĩ eo qd de pio loco dixi, cõtrariũ tenet Abb. all. cõsi. cij. vñ his authoritatibus, et illis q̃ alleg. Alex. scũm Pau. de Ca. consi. mihi cj. et cõ. lvj. ī. alle. de quo Ale. mẽtionẽ nõ facit. et Bal. in d. consi. et vbique ī lect. et Ang. cõ. cvj. de quo ẽt Ale. nõ lotum, vbi tenet q̃ respectu futurorũ nõ tenet: qa auferet liberã testãdi facultatẽ: sed in pñtibus tenet, cuius cõtrariũ hic vult ergo relinqtur clarissime nõ cludẽdũ, qd' a cõi opi. non est recedendũ. Quid aũt si aliquis facit donationẽ omniũ bonorũ suorũ, præsentiũ, & futurorũ, reseruatis omnibus fructibus inter viuos, cum pacto q̃ post mortẽ suã donatarius teneat vẽdere medietatẽ dictorũ bonorũ, & dare pauperibus: an faciẽdo testamentũ, & instituẽdo hæredẽ in prædictis bonis posit reuocare donationẽ? vide Bal. cõsi. cccciij. iiij. lib. & consi. ccxxviij. j. lib. vbi vide ad cognitionẽ, qñ dicat donatio causa mortis: & qñ inter viuos. Et inquãtũ Alex. tãgit de donatiõe omniũ bonorũ facta post mortẽ, in qua iuratur nõvenire cõtra: vid Abba. in d. consi. xlviij. Et inquãtũ licet secus esse, qñ adiecta sunt illa verba. promitto nõ reuocare: vide Ang. cõsi. cclij. Et inquãtũ dicit, cũ promitto nõ reuocare: donatio censetur inter viuos: nisi aliàs actus redderet nullus: vt l. illud. de dona. Dic q̃ ista fuit opi. Pau. de Cast. in d. cõsil. cj. quem ipse Alex. in l. quę dotis. reprobat dicens, q̃ saltẽ valet in præsentibus, cuius contrariũ hic tenet, & ī. visum est, q̃ nõ tenet: & q̃ licet sint adiecta illa verba, si tamẽ fit mẽtio mortis, nõ p hoc desinat esse causa mortis: voluit Bal. consi. cvij. j. lib. inci. Laurẽtius. Ange. in d. cõsi. cclij. clarius vbi dicit, ita tenuisse Ray. quia legatũ & donatio cã mortis equiparãtur quo ad potentiã reuocãdi l. Marcellus. §. Paulus. & l. & si debitor. & l. illud. de dona. causa mortis. Si ergo legata non obstante quocunq̃ pacto possunt reuocari per pœnitentiã: sic & donatio causa mortis. latius ibi vide fundamentũ etiã eorũ, scilicet Baldi & Ange. est quod mens donantis non verba pactorum sit attendenda, in similibus. Inquãtum etiã cum opi. Ange. hic transire videtur, q̃ donatio omniũ bonorum præsentium, & futurorum facta ecclesiæ non valeat: adde vt dixi ī. quod Abb. consi. cij. consuluit cõtrarium sequutus Bald. in authẽ. si qua mulier. C. de sac. san. eccle. per text. in l. iubemus nulli. eod. titu. Item, quia paupertas propter Deum statu seculari non mutato commendata est: vt in Euangelio: vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. & in Actibus Apostolorum legitur, q̃ laici ponebant pretium bonorum suorum ad pedes Apostolorum, vt etiam no. xij. q. ij. in summa. & omnia Dei sunt: vt extra de deci. tua. Et vnaquæq; res de facili redit ad suam naturam. Secus cum fit priuato, vbi omnia hæc cessant. Et inquantum post Bar. tangitur, an valeat donatio omnium bonorum, & concluditur q̃ sic, adde Bal. consi. ccxcv. ij. lib. Old. consi. cxxix. Pau. de Cast. consi. lvj. Et etiam si dicat post mortem, adde Abb. d. consi. cij. Et inquantum tangit, an valeat pactũ. q̃ donatio non posit reuocari prętextu ingratitudinis, adde de veritate valoris dicti pacti, Bal. consi. xviij. iij. lib. vbi aliter distinguit. & vide etiam dictum consi. ccxcv. Et inquantum tangit de statuti validitate loquẽtis de ingredientibus monasterium: & tenet q̃ non valet: adde q̃ idem aperte tenuit Bal. eius consi. ccxvj. incip. In Christi nomine, monialis. iij. lib. Inquantum vltimo tangit Bar. an valeat pactum de certo modo disponenda hæreditate hominis certi viuentis: vide Pet. de Ancha. consi. ccccliij. & Bal. consi. lxxxij. j. lib. & si qua deficiunt, vide in l. fi. C. de pact.

cet sic scripserit in d. c. Facio aliam. q. vtrum hoc † posit iuramẽto firmare. Et videtur q̃ sic, extra. de pac. c. ij. li. vj. et de iureiur. c. licet. eo. li. Dy. salua reuerentia nõ intellexit. c. nõ est obligatoriũ. de reg. iur. li. vj. et dico q̃ nõ firmatur: quia dicit c. iuramẽtum cõtra bonos mores nõ est obligatoriũ: sed istud est cõtra bonos mores, vt hic in tex. ergo &c. Rñd. Ad c. ij. et c. licet. dic q̃ qñque est tale pactũ de futura successiõe, qd' inducit votũ captãdæ mortis, quale est pactum de succedẽdo, vel aufert liberã facultatem faciẽdi testamẽtũ: et tunc nõ valet, nec firmatur iuramẽto: vt l. fin. C. de pac. Et est rõ: quia contra bonos mores. Facit extra de conce. præbẽ. c. ne captãdæ. li. vj. Quãdoque nõ aufert testamenti facultatem, vel votũ captãdæ mortis: vt patet in pacto † de non succedendo patri. sed lex non vult vt sit de futura successione, ea fortè ratione, quia præsumit q̃ pro modica re[a] dimitteret multa: et tũc iuramẽto firmatur: vt extra, de iureiu. c. licet & cap. ij. extra, de pact. lib. vj. vbi loqtur quando pactum fit patri de non succedendo: sed si pactum fieret fratri de non succedendo patri, non impeditur filia iurans ex testamento succedere, ne auferatur libera testandi facultas: vt C. de pact. leg. pactum. Et prædicta vera de iure Canonico, quicquid dicat gloss. de iure ciuili in leg. pactum. C. de colla. Quæro, aliquis † vult facere vt habeam bona sua post mortem eius, quis erit modus? Glo. in l. fi. C. de pact. dicit. quod p̃mittat bona per stipulationẽ post mortẽ suam: vt leg. j. C. vt actio. ab hæredi. et cõtra hæredes. et erit donatio causa mortis, secundum Albe. Sed hoc modicum consilium est: quia si est donatio causa mortis, potest reuocari. Faciat ergo hanc promissionem animo donandi inter viuos: vt leg. vbi mortis. de do. cau. mor. Sed an tunc valeat? Cy. tetigit in dicta leg. fin. Tu dic latius. Aut promittit hæreditatem, & sic ius succedendi, & nõ valet, vt hic, et C. de trãsact. l. cum donationis. in fi. Nec valet etiã pactũ, vt quis instituat aliquem, etiam si sit iuramento firmatũ. Ita no. Innoc. in c. fin. de pact. Aut promittit bona, & tunc aut omnia bona præsentia & futura, & non valet, quia aufert liberã testandi facultatẽ per indirectũ: quia nullus vellet esse hæres sine commodo. Et hoc Cyn. consuluit. Pro hoc facit Insti. ad leg. Fal. in prin. cõiuncta. l. qd de bonis. §. ad leg. Falc. Aut dicit bona oĩa, nõ aũt adijcit, præsentia & futura: & tunc valet: vt l. oẽs. §. Lucr'. §. de his quę in frau. credi. & d. l. j. vt acti. ab hęredi. & cõtra hæredes. & l. hæreditariũ, de bo. auc. iud. pos. Ratio, quia poterit lucrari post vẽditionẽ: qd' lex præsumit: vt l. si defunctus. C. arbitrate. & in illo lucro poterit testari: & sic nõ aufert liberã testamẽti factionẽ. Itẽ, qa à volente fit, nõ curatur: quia non inducit votũ captandæ mortis: vt d. l. fi. C. de pact.

6 Idem † puto si donauit oĩa bona sua præ-
b sentia,[b] & futura reseruata sibi certa quantitate, vel re. Idem dico si vendidit omnia bona sua præsentia & futura. Nam in hoc nõ venit pretium quod percipit ab emptore: arg. l. damni. §. cum parietem. de dã. infec. vnde in illo pretio poterit testari. Secus puto si diceret, vẽdo hęreditatem meã: quia importat ius succedẽdi sibi. quod nõ
7 pot, vt dictũ est. † Vltimo cum quæritur, an valeat pactũ de futura successione. Pleniusq̃ quã docto. distingue, & dic: Aut fuit pactũ p iure successionis seruando, aut p iure successionis amittẽdo seu p̃dẽdo, aut p iure successiõis acquirẽdo, aut de eo qd' acquireret per successionẽ certo mõ disponendo. Primo casu, valet pactum: vt Insti. de leg. ag. suc. §. fi. Secũdo casu, aut tale pactũ est admistũ cũ delicto: & valet: vt l. j. §. si parẽs. §. fi qs à pat. fuc. ma. Aut non est admistũ delictũ: & tũc aut firmat iuramẽto: & valet: vt c. ij. de pac. lib. vj. Aut nõ firmat iuramẽto: & non valet: vt C. de col. l. pactũ. Tertio casu nõ valet: vt hic, & C. de pac. l. pactũ. & C. de trãsa. l. cũ donatiõis. & qd' ibi no. etiã si fuerit iuratum vt est dictũ. Quarto casu aut pactũ fuit interpositũ sup hæreditate hominis incerti: & valet: vt l. iij. §. de illo. §. p sol. Aut hoĩs certi: & tunc aut hoc venit ex consequẽtia prioris contractus: & valet: vt l. si quis seruum. §. de actio. empt. Aut non: & tunc aut venit sub quadam vniuersitate: & valet: vt l. ij. §. illud. de hære. vel act. vend. Aut fit per se principaliter: & tunc aut continet liberationem paciscentis: & valet: vt l. & suũ. §. filiusfami. §. de pact. Aut cõtinet obligationẽ: & tunc aut ille de cuius bonis agit, nõ cõsentit: & nõ valet, etiam si iuret. Aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

consentit, & valet si consensus durat, vt C. de pact. l. fina.

§ Seruus uetante. Seruus acquirit inuito domino h.d.

1 De dictione siue.

63.

Si quis ita stipuletur. Stipulatio semel cõmissa, iterum non cõmittitur: & ad veritatem disiunctiuę sufficit alteram esse
1 veram h.d. De materia huius legis dicitur j. eo. l. si sic. Nota † q dictio siue, est vere disiunctiua, licet propria natura ipsius est, vt disiungat verba, & coniungat sensum: vt Alexander siue Paris: vt no. C. de in litem dan. tut. l. ad protegendam. tamẽ hoc perpenditur, ex natura orationis, vbi apponitur.

64.

a ditur inter hæredes ". Item dicitur diuidua quo ad petitionem, & solutionem: vt j. de solutio. l. si stipulatus. §. j. Hoc tamen intellige si soluatur pars certa pro diuiso: vel certa portio pro indiui-
o. Si verò solueretur certa pars, puta vsufructus, vel nuda proprietas: tūc in nulla parte cōtingeret liberatio: vt j. eo. l. si ita stipulatus fuero, si Titius. §. j. & quo ad hūc modū dicit indiuidua. Itē quo ad pœnę commissionē dicitur etiā indiuidua: quia si pars nō soluitur, pœna committitur insolidum: vt l. in executione. §. pen. j. eod. Mar. tamen dicebat, quod pro parte obstat exceptio quod
24 dic vt plenè dixi in §. Cato. Quandoq; † debetur species in genere vel alternatiuè: tunc dicitur obligatio diuidua quo ad effectū distributionis: quia quilibet hæredum tenetur pro parte. Item quo ad effectum petitionis: quia pro parte tantum debet peti: sed quo ad effectum solutionis dicitur indiuidua: quia nisi tota res integra soluat, non contingit tota liberatio: s. eod. l. ij. §. j. & l. in executione. §. pro parte. & ibi patet ratio. Inter tamen obligationē in genere, & alternatiuè contractā est aliqua differentia: vt not. Dy. in. d. l. ij. §. j. s. eo. Itē aduerte: quia dicta obligatio in genere, vel alternatiua, vel dicitur indiuidua quo ad effectū liberatiōis cō sequendæ per solutionem. Sed si liberatio contingeret alio modo, puta per acceptilationem, vel per sententiā absolutoriam: tūc diceretur diuidua quo ad effectum liberationis: vt j. de accep. l. qui hominem. Ita debet intelligi s. eod. l. ij. §. si tamen hominem. Ratio, quia quādo soluitur, ideo partis præstatione non liberatur: ne partes soluantur in diuersis rebus: vt d. l. in executione. §. pro parte. Sed quando cui accepto fertur, vel in parte absoluitur, cessat prædicta ratio. ideo &c. secundum Pet. licet glo. malè in-
25 tellexit d. l. qui hominem. †Tertiò quæro vtrū obligatio facti dicatur diuidua, vel indiuidua. Ad hoc sciēdum, est videre, vtrum ipsum factum sit diuiduum vel non. Ad hoc dico, aut quæris vtrum sint diuidua secundum naturam: & tunc antequam sint facta, non sunt in rerum natura: & sic nō potest diuidi quod non est: vt s. de iniust. rup. testa. l. nam & si. §. j. et j. eod. l. decem. Si quæris postquam sunt facta: tunc est sublata obligatio: tamen vtrum sint diuidua de natura, dicas. Aut ex facto resultat certum corpus, puta insula ædificata: tunc dicvt in rebus corporalibus, vt s. dictum est. Quandoq; ex facto non resultat corpus certū: vt puta si defendit, si ratum habuerit: tūc qa est incorporale, non diuidit secūdum naturam. Si verò quæris secundū iuris ordinationē: tūc aut sunt plura facta, & diuidūtur numero: vt supra eod. l. in stipulationibus. §. operarū. quod intellige si sunt eiusdem qualitatis: alias secus: vt dixi s. in nono contrario. Si verò est vnum factum: tunc Pet. tradidit talē regulam: Quando est tale factum, quod si pro parte impleatur, affert tantam vtilitatem respectu partis, quantam afferret si totum compleretur respectu totius: & tūc factum diuiduum dicitur: vt rem ratam haberi, amplius non agi: vt in §. Cato. Sed quando pro parte impletur, & non affert tantam vtilitatem respectu partis, quantam totum respectu totius: tunc dicitur factum indiuiduū: vt in lege nostra. Ista regula sine dubio congruit exemplis aliquibus legis nostræ: puta insulam fabricari, fossam fodi, & simil. Nam cum ex sui consummatione recipiant formam s. ad legem Falcidiam l. si is qui. §. quædam. qui non facit totum, nil facere videtur. Item tota domus perfecta defendit à pluuia, & vento. Si faceres partem, puta parietem sine tecto, vel tectum sine parietibus, non defenderet à pluuia & vento. Sed tamen istud videt contra vnū exemplū hic positū, scilicet fundum tradi. Nam si pro parte tradatur tantam vtilitatem afferret respectu partis, quantam totū respectu totius, & tamen hic dicitur indiuiduū factū. Posses dicere q; partis præstatio non affert tantam commoditatem. Nam traditur in communione, quæ cōmunio multa parit incommoda: vt l. cum pater. §. dulcissimis. s. de leg. ij. l. si non sortem. §. si centum. de conditio. indebi. Sed alia ratio est, qrare fundum tradi, dicitur indiuiduum factum: scilicet quia si posset præstare partem fundi, postea præstaretur in alia parte interesse: & sic fieret solutio in diuersis rebus. quod ius nō patitur: vt infra eod. l. in executione. §. pro parte. Vt omnis ergo cesset dubietas, sic forma regulas. Illud factum dicitur diuiduum, quod pro parte impletum non affert tantam vtilitatem respectu partis, quantam totum respectu totius: vt patet in exemplo, insulam ædificari, fossam fodi, Romam iri, & similia. Istud probatur ad textum infra. eodem. l. in executione. §. secunda. ibi: quia operis effectus. &c. Item illud factum dicitur indiuiduum, quod si pro parte fiat, & pro parte interesse præstetur, in diuersis solutionibus fieret. Hoc patet in exemplo, fundum

¶ Diuidit inter hæredes. Adde q; Ang. & Imo. in l. in executione. hic alleg. limitant fore verum, nisi testator legaret mille pro capella cōstruenda: quia tūc quilibet hæredū teneret insolidū, per tex. in l. fideicō. §. pe. de leg. iij. qa dare venit propter factū indiuiduū s. ꝑpter operas capellæ. Tamē Barto. ibi vult, q; si testator dixerit, lego mille ecclesiæ, pro tali operę cōstruendo: q; hæredes solū sint obligati hęreditaria portione: qa non sunt obligati ad factū, sed ad dandū. Vnde dixit Alex. cōsiderādum, an onus faciendi iūgatur hæredi, & procedat opi. Ange. & an iūgatur onus dandi: & procedit opinio Bart. per text. in d. §. penul.

Universidad de Deusto Biblioteca

tradi. Et facit j.eo.l.in executione.§.pro parte.& j.etiam probabo. Et prædictæ regulæ sunt veræ alternatiuę: quia quælibet per se est vera. Sed circa facta diuidua, do vnã regulam copulatiuè: Illud dicitur factum diuiduum, quod pro parte impletum affert tantam vtilitatem respectu partis, quantam totum respectu totius: & si pro parte fiat, & pro parte interesse prestetur, in eadem re contingit solutio. Istam regulam probo. Non est dubiũ quòd qui tenetur ad restituendum, tenetur ad factum. Pone ergo: aliquis tenetur ad restituendum sacculum pecuniæ: istud factum dicitur diuiduũ: quia si pro parte implet, pro parte soluit interesse. semper habeo idem, scilicet pecuniam quæ in suo genere recipit functionem. Sed pone, tenebar ad restituendam certam speciem, non dicitur factum diuiduũ: quia si pro parte fiat præstatio interesse, contingeret solutio in diuersis rebus. Hoc probatur §. depo.l.j.§.si pecunia. & l.si duo.& sic intelligo §.Cato. stipulatio amplius nõ agi, actio ex mutuo, vel alia, quę cõtinet pecuniã si pro parte impleatur: quia nõ agitur ad pecuniã hãc, quia apud me remanet: sed pro parte ago ad interesse: & pecuniã semper cõsequor. Sed si actio continet specẽ, ita q̃ deueniatur ad illud incõueniens, quòd quis haberet partẽ speciei & ptẽ pecuniæ: tũc illam iudicarem stipulationẽ indiuiduam, per ea quæ dicta sunt in l.in executione.§.pro parte.j.eo. Idem per omnia dico in stipulatione rem ratam haberi. Dico ergo quòd illa facta quæ sunt indiuidua ex regula prædicta, sunt indiuidua quo ad obligationem, solutionem, & pœnæ commissionem: & inter hæredes nõ diuiduntur: quia quilibet tenetur insolidum. Fallit in obligatione rem restitui, quæ dicitur indiuidua solum quo ad solutionem: vt plenè dixi in octauo contrario. Illa verò facta quæ apparent esse diuidua, ex regula prædicta dicuntur diuidua, quo ad omnia, scilicet quo ad effectum distributionis inter hæredes, petitionis, solutionis. item quo ad pœnæ commissionem, quantum ad ipsos hæredes: sed quo ad ipsum principalem dicuntur indiui
26 dua commissionis pœnæ: vt in §.Cato. in fine. †Quartò quæro de indiuiduitate seruitutum: Aut quæritur, vtrũ sint diuiduæ secundum naturam: & tunc non sunt diuiduæ: quia incorporales: siue eas consideres per se, siue prout insunt in fundo: quia cũ tota seruitus sit in toto, & tota in parte, vt §.dixi: diuiso fundo, non diuiditur seruitus: licet Pet.dicat contrarium. Instrumentũ autem, quo quis vtitur seruitute, potest esse diuiduũ: vt dixi circa contraria. Si verò quæris, vtrum sint diuiduæ secundum iuris ordinationẽ. Rñ. regula est, q̃ omnes seruitutes sunt indiuiduæ: vt hac lege, excepto vsufructu: vt §.ad le.Fal.l.j.§.si vsusfructus. Sed j.ti.ñ.l.si cũ duorũ. videtur no. q̃ vsusfructus sit indiuiduus: sed illud verũ secũdum naturam: secus secũdum iuris ordinationem, vt ibi in alia opi. & §.dixi. Qualiter autem seruitutes reales
27 dicãtur indiuiduæ, & quare, dixi §.eo.circa cõtraria. †Vnum restat videre, quare seruitus vsusfructus est diuidua, seruitus vsus dicitur indiuidua, cum quælibet sit personalis: vt §.de vsu & habi.l.vsus pars. dicit Pet. q̃ ratio probabilis nõ potest reddi: tamen talem rationem assignat. Vsusfructus est certus: quia continet emolumentum totius rei: & ideo quia certũ diuiditur: vsus verò est incertus: quia debetur secũdũ necessitatẽ personæ: vt §. de vsu & habi.l.plenũ.§.j.& necessitas personæ est incerta: quia hodie egebat vno, cras fortè egebit duobus, ideo vsus dicitur incertus. Ita dicit Pe. hoc etiam sentit gl.in d.l.vsus pars. Ista ratio videtur falsa, per l.vbi autem.§.fundi.j.eo.vbi dicitur, q̃ qui stipulatur vsumfructum, stipulatur incertum: ergo vsusfructus ratione eius incertitudinis deberet dici incertus. Posses tamen dicere, q̃ vsusfructus dicitur incertus habito respectu ad eius vitã: quia nescimus quãto tẽpore duret: vt ibi not. Sed vsus est incertus quo ad vitam, & quo ad rem percipiendam. Licet autẽ dicta ratio sit satis bona: tu melius declara. Vsus ideo dicitur indiuiduus, quia habet omnimodam similitudinem cum seruitutibus realibus. Nam illæ debentur à re alteri rei, & habetur respectus ad necessitatem prædij dominantis: vt §.de ser.rusti.præd.l.j. ergo ita seruitus vsus debetur à re personæ, habito respectu ad necessitatẽ personæ: nec ergo ipsa persona cui debetur, potest pro parte vti respectu personæ: nec potest vti pro parte rei pro indiuiso, quin etiam alia parte vtatur. Vnde sicut aliæ seruitutes dicuntur indiuiduæ & quo ad constitutionem, & quo ad distributionem inter hæredes, & quo ad solutionẽ: nam respectu partis, pro parte solutum non affert commoditatem, quam faceret solutum in totum respectu totius. Nam si homo comederet dimidiam tãtum eius, quod habeat necesse comedere, citò moriretur: ergo debet iudicari seruitus indiuidua secũdũ regulas §. positas. vsusfructus verò nullã habet similitudinẽ cũ alijs seruitutibus. Nam licet sit ius debitum à re personæ: tamen non habetur respectus ad necessitatem personæ: habet tamen similitudinẽ cũ dñio, imò pars dñij est: vt §.de vsufru.l.iij.& ideo sicut potest acquiri dominiũ certæ partis pro indiuiso: ita etiã potest acquiri vsusfructus. Est ergo vsusfructus diuiduus quo ad cõstitutionem: quia potest pro parte constitui, & quo ad effectum distributiõis inter hæredes, & quo ad solutionem: vt §.de vsufr.le. Et hoc apparet ex regulis supradictis. Nã constitutum in parte tantam commoditatem affert respectu partis, quantam totum respectu totius: vt patet ad sensum. Item non potest deuenirì ad illud inconueniens quod pro parte detur vsusfructus, pro parte æstimatio. Nam qui tenetur constituere vsumfructum, tenetur dare: vnde non põt precisè compelli ad constituendum, sicut in obligatione dandi: vt §. de vsufruct.l.iij.in prin. Probatur Institu.de stipula.ser.§.sed cum factum.coniuncta l.si seruus cõis meus & tuus.j.de stipu.ser.no. per Cy.C.de vsufru.l.corruptionem. quod intellige vt dixi §. eo.
28 l.ij.§.j. †Si verò quæras, vtrum vsusfructus quo ad pœnæ commissionem sit diuiduus, vel.non: gloss.§.eo.l.ij.§.j.dicit, quod quilibet vsusfructus dicitur factum diuiduum. Si sic: ergo quo ad pœnę cõmissionẽ diuiditur inter hæredes: licet nõ quo ad ipsum principale: vt in §. Cato. Ego aliter dico: aliquando quis tenetur ad vsumfructum constituendum: & iste tenetur ad dandum, vt modo dixi: ergo idẽ quod in alijs obligationibus dandi: quia nõ sufficit partem dare ad euitandã pœnam. Aliquando post vsumfructum constitutum quis tenetur non impedire: quia tenetur parti. De quo habes casum in.l.harũ.& l.egi.§.si ser.vend. Istam obligationem ego puto omnino indiuiduam: quia non potest p parte impedire: vt §.eo.l.iij.§.fin. Sed contra prædicta posses tu oppo. vsusfructus non potest esse sine vsu: vt §.de vsu & habi.l. per seruum.§.j.ergo vsusfructus ratione vsus sibi adiuncti debet iudicari indiuiduus: vt §.de ma.test.l. si ita fuerit.§.quæstio.hæc
29 cogitabis pro solutione. †Item posses quærere, vtrum ius feudi sit diuiduum vel non: quod dic vt x.colum.de prohib.feudo.alienan. §.præterea. Nunc veniamus ad quæstiones secundæ partis: & qa nos vidimus suprà, quod in obligationibus facti succedit obli
30 gatio ad interesse. †Quinto loco quæro, quando committatur ista stipulatio ad interesse. & videtur quod statim, cum est in mora inchoandi: vt j.ea.l.ver.planè.cõtra, quia tunc cum est in mora perficiendi: vt l.si ita stipulatus essem abs te.§.eo.do. And.recitat vnam distinctionem Pet.in l.si insulã: iudicio meo defectuosam. Vnde tu dic latius: Aut erat in obligatione non fieri: & sic interesse cõmittitur: quia factũ est quod fieri nõ debuit. Aut erat in obligatione fieri: & sic committitur: quia non est factum quod fieri debuit. Primo casu, aut factum est reiterabile, aut non. Si est reiterabile: tunc aut illud factum porrigit suum effectum pro toto tempore futuro: & statim committitur ad totale interesse: vt suprà locati.l.si in lege.§.colonus. Aut non porrigit suum effectum, nisi ad tempus præsens: & tunc statim committitur ad particulare interesse: & si sæpius contra fiat, sæpius committitur: vt infrà eodem.l.si sic.& infrà iudica.sol.l.nouissima. Si verò non est reiterabile: vt statim committitur ad totale interesse: argu.j.tẽ ra.habe.l.si procurator.in fin.& ibi not. Secundo casu, quando committitur, quia non est factum quod fieri debuit: aut erat in obligatione factum momentaneum, puta rem tradi: tunc statim post moram committitur obligatio ad totale interesse: vt hic, & infrà eodem.l.si fundum.§.de actio.emp.l.prima.fallit tamen quãdo est in obligatione rem restitui: in qua die vt dicam j.proxi.qõ. Aut factum non erat momentaneum, puta insulam fabricari, & simi.& tunc aut in obligatione erat apposita certa dies ab homine: & tunc ante diem non committitur, sed statim post diem vt j.pxi.§.si quis ita.j.eo.l.si insulã. Contra hoc videtur §.loc.l.in sulã.§. in operis. Aut dies nõ erat apposita tũc. aut factũ erat explicandũ in iudicio: puta promisit iudicatũ solui: & sic videt promittere de defendendo: & tũc si non facit aliquo tẽpore, committitur statim ad totale interesse: vt j.iud.sol.l.iam tamen.§. in hac. & l.cum quærebatur. Aut factum erat explicandum extra iudicium: & tũc aut quæritur quãdo cõmittatur ad particulare interesse: & tũc statim cum non inchoauit: vt j.pxi.ver. planè. Aut

quæris

Universidad de Deusto Bibliotheca

queris quo ad totale interesse: & tunc cõmittit, cum transiuit tãtum tẽpus quo potuit perficere, & nõ perficit: vt l. si ita stipulatus essem abs te. & j. eo. l. cõtinuus. §. itẽ qui insulam. Fallit in stipulatione noui operis, quæ cõmittitur cum fuerit iudicatũ: vt l.
31 stipulatio. §. habet autẽ s. de no. ope. nuncia. † Sed potest quæri, quę est ratio q̃ quando factũ est explicatũ in iudicio, statim committitur ad totale interesse: sed quando extra iudiciũ, expectatur tẽpus quo potuit fieri? Dicit Pe. in cõtractibus est reperire certũ tempus intra q̃ quis possit: vt si quis promisit scribere librum, vel ædificare insulam: certum tempus est intra q̃ hoc potest fieri: & ideo hoc tẽpus spectat: sed in iudicijs nõ est agrimensor in mundo, qui illud tẽpus posset limitare. Licet enim tẽpus instantię sit certum, quia durat triennio: vt l. properandum. tamen tempus litigij est omnino incertum. Potest enim esse quod durabit anno, aliquando biennio: & aliquando perpetuò: vt in curia Romana. & ideo, quia expectare finem iudicij, esset expectare Regem Saxonum: ideo lex voluit, quod ab ipso initio committe-
32 retur ad totale interesse. † Sed iuxta hoc potest quæri, quare ex clausula dolum malum abesse, ad interesse particulare committitur, vt s. dixi: & probatur in l. nouissima j. iud. sol. Sed ex clausula de defendendo committitur ad totale, cum vtrunq; fiat in iudicio. Item plus delinquit, qui dolum committit, & sic facit quod non debet, quàm ille qui non defendit, & sic non facit quod debet: vt s. de act. emp. l. Iulianus. in prin. & ibi not. Respon. scripta hoc non tangunt. Quando quis non defendit, interest actoris in totum: quia non est, potest peruenire ad sententiam: sed solum in tempore aggrauatur reus, quia statim committitur stipulatio, sine iudicij non expectato, & grauamen in tempore de facili conceditur: vt C. de preci. Impe. offe. l. quoties. Sed quãdo quis committit dolum, non interest actoris in totum: vt puta commisit dolum in hoc, q̃ testes actoris ita citò non fuerunt examinati: vnde propter hoc oportet actorem expendere plus: solum in illis expensis interest sua, & non plus. Ideo lex non vult q̃ interesse nõ committatur vltra quàm interest: quia sic aggrauaretur in ipso negotio principali, quod de iure non conceditur: vt d. l. quoties. in prin. Si tamen cõmitteretur dolus talis, in quo veniret interesse totius causæ, nemo dubitat quin ad totũ committeretur. Ista, vt
33 videtis, sunt subtilia. † Sextò quæro, vtrum in obligatione, rem restitui, committatur interesse, & quando committat. Dy. hic videtur dicere, q̃ donec res extat præcisè agitur ad ipsam rem: si non extat, ad interesse: vt s. de rei ven. l. qui restituere. de cond. in de. l. in summa. §. si seruum. de condi. fur. l. in re furtiua. Pro hoc regula huius legis, quæ vult, q̃ in obligatione faciendi succedat obligatio ad interesse post morã. Gl. in d. l. in re furtiua. tenet contrarium, scilicet q̃ etiam re perempta adhuc debet agi ad ipsam: licet in condemnatione veniat æstimatio, sicut in obligatione rem dari: vt j. eo. l. si seruum. §. fi. Gul. de Cu. in d. l. in re. distinguit, aut obligatio ad rem restituendam contrahitur propriè, & secundũ ius cõmune: & tunc verum dicit gl. q̃ semper ipsa res sit in obligatione, & petitione. Aut obligatio contrahitur contra ius commune, vt in fure: & tunc post interitum rei cõdicatur æstimatio: vt d. l. in re furtiua. Ista opi. procedit sine legibus. vnde de ea non curo. Videamus ergo quæ verior sit opi. vel gl. vel Dy. Cy. C. de sent. quæ pro eo. in iiij. q. principali recitat Dy. simpliciter secundum quod hic scripsit. Nos istud examinemus: & videtur q̃ glo. sit vera, q̃ post interitũ rei res ipsa petatur, & videtur casus s. re. amo. l. si concubina. §. non solum. j. eo. l. inter stipulantem. §. pe. de condi. fur. l. si seruus. §. boue. Pro hoc Instit. qui. mo. re contrahi. obli. §. itẽ is. in fi. §. vbi dicitur q̃ etiam re perempta tenetur de ea restituenda. Pręterea, hoc probatur per rationem: Quod iuris est de toto ad totum, idem debet esse de parte ad partem, & econuerso. Sed si res est restituta deterior, nõ potest agi ad ęstimationem deteriorationis iure actionis: sed debet agi ad ipsam: vt l. iij. §. si reddita. s. commo. ergo idem quando tota res perempta est. In cõtrariũ pro Dy. facit d. l. in re furtiua. nõ cauillãdo tex. sed l. in summa. §. si seruũ. quam ipse allegat, nil facit: quia ibi loquitur in obligatione de re reddenda. & hoc tetigi in vltimo contrario. Itẽ pro eo facit s. de vi & vi arm. l. j. §. rectissimè. C. de pig. act. l. si creditor. in fin. Pro hoc facit regula legis nostræ: quia cum rem restitui, fit factum: ergo succedit obligatio ad interesse. Quid dicemus? scripta non examinant. Ego dico Dy. verũ dicere, scilicet q̃ in obligatione rẽ restitui, non succedit obligatio ad interesse statim post moram: sed cum reus desinit habere facultatem rei restituendę: & hoc per iura s. pro hac parte allegata. Præterea, si nunquam succedat obligatio ad interesse, statim de necessitate sequeretur, q̃ rem restitui sit diuiduum sicut rem dari, quod est falsum, vt hic. Plenè examinaui s. in octauo contrario. & istud multum me vrget.

Ad iura allegata pro alia parte respondeo, q̃ licet succedat obligatio ad interesse: tamen prima nõ extinguitur. Vnde si vult, potest agere ad ipsam rem: & æstimatio fiet in cõdemnatione: vt dictis legibus: Item potest ipsum interesse in petitionẽ deducere, vt modò dixi. Ad §. si reddita. & dico q̃ ibi non est perempta res, nec pars rei: sed ipsa res est effecta deterior: & ideo ęstimatio non peritur iure actionis: sed ipsam rem oportet peti: vt l. Iulianus. §.
34 qui fundum. j. eo. Sed circa † hoc est videndũ vnum, scilicet quare in obligatione rem restitui, non committatur obligatio ad interesse post moram, sicut in alijs obligationibus faciendi. Respõdeo, sicut in obligatione dandi non committitur obligatio ad interesse post moram, quia semper stipulatoris interest dari, vt s. dixi: ita in obligatione rem restitui, semper lex fingit actoris interesse. Hinc est, q̃ non potest reus referre quęstionem dominij: vt C. locati. l. si quis conductionis. s. commo. l. commodare. & l. seq. quia igitur habet aliquam similitudinem cum obligatione dãdi:
35 ideo tardius committitur in obligatione ad interesse. † Septimò quero, qualiter ista obligatio committatur ad interesse: hoc est, vtrum tollat primam obligationem contractam ad factum: an verò vtraq; duret, ita q̃ reus sit obligatus copulatiue ad factũ, & ad interesse: an alternatiue ad factum, aut interesse. De primo certũ est, q̃ obligatio quę succedit ad interesse, non tollit primã. hoc patet legibus s. proxima q. allegatis. Hoc etiam patet q̃ secundum omnes potest agi ad factum, & consequi interesse: vt l. si quis ab alio. de re iud. in fi. & no. C. de act. emp. l. j. in prin. hoc tenet Dy. & omnes. Item certum est, q̃ vtrunq; non est in obligatione copulatiuè: quia secundum hoc posset vtrunq; exigi, quod est contra regulam, bona fides non patitur. Item si dicis obligationẽ cõtrahi alternatiuè: iam libellus & sententia erunt alternatiuę: & sic in executione erit illud inconueniens, quod dicitur in text. & gl. j. eo. l. eum qui certarum. §. j. Pręterea hęc lex vult q̃ solum interesse posit deduci in petitione. Præterea, patet ex l. si insulã. j. eo. vbi dicitur, q̃ purgatio moræ admittitur vsq; ad lit. contest. ergo contestatio litis fit super solo interesse. Nam si alternatiuè vtrũq; esset in obligatione, & vtrunq; peteretur: posset eligere reus etiã post sententiam: vt d. l. eum qui certarum. §. j. Timore prædictorũ dicit Pe. q̃ factum & interesse est in obligatione soluta, & in obligatione soluta electio est actoris quod petat: arg. s. de pact. l. rescriptum. §. si pacto. de act. empt. l. prædia. Ita refert Cyn. C. de sen. quę pro eo. l. j. Præterea, q̃ in obligatione soluta posit vtrũq; peti, videtur probari j. de verb. sig. l. sæpe. §. cum verò dicimus. d. And. de Pis. reprehendit istam opi. & bene: quia solutio licet sit per se orationis species distincta & separata in effectu: tamen est coniuncta, vel disiuncta, secũdum mentem proferentis: vt l. alienationis. §. fi. j. de ver. sig. & si de mente non apparet, vel erit disiũcta secundùm quosdam: vt j. de reg. iur. l. in eo quod. §. vbi verba. vel secundum alios erit coniuncta, per d. l. alienationis. in fin. & l. triplici. §. videamus. secũdum quod oportet nos dicere, q̃ habeat vim coniunctæ, vel disiunctæ: & semper sequuntur inconueniẽtiæ prædictæ. Nec obstat l. sæpe. §. cum verò. quia illud non est ex virtute solutionis: sed ideo, quia quando vnum refertur ad aliud, secundum illud debet intelligi: vt s. de hær. instit. l. asse toto. in §. cùm verò. obligatio soluta, refertur ad obligationẽ certam. Nam promittis mihi q̃ Titium dare, vel facere oportet: certè si Titius tenebatur ad dandũ, agam ad dandum. Si tenebatur ad faciendũ, agam ad faciẽdum. Vnde ibi ideo est, quia habetur respectus ad obligationem Titij. Quid ergo dicemus? Breuiter do. And. dicit, & bene, quòd factũ & interesse sunt in obligatione alternatiuè. Non tamen intelligas quòd sit vna obligatio continens duas res alternatiuè: imò sunt duæ obligationes: vna facti inducta ab homine: alia ad interesse subrogata à lege alternatiuè.

Ad inconuenientias supradictas quomodo respondebimus? d. And. vt narrant scripta circa hoc in l. si insulam. bene per vnam columnam, nil nouí dicit. Tu dic breuiter: Quandoque alternatiua cadit inter res quæ sunt in obligatione: tunc est electio debitoris: vt l. plerunque. in fin. suprà. de iu. do. Quandoque alternatiua est inter actionem: tunc non est dubium, quòd est electio

7

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

actoris:vt ſupra,de tribu.l.quod in hærede.§.eligere. Quandoq; cadit alternatiua inter res,& actiones miſtim: tunc ſimiliter eſt electio actoris:quia ſi dares reo electionē, tolleres actori actionem:vt ſ.de eo quod certo loc.l.iij.§.qui Stichum.in fin.§.ita eſt in propoſito.nam hic eſt miſtim alternatiua rerum,& actionum. Debetur enim factum aut intereſſe: ecce alternatiua rerū. Item factum petitur per actionem ex ſtipulatu: quia eſt incertum: vt Inſtitu.de verborum obliga.in princip. Intereſſe verò, per certi condictionem: vt ſupra, ſi certum petatur.l.certi condictio. in princ.meritò electio eſt actoris. Aduerte tamen: quia cùm talis alternatio fit inter actionē,& obligationem:ſi actor eligit agere ad factum,quantum ad illam obligationem intereſſe eſt in facultate ſoluendi:vt ſ.eo.l.in ſtipulatione.in fin.ſi eligit ad intereſſe, reus poteſt liberari ſoluendo factum vſq; ad lit.conteſt.Hoc au-
36 tem declarabitur j.in ix.q.& ibi videbitis rationem. †Octauò quæro,vtrum reus poſsit præciſè compelli ad factū,vel præciſè ad intereſſe.De iſto intereſſe,certum eſt quòd poteſt peti,vt dictum eſt:& præciſè compelletur ſoluere,niſi moram purgauerit vſq; ad lit.conteſt.vt l.ſi inſulam.j.eo.quod dic vt ibi. Vtrum autē ad factum poſsit præciſè cōpelli: iſta quæſtio iudicio meo eſt multū dubia:& ideo eam diuido in tres partes. Primò,quando eſt in obligatione factum ſimpliciter.Secundò,quando eſt in obligatione rem reſtitui.Tertiò,quando eſt in obligatione rem tradi. Ad primum,dico quòd in hoc ſunt diuerſæ opiniones. Nam quandoq; factum,ad quod quis tenetur,eſt explicandum in iudicio:tunc habemus gloſ.quæ de hoc apertè ſatis loquitur ſ. de procur.l.ſed & hæ.§.præter.quandoque factum eſt explicandum extra iudicium:tunc gloſ. quæ eſt in l.ſtipulatio.§.ſiue autem.ſupra,de operis noui nunciatione,in quæſt.de ſcriptore,videtur dicere quòd ſit in electione actoris,vel præciſè ad factum, vel ad intereſſe. Idem tenet Cyn.C.de ſenten. quæ pro eo.l.j.& hoc tenebat Hugo,vt not.ſ.de re iudicata.l.ſi quis ab alio.in fin. Huic ſententiæ videtur aſſentire do. Mar.de fa.doct. antiquus, qui in hac quæſtione vtitur his verbis:Vtrum quis compellatur præciſè ad factum l.ſtipulatio.§.ſiue autem.videtur velle quòd ſic.hoc enim alijs multis comprobatur exemplis.Ecce enim cogitur quis cauere ſupra, de iudic.l. in omnibus bonæ fidei. de præto.ſtipul.l.Paulus.cum ſimi.Cogitur adminiſtrare.de admi. rut.l.j.in princip.Cogitur actionem cedere.de acquirēda poſſeſ. l.poſſeſſio.in fine.Cogitur diſtrahere.ſ.de act.empt.l.Iulianus. §.idem Celſus.& quod ibi not.Cogitur quis reficere.C.de loca. l.cùm conductorem.Sed gl.ibi poſita innuit quòd liberetur præſtando intereſſe.Cogitur quis defendere: vt dicta l.ſed & hæ.§. præter.Cogitur quis certum reſpondere:vt ſ.de confeſ.l.certum. Cogitur quis reuerti ad patriā poteſtatem: vt C. de pa.pote.l.iij. & iiij. Cogitur quis in certo loco edere: vt l.prætor.§.fina.ſ.de eden.Cogitur quis exhibere hominem,& exhibere tabulas: vt in titu.de tabu.exhiben.& de li.ho.exhiben.Cogitur quis facere apocham,ſeu cautionem de recepto.C.de fide inſtru.l.plures.& de pact.conuen.l.fina.Cogitur quis reponere in priſtinam obligationem:vt ſ.quod metus cau.l.metum.§.fina.& l.filiusl.Cogitur quis manumittere. de fideicom.lib.l.iiij.§.ſi alienos. & per totum.Cogitur quis iudicare:vt ſ.deiud.l.de qua re.& de mu.& ho.l.munerum.§.iudicandi. Cogitur quis dotare filias.ſ.de ritu nupt.l.qui liberos.C.de do. promiſ.l.fina. Quid plura dicam? Ipſa charta deficeret ſi vellem omnia ſcribere. Concludit ergo,quòd quis poſsit compelli ad factum indiſtinctè. Sed quandoque eſt,quòd ille,qui tenebatur facere, non fecit: vnde fortè non poteſt amplius facere,vel actoris non intereſt quod fiat: & tunc cogitur ad intereſſe. Ita intelligit hanc legem,& de re iudicata.l.ſi quis ab alio.§.j.ſupra locati.l.ſi in lege.§.colonus.Certè iſta opinio non eſt vera,per l.in ſtipulationibus.§.operarum. ſupra eodem,vbi factum poteſt fieri: & eſt in electione debitoris, vel intereſſe præſtare,vel factum facere.Qualiter autem prædicta intelligantur, patebit ex infrà dicendis. Secunda opinio eſt, quòd regulariter non poſsit quis præciſè compelli ad factum: ſed reus præſtando intereſſe liberatur. Hoc tenet gloſ. ſupra,de vſuris.l.tertia.§.ne tamen. fundat ſe per legē ſi quis ab alio.in fine,de re iudicata. Hanc opinio tractat gloſ.in dicta lege ſi quis ab alio.ſed non firmat. Sed iſtam opi.ſequitur Dy.vt ipſe hic ſcripſit,dicens:Ad factum non poteſt quis præciſè compelli regulariter, quum reus liberetur præſtando intereſſe: vt lege ſi quis ab alio.in fin.j.de re iudi.ſ.eod.l.in ſtipulationibus.§. operarum. Fallit in caſibus,Primus.C.de fideicom.lib.l.fin. Secundus,de procur.l.filius.§.fin.l.ſed & hæ.§.præter. Tertius.ſ.quod me.cauſa.l.ſi cum exceptione.§. ſed & ſi quis. Quartus,C. de ope.noui nun.l.ſtipulatio.§.ſiue autem.Quintus,ſ.de aqua plu. arcen.l.ſi tertius.§.officium.& l.ſupra iter.§.fi. Et in his caſibus eſt videre rationem diuerſitatis:vt in qualibet earum apparet. Iſta ſunt verba Dy.quem ſequitur Cy.C. de ſentē.quæ pro eo.l.j. in iiij.q.principali. Idem tenet do. And.in l.ſi inſulam. vbi circa hoc leuiter pertranſit. Iſta ſententia non videtur perfecta.Nam multos caſus ſupra numeraui,in quibus quis præciſè compellitur ad factum:quos Dyn.non excipit. Præterea l. fideicom.li. vbi dicit ipſe,q; regula fallit:non loquitur de obligatione facti,ſed de obligatione dandi. Nam ibi debebatur ſeruus legatario,& legatarius tenebatur dare libertatem. Tertia fuit opi. aut quis tenetur ad tale factum,quod non poteſt fieri per alium:& compellitur quis præciſè:aliàs non:arg.C.de cad.tol.§.ne autem. Ita notat gl. in d. l.ſi quis ab alio.licet non firmet. Iſta opin.non eſt vera:vt patebit ex his quæ j.dicam,quando eſt electa induſtria alicuius. Quarta fuit opi.aut quis agit,vt ſibi fiat:& cogetur reus præciſè aut agitur vt fiat alij:& liberatur reus præſtando intereſſe. Ita tenet gl. ſ.de do.l.hæreditatem.quod videtur ſequi Pet. licet diſtinguat latius:vt j.videbitis. Prædicta autem opi.non videtur vera,per d.l. in ſtipulationibus.§.operarum. Quinta fuit opi. Iac.de Are.aut factum eſt in obligatione legali: & quis compellitur præciſè ad factū:vt ſ.quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.§.ſed & ſi quis. & de ope.noui nuncia.l.ſtipulatio.§.ſiue autem.& de procurato. l.ſed & hæ.§.præter. Nam dictis legibus licet quis ſit obligatus ex ſtipulatione:tamen ſtipulatio ſucceſsit in locum obligationis legalis.Sic poſſunt intelligi omnia ſ.allegata per Mar.de Fa.Aut factum eſt in obligatione hominis:& tunc non poteſt cogi præciſè quis:vt l.ſi quis ab alio.& l.in ſtipulationibus.§. operarū.& hic cum ſimi.Ita ſcripſit Iac.de Aret.licet multùm breuiter in d. l.hæreditatem.cuius opi.tenet Old. Certè iſta opi. licet multum proxima veritati ſit:tamen non eſt perfecta. Primò, quia in l. fideicom.§.fi.ſ.de leg.iij.inducitur obligatio ab homine,ſcilicet teſtamento:& tamen hæres præciſè compellitur,niſi diceres,q; illud fauore vltimæ voluntatis,quæ eſt lex, vt ibi dicit idem Iaco. Præterea ſ.de procu.l.filius.§.fi.cogitur quis præciſè ad factum, tamen erat obligatio inducta facto ſuo:nec ſuccedit vlterius in locum alterius obligationis legalis. Sexta fuit opi.Pet.de Belperti.qui in hoc puncto latius diſtinguit:vt in ſuis brocardis reperitur. Si quæritur,an quis poſsit præciſè compelli ad factum: diſtingue: Aut quis de eo,qui eſt obligatus ad factū: Aut de eo, qui non eſt obligatus:vt quando agitur actione reali. Primo caſu,aut factum eſt implendum in perſona alterius q̃ actoris:& liberatur præſtando intereſſe:vt ſ.eodem.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler. Aut erat implendum in perſona ipſius actoris:& tunc aut affert tantam vtilitatem habere intereſſe quantam habere ipſum factum:vt ſi ſtipulatus ſum mihi mutuanti: tunc ſufficit præſtare intereſſe:vt ſ.eod.l. ſi pœnam. Aut præſtare intereſſe non affert æqualem vtilitatem:tunc aut eſt tale factum promiſſum,quod ex tacito intellectu non cogitur eum implere:vt cùm promittit defendere,vbi ſatis eſt,&c.vt ſ.de in ius vocand.l.ſatiſq;,&c. tunc non compellitur præciſè:vt l.non cogendum.§.Sabinus.ſ.de procu.Fallit vbi eſt actio tempore peritura:vt l.mutus.§.fi.de procu. & not.in d.§.Sabinus. Item fallit vbi frangeret fidem duobus:vt l.filius.§.fi. Item in procuratore actoris:vt l.ſed & hæ.§.præter.& ibi no. Aut eſt tale factum,quod ſecundùm tacitum intellectum poterit compelli complere præciſè: vt cùm ſcriptor locauit operas ſuas:& tunc poteſt præciſè compelli:vt l.ſtipulatio.§. ſiue autem.ſ.de noui oper.nuncia.& ſ.quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.§.ſed & ſi quis. Fallit in l.ſi procurator.§.mandati.ſ.manda.Secundo caſu,quando contra eum qui non eſt obligatus,puta actione reali:tunc aut agitur ad factum, tamen principaliter propter intereſſe:vt cùm agitur hypothecaria, agitur ad reſtitutionem rei:tamen principaliter propter debitum conſequendum: tunc ſufficit præſtare intereſſe: vt ſ.quibus mod.pign. vel hypo. ſol.l. Paulus.in fi.§.j. Aut agitur ad ipſum factum principaliter: vt quia agit rei vendicatione & cogitur præciſè:vt ſ.de rei vendi. l. qui reſtituere. Ita dicit Pet. Iſta diſtinctio non placet. Primo, quia non cōprehendit omnes caſus:vt ex his,quę dicta ſunt, ap-

paret.

Universidad de Deusto Biblioteca

paret. Præterea, ipse videtur tenere, q̃ vbi est electa industria qs
posit præcisè cōpelli. quod sequitur Cy. C. de vsufru. l. antiqui
tas. & qui bo. ce. pos. l. j. in j. q. & idē Gul. quod est contra l. in sti
pulationibus. §. operarum. & contra §. mandati. l. si procura. §. mā
da. & cōtra opi. Dy. positā in l. stipulatio. §. siue autē. & cōtra id
quod no. hic. quod idē Cy. alibi sequitur, vt. §. dixi. Præterea, ipse
facit regulā, q̃ regulariter quis cōpellitur præcisè. sed text. facit
37 regulam in contrarium in d. l. si quis ab alio. de re iudi. † Quid
ergo dicemus? Inter tot, & tantorum varietates dubito loqui: ta
men finaliter sic dico: Aut agitur contra obligatum, aut contra
eum qui non est obligatus, vt cum agitur reali. Primo casu, aut
obligatio facti inducitur à lege, aut à testatore, aut ex conuentio
ne partium. Primo casu, quando inducitur à lege: tunc indistinc
tè potest quis cōpelli præcisè ad factum: vt §. quod me. cau. l. si
cum exceptione. §. sed & si quis. Induci à lege intelligo, quādo
cunq; quis obligatur pręter principale propositū eius qui obli
gatur. Ita loquuntur omnia iura §. allega. per Mart. de Fa. aut
inducitur à testatore: & cogitur præcisè: vt d. l. fideicommiss. §.
a fi. §. de leg. iij. Fallit si induceret perpetuam seruitutē: vt l. Titio
centum. §. ij. de condi. & demon. Si verò inducitur à cōuentione:
tunc aut est subrogata talis obligatio in locū obligationis lega
lis: & idē præcisè cōpellitur: vt l. stipulatio. §. siue autē. Ita potest
loqui l. sed & hæ. §. præter. §. de procu. Aut non est subrogata in
locū legalis obligationis: & tūc aut illud factū est explicandum
in iudicio: & dic, vt no. in l. sed & hæ. §. præter. quæ glos. optimè
dicit. Aut extra iudiciū: & tunc indistinctè dico q̃ non compel
b litur expresè ad factū: b sed liberat solūēdo interesse, vt hic, & l.
si quis ab alio. in fi. & §. e. l. si pœnā. j. eo. l. si quis stipulatus. §. fi. §.
mand. l. si procurator. §. manda. Secundo casu, quādo agitur cō
tra eū, qui nō est obligatus: & tunc dic vt §. per Pe. quia aut agit
ad factū propter interesse principaliter: & liberatur præstādo in
teresse: vt l. Paulus §. j. §. qui. mo. pig. vel hyp. sol. Aut ad factum
principaliter: & tūc cōpellit præcisè: vt l. qui restituere. Idem di
co, qñ agit cōfessoria, vt reus cogatur precisè pati: & sic bene lo
quitur gl. quæ est §. si ser. ven. l. harum. in glo. sup. ver. iubeat. Mo
do videamus rationē prædictorū: In obligatione facti succedit
obligatio ad interesse, nō tantū odio rei, qui est in mora: sed etiā
propter eius rigorē: quod induxit stipulatio, q̃ quis stipuletur,
q̃ sua interfit: vt in §. alteri. Vñ cum in factis qñq; interfit, qñq;
non: ideo reus liberatur præstādo interesse: ne actor consequatur
plus q̃ interfit sua: vt §. dixi in x. cōtrario. & ista sit ratio in obli
gatione hominis. Sed in obligatiōe legis, ex quo lex obligat quē
ad factum: lex hoc inducit ex sua æquitate, vel rigore: nec curat
vtrum interfit: vnde ideo dicit lex, siue iure, siue iniuria, &c. vt §.
de ope. no. nun. l. j. in prin. ideo præcisè cōpellit ad factū. Ex præ
dictis patet q̃ distinctio illorū qui dicūt, aut est electa industria,
vel non in obligatione hominis, malè dicūt: quia ibi est eadē rō,
& scriptor non ponetur in cōpedibus: nisi diceres speciale fauo
re studij, & publicæ vtilitatis, quod nō videt de mente iuris. Itē
quare aliud in testamētis quā in cōtractibus, apparet. Primò: qa
volūtas testatoris est lex, vt in §. disponat. ergo idē quod in obli
gatione legali. Itē fauore vltimæ volūtatis, De his verò qui non
sunt obligati, patet rō: quia cū cogātur ex quadā æquitate à lege
inducta, propter ius quod residet penes agentē, debet iudicari idē
38 q̃ in obligatione legali. † Ad secundum venio, quādo est obliga
tio rem restitui: & istud iam est expeditū. Aut enim habet rei re
stituendæ facultatē, & cogit præcisè. aut non: & tunc succedit
obligatio ad interesse. Et rō patet ex his quæ §. dixi in vj. quæst.
Hoc verū, nisi qñ agitur hypotecaria, tūc indistinctè prior libe
39 rabitur pręstando interesse: vt §. proximè dixi. † Ad tertiū venio.
s. qñ est in obligatione rē tradi: vtrū quis præcisè cōpellat ad tra
dendū: variāt gl. nā §. de act. emp. l. j. approbat opi. Bul. & Ioā. q̃
indistinctè vēditor liberet pręstādo interesse: per d. l. j. in prin. &
C. de act. emp. l. si traditio. sed Insti. de cōtrahen. emp. §. prætiū.
approbat opi. Mar. & distinguit, vtrū habeat facultatē rei tradē
dæ: & cōpellit pręcisè: vt d. §. pretiū. & de acti. emp. l. ex empto. i
prin. Aut nō habet facultatē rei traden. læ, & pręstat interesse: vt
in legibus alleg. pro alia parte. Et istam opi. tenet Iaco. hic Dyn.
& Per. vt dicit Cyn. in d. l. si traditio. de actio. emp. Iaco. de Aret.
tenet quod ad tradendum possit compelli præcisè, si habet facul
tatem tradendi: alias condemnatur ad interesse: sed tamen istud
interesse non venit in petitione: sed est, vt refert Cyn. C. de sentē.
quæ pro eo. in iij. q. principali. Sed alij doct. dicunt, quod interesse est in petitiōe & est casus in d. l. j. de act. emp. Quid dicemus? Dico sic: Aut rē tradi, est in obligatione ex contractu emptionis & vēditiōis: & teneo opi. Mar. vt distinxi: habeat facultatē tradē di, vel nō, per iura §. alleg. quod tenēt cōiter oēs. Aut rem tradi, est in obligatiōe ex alia simplici stipulatiōe: & tūc indistinctè reus liberatur pręstando interesse: vt hac l. si fundum tradi. cōiuncto ver. seq. & j. eo. l. si fundum certa die præstari. Rō, quia quādo qs tenetur ex causa emptionis, non tenetur ad merum factum: imò dicta obligatio participat naturā obligationis dandi. Nā si est dñs trāsfert dñium vēditor, vel vsucapiendi cōditionē: vt §. de actio. emp. l. ex empto. Ex eo ergo q̃ participat cū obligatione dandi, cōpellatur præcisè, si habet facultatem tradendi. Ex eo verò quod factū est in obligatione, succedat obligatio ad interesse. Et quod ista obligatio non contineat merum factum, habes glo. §. si cer. pe. l. certi cōdictio. in iij. glo. & videtur text. §. eo. l. in conuentionalibus. in fin. intelligendo quod ibi præcessit contractus emptionis. sed quando rem tradi est in obligatione, ex simplici stipulatione: tunc merum factum est in obligatione: vt §. eod. l. si rem
40 tradi. † Nonò restat videre practicam præsentis materiæ. s. qualiter factum seu interesse petatur, et exigatur? Circa hoc reperitur triplex modus traditus à glossatoribus nostris. Primus est, q̃ petatur factū in libello: & tēpore sententię interrogetur reus, si vult facere vel nō: & si dicit nō: tunc iudex condēnabit eū ad interesse: ar. §. de re iu. l. si qs ab alio §. si ita. no. §. de actio. emp. l. j. in prin. magnę gl. Nec mirum si aliud petitur, & aliud in condemnationem venit: quia aliàs hoc accidit. §. si cer. pe. l. vinum. de ædi. edic. l. ædiles. §. item sciendum. Idem dicit gl. Pe. & And. za. sequentes eū, reprobant istam practicam. Nam stultus est iudex qui in alio cōdemnat, quàm petitum sit: vt l. fi. C. de fideicom. lib. vnde dicunt ipsi, quando factum simpliciter petitur, aut reus definit posse facere: puta, tenebatur scribere librū, & amputata est sibi manus: tunc de necessitate fiet condemnatio ad interesse: vt §. de condi. furti. l. in re furtiua. & de confes. l. Iulianus. & de consti. pec. l. permissor. cum si. & non erit locus dictæ interrogationi: quam gl. dicit. Aut non definit posse facere: & tunc aut ab initio reus negabat se teneri: & tamen probatum est: & condemnabitur ad ipsum factum: quia fatuus est iudex, &c. Aut ab initio confitebatur se teneri, sed dicebat, nolo facere, quia volo interesse præstare: & tunc non sequitur condemnatio, sed liberatur à petitione facti: cùm præcisè non teneatur, secundum ea quæ §. dicta sunt. Ad l. vinum. & §. item sciendum. quam pro se allegat, respondēt quod ibi loquitur in his, quæ veniunt officio iudicis: quia accidit post li conte. sed hic interesse est in obligatione & promissione. Ita dicunt ipsi. Et sic nullo casu erit locus dictæ interrogationi, quam gl. dicit. Ego sustineo glos. Nam quandoque desij posse facere: & tunc quid iuris, j. dicam. Quandoq; est possibile fieri factum, & interesse præstari: & tunc aut obligatio ad interesse fuit contracta post lit. conte. puta quia antè non erat in mora: tunc certum est glo. bene dicere: quia iudex poterit ad interesse condemnare: quia post lit. contes. accidit: vt d. §. item sciendum. Aut obligatio ad interesse fuit contracta antè: & tunc siue reus neget, siue confiteatur, dico q̃ posset fieri interrogatio, vt dicit glos. quia iudex poterit condemnare ad interesse. Hoc probo primò per l. si quando. §. hæres. §. de leg. j. vbi videtur casus secundum quod gl. intelligit ibi. Præterea, iudex potest sententiare prout conuenit inter partes: vt §. de re iudi. l. si conuenerit. Si ergo partes concordant q̃ fiat condēnatio ad interesse, satis est. Præterea, si petitur factū, & fiat condemnatio ad interesse: non est aliud, sed idem interpretatione iuris. Hoc probatur sic. Fideiussor non potest promittere aliud quàm principalis: vt l. Græcè. §. si quis Stichum. j. de fideiuss. sed si principalis promittit factum, fideiussor poterit promittere interesse: vt j. de fideiuss. l. stipulatus es. ergo patet, q̃ non est aliud. Et per hoc patet responsio ad rationem eorum. s. q̃ fatuus est iudex, qui condēnat in alio, &c. quia dico q̃ nō est aliud.

P. PAV. P.
a ¶ Fallit si inducerer. Vide Fel. i c. cū olim extra de testi.

POMATES.
b ¶ Expresse ad factū. hoc aūt limita pluribus modis, de qbus hic p d. Alexā. cōsil. clxxix. inci. viso & opportune discusso. i viij. & ix. col. & in cōsi. ccxxxiij. incip. visis actis mihi trāsmissis. in iij. colū. & Abb. in cōsi. cxlix. i iij. dubio. i fin. & d. Ias. in l. si pecuniā. in prī. in gl. i verbo. ne cesse. §. de cō. ob cau. & Mathesi. notabi. liij. in v. char. & za ba in repe. c. primi de accu. cxvj. differētia inter ius ciuile et Canonicum. & seq. clxvij.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Sed iuxta. Allegat istud dictum Ludo. Ro. in cõsil. cclxvij. & consuluit secũdũ istud dictum. vide ibi Andre. Barba.

a Sed iuxta prædicta moueo vnũ dubium.
41 Pone iudex nõ facta dicta † interrogatione cõdemnauit reum ad factũ simpliciter: nunquid reus postea liberabitur soluendo interesse? Videt q̃ nõ: quia si ab initio agit ad interesse, reus nõ habet potestatẽ soluẽdi factum: nisi vsq; ad lit. contest. vt l. si insulam. j. eo. ita ecõtra: vbi agitur ad factum nõ habet facultatẽ soluẽdi interesse, nisi vsq; ad lit. contest. Contrariũ dico. Nam debetis scire, q̃ q̃nq; vnũ est in obligatione: aliud in solutione, ex dispositione hominis: & tunc illa facultas soluẽdi desinit per lit. contest. vt j. de sol. l. si quis stipulatus fuerit decẽ in melle. Ita dicit l. si insulam. Nam factum est in solutione, & obligatione ex dispositione hominis. Quandoque vnum est in obligatione, aliud in solutione ex dispositione legali: & tunc durat facultas soluendi, etiam post sententiam, donec fuerit conuentus super actione iudicati: vt supra, de re iudicata. l. miles. §. decem. de petitione hæreditatis. l. item veniunt. §. cum prædiximus. Ita in proposito cum factum petitur, interesse est in facultate soluendi ex dispositione legali: vt supra dixi. ergo etiam post sententiam potest soluere, donec lis contestetur super actione iudicati. quod tene menti. † Secundus modus practicandi est,
42 quod ab initio actor interroget reum: & si non vult facere, statim agatur ad interesse: iste modus no. in d. l. j. in prin. de act. emp. Iste modus est verus omnino. Nam cum ſ. sit pluries dictum, q̃ interesse est in obligatione, & petitione post morã: patet q̃ interesse potest peti, etiam si reus nõ interrogetur: sed reus habebit facultatẽ purgandi moram, vsq; ad lit. cõte. vt l. si insulam. & illud
43 cõmuniter omnes tenent. † Tertius modus est, vt sic petatur: Peto factũ fieri, & si nõ fecerit, peto interesse. Iste modus no. per gl. ſ. eo. l. ij. §. itẽ si in facto. cum d. l. j. de act. emp. & ibi dicitur, q̃ hoc turius est. & hoc tenet etiã Cy. C. de act. emp. l. si traditio. Sed contra hoc opp. hic proponit duas actiones, sed actor cogitur eligere qui agit: ergo, &c. vt in l. quod in hæredẽ. §. eligere. do. Ant. fatetur, q̃ si reus opponit, actor cogetur eligere: sed si non opponit, procedit iudicium. Ego dico, q̃ iudicium omnino procedit & reo opponente actor non cogitur eligere. Nam verba dicti libelli possunt intelligi duobus modis. Primò, vt vtrunq; petat iure actionis: & tunc procederet id quod dicit Anto. Secundò potest intelligi q̃ iure actionis petat factum: interesse autem petat prout est in potestate soluẽdi: sicut cùm peto decẽ aut noxæ deditionẽ: vt l. miles. §. decẽ. de re iudi. & Insti. de offic. iudi. in prin. qui libellus sine dubio procedit: & tamẽ hoc casu non proponit nisi vnam actionẽ: ideo hic non cadit electio. & secũdum istum modum qui magis facit pro actore, debet libellus intelligi: vt de
44 iudi. l. si quis intẽtione. † Sed iuxta prædicta potest dubitari. Pone q̃ factum desijt posse fieri: vtrum amodo factum posit peti in libello? Dy. dicit hic indistinctè quòd non: sed de necessitate petitur interesse: vt supra, de vsufruc. leg. l. si vsusfructus mihi in biẽnium. Istud dictum Dy. videtur cõtra ea quæ dixi §. in vj. q. Nam dixi, q̃ quando est in obligatione rẽ restitui, etiã re perẽpta, ipsa res potest deduci in petitionem: vt probãt multa iura ibi allega. Quid ergo dicemus? Dico q̃ factum est quoddam, quod postquam desijt posse fieri, actor in hoc non potest prætendere ignorantiam, nec potest illud factum in libello colorari per modum possibilem: tunc de necessitate petitur interesse: vt dicta l. si vsusfructus mihi in biennium. Si enim mihi debeatur vsusfructus in biennium à morte testatoris: elapso biennio, ego actor sum certus quòd vsumfructum illius biennij habere non possum: nec possum hoc in libello petere per modum possibilem: cùm semper in libello apparet impossibilitas. Non enim possum dicere quòd facias me fructuarium temporis elapsi, quod est impossibile. Idem est videre, vbicunque quis est obligatus ad non faciendum: tunc stipulatio est commissa ad interesse: quia facit quod non debuit: de necessitate petitur interesse. Non enim possum petere in libello quòd non sit factum illud quod est factum: quia est impossibile. Probatur supra, de euict. l. si ita quis. infra, de regulis iuris. l. verum. Et patet in omnibus legibus quæ ponunt casum in eo qui est obligatus non facere: vt supra eodem. lege secunda. §. item si in facto. & infra eodem lege si sic. Facit textus supra familiæ erciscundæ, lege hæredes. §. in alia. supra, de actio. empt. l. Iulianus. in principio, cum similibus. Quoddam verò est factum, quòd licet desinat posse fieri, actor potest prætendere probabilẽ ignorantiã. Ideo põt peti in libello per modũ possibilẽ: vt si teneris ad rem restituendã quæ est perẽpta: ego actor possum ignorare. Itẽ in libello possum hoc colorare per modũ possibilẽ, talẽ q̃ in libello nõ appareat impossibilitas: quia possum licitè dicere, peto dictã rẽ restitui: tunc procedit petitio, licet fiat condẽnatio ad interesse. & ita loquunt oĩa iura superius allegata in vj. q. Eadẽ ergo ratione si ei, qui debeat scribere librũ, est amputata manus, possum petere in libello: Peto q̃ scribas librũ: licet condẽnatio fiat de necessitate ad interesse. † Decimò & vltimò quærit qualiter petatur interesse. Glos. in
45 l. certi cõditio. ſ. si cer. pe. dicit, q̃ petet p̃ certi conditionẽ: & petet nõ expressa certa quantitate in libello: tũ postea in sententia fiet certũ: vt Insti. de act. §. curare. Doc. nostri cõiter tenẽt cõtra glo. in eo quod dicit, q̃ interesse petet per certi conditionẽ. et hoc est ibi in d. l. certi cõdictio. expressum. Nã ibi dicit, q̃ nulla actio quæ cõpetit ex l. Aql. cõpetit ad interesse: vt ſ. ad l. Aql. l. ij. ĩ pri. & Insti. ad l. Aqui. in prin. ergo &c. qd hic nõ disputo: dicatur vt ibi. In eo vero q̃ gl. dicit, q̃ interesse petet incertũ in libello: sunt contrariæ opi. Iac. de Ra. Pe. & Cy. dicũt enim, q̃ si omnino interesse petit p̃ certi cõditionẽ. qa sperat certificari: eadẽ rõne cõ factũ poterit peti certi cõdictiõe, qa sperat certificari futuro facto: ergo idẽ in omni facto. At istud est falsum: qa p̃ factis agitur actiõe ex stipulatu: vt Insti. de ver. ob. in prin. & j. eo. l. vbi aũt. §. q̃ id qd. Dicũt ergo q̃ interesse petit certi cõditione: & ponet in libello certũ, & taxatũ. Hoc probat: qa q̃ interesse petit, pecuniã dari petit: vt hac l. Sed q̃ petit pecuniã, debebit certam quãtitatem exprimere: vt ſ. de rei vẽ. l. si in rẽ. ergo &c. Præterea, intia debet esse conformis libello: vt ſ. cõi di. l. vt fundus. sed in intia iudex condẽnat ad certã pecuniã: vt l. si quis ab alio. ſ. de re iudi. ergo &c. Ad §. curare. quẽ gl pro se allegat, rñdet: Interesse quoddam est præteritũ, vel præsens: istud cũ sit certũ, etiã natura, debet peti certũ in libello: & istud iure actionis. ſ. p̃ certi condictionem. Quoddã interesse est futurũ. ſ. q̃ põt crescere vsq; ad intiam: vt ſ. si cer. pera. l. vinũ. & l. in hac. de tritica. & istud nõ põt peti iure actionis: vt ſ. de iudi. l. nõ quemadmodum. sed petet iudicis officio mercenario: & huius occasione admittit adiectio incertæ partis hoc modo: dico contra te, tu debes mihi darevinũ, vel aliã rẽ, & fuisti in mora: vñ interest mea in decẽ, quæ decẽ peto: & si contigerit interesse augeri, vsq; ad sententiã, in illud peto te condemnari. Modò dicũt ipsi, Adiectio ista iuncta declarabit per iudicẽ in sentẽtia, cũ de hoc loquit § curare. Ita dicit Cy. C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. j. circa. iiij. quæst. principaliẽ & in d. l. certi condictio. in vltr. q. in repetitione sua. & ibi latius hoc declarat. Ego credo gl. Bene dicere. Primò per legẽ. Secũdò per rationem. per l. C de inuti. stipu. l. iij. in fi. vbi est casus. Nam ibi agitur ad interesse, & dicitur obligatio iuncta actioni in factũ, &c. Nõ enim potest dici, q̃ ibi loquat de interesse futuro: quia tũc non diceret ipsa actio incerta, sed officiũ. Loquitur ergo expresse de interesse præterito, quod venit iure actionis: & petitio erit incerta, condẽnatio certa, vt ibi patet. Secundò per rationem sic: Quidocunq; declaratio incertitudinis non est in potestate actoris, admittitur libellus incertus: vt ſ. quorum legat. l. j. §. quia autem. & etiam dicimus in obligatione alternatiua, quando electio est debitoris: vt j. eo. l. vbi autem. §. qui illud. sed declaratio interesse non pendet ex potestate actoris, sed ex subtilitate iudicis: vt C. de sent. quæ pro eo quod interest. l. j. ergo admittitur libellus incertus. Et in hac opi. videntur esse Gul. Iaco. Butr. & cæteri nostri Citramontani. Ad rationes in contrarium respondeo. Primò ad id quod dicunt, quod hac ratione omne factũ poterit peti certi conditione, dico quod falsum est: quia quantum ad interesse est certum in rerum natura, tempore quo petitur: licet non exprimatur in libello: meritò venit incerti condictio: vt l. cum ad præsens. & l. sequen. ſ. si cer. pe. Facta verò, anteq; fiant, nõ sunt certa in rerum natura. Ad l. si in rem. de rei ven. respond. quod debet peti certa quantitas, quando pẽdet ex potestate actoris. alias secus. Ad l. vt fundus. respondeo quia sententia est conformis libello hic: quia interesse petitur, & ad interesse fit condemnatio licet in sententia deducatur certum, in libello sustinetur incertitudo, per rationem quam dixi. Fateor tamen quod si quis libellũ formaret secũdũ opi. prædictorum docto. quod libellus procederet. Sed si de minori interesse probaretur, reus absolueretur ab eo quod est vltra petitum: quod noceret actori, propter condemnationem

Universidad de Deusto Biblioteca

tionem expensarum: sed libello formato secundum glo. non potest illud accidere. Barto.

Si quis ita stipulatus. Pœnalis stipulatio adiecta obligationi facti, cũ adiectione diei, demũ adueniẽte die cõmittit: aliàs cũ cœperit esse in mora inchoãdi, ad particulare interesse cõmittitur. h. d. Opp. de prin. ad fi. R ñ. debetis scire ꝓ declaratione ꝓ ĩ hoc §. differt prin. à fi. Primò: qa in prin. pœnalis stipulatio incipit à præcedẽti cõditiõe: in fine à præcedẽti cõuẽtione. Secũdò, quia in primo casu fuit certũ tẽps adiectũ: in ver. planè. nullum tẽps. & ista est no. differẽtia. Tertia differẽtia est bona: quia primo casu fuit apposita pœna: in secũdo nõ. & iõvt pœnalis stipulatio cõmittat, oportet ꝓ totũ tẽps labat, secus in interesse: quia statim cõmittit ad particulare interesse. Oppo. de l. si ita stipulatus essem abs te. §. eo. Sol. dicũt quidam: ibi pœna fuit apposita, hic nõ. Istud est truffa. Tene istã. Ad totale interesse nõ committit, nisi tm̃ tẽpus transierit ꝓ posit domus fieri: sed ad interesse particulare cõmittit cùm incœpisset esse in mora: vt hic. Et hãc oẽs tenent, quia est tex. in l. cõtinuus. §. item qui insulã. j. eo. Oppo. de l. existimo. §. ex hac. j. eo. Solu. eo modo quo s. proxi. quod ad particulare interesse cõmittitur, dũ est in mora inchoandi, &c. & circa materiã huius §. distingue plenè vt dixi s. proxi. in v. q. Extra gl. opp. & est opi. Pe. & ista lex, prout dixi in primo cõtrario, videt cõtra illam regulam, Expressio eorũ, quæ tacitè insunt, &c. & no. in l. nõ rectè. C. de fideius. & l. iij. s. de leg. j. sed hic sic exprimitur tempus: quia tacitè inest, & aliquid operatur. Sol. aut exprimitur eo modo quo inest: & tũc nihil operat. Aut alio modo quã inest: & loquit hic: quia tẽps, qd exprimitur, est ad arbitriũ promissoris. l. stipulatio ista. §. inter certam. s. eo. si non exprimatur tempus tunc inest ex natura rei: & tunc expressio aliquid operatur.

1 ☞ An ante diem sit nata obligatio. 73.

INterdum. Stipulatio pura, secundùm verba quãdoq; ex natura rei recipit dilationem. h. d. Oppo. & videtur, ꝓ in obligatione in diẽ sit ante nata actio, licet obstet exceptio: vt l. j. s. quãdo di. vsusfru. le. ce. & tũ videt tex. ꝓ adueniẽte die incipit. Sol. gl. exponit, incipit, s. cũ effectu. Pe. dicit ꝓ tex. stat propriè: & tunc est
1 casus pro eo quod ante diẽ non est nata actio. Et † pro declaratione eius quod Pe. dicit, formo dubium, an obligatio sit nata ante diem. Et Pe. dicit ꝓ sic: vt l. centesimis. in prin. s. eo. & secundũ hoc obligatio est pura, quãdo ꝓmitto fructus futuros, licet exactio differat. h. d. Per. probo j. eo. l. inter stipulãtem. §. sacrã. vbi pendet: ergo &c. s. eo. l. ij. §. i. Breuiter Pe. dicit contra casum l. s. de cõdi. & demon. l. j. vbi dicit, ꝓ est conditionalis, & est tacita, quæ impedit natiuitatem obligationis: vt no. s. de pac. l. item quia. Nõ obstat §. sacrã. quia ibi pendet natiui-
a tas obligationis, vt dixi s. eod. l. ij. §. j. Quid dicemus? [a] Dico hic ꝓ si quęram' de obligationibus, in quibusdam exẽplis est nata incontinẽti: vt si promisit domum ædificare, vel dare Carthaginem, & in quibusdam exẽplis nõ est nata: vt in partu ancillæ, & fructibus futuris: vt d. l. j. de condi. & demon. Si vero quærimus de actione, de qua quærit text. & c. tunc in illis exemplis vbi non est nata obligatio, text. stat propriè: in alijs exemplis dico idem: quia cum dies insit ex natura obligationis, seu rei in obligationem deductæ, impedit natiuitatem actionis: vt l. si tutor Reipublicæ. §. fin. de tut. & ra. dis. & hoc non destruendo tex. & s. eod. l. si ita stipulatus essem abs te. & j. eo. l. ita stipulatus. in ij. qõ. princ. dic vt ibi. & sic gl. quæ exponit, s. cum effectu: non bene dicit. Quærit gloss. quæ sint istæ operæ. Dicit quòd incertæ. Aliud si certæ: vt artificiales. Dy. dicit, quod eadem est ratio in operis certis, quæ in incertis. Dyn. bene habuit bonum intellectum, & etiam glo. & quòd iste tex. loquatur de incertis, apparet ex eo ꝓ dicit ꝓ indistincte operæ: quia tunc antequã indicant, sunt incertæ: vt l. si non fortẽ. §. libertus. s. de condi. inde. Item apparet: quia ante non nascit: vt l. quoties. de ope. lib. quãtum ad hoc vt teneatur reus. sed quãtum ad hoc vt mora committatur, eadẽ est ratio in certis & incertis, vt tantum tempus transeat.

Si seruus hæreditarius. Opp. de l. seruus hæreditarius. j. de stipu. ser. Gl. distinguit optimè: qa hæc debet intelligi secundũ illã. & vide glo. q̃ incipit, distinguẽdũ est, &c. a

1 ☞ Mora per oblationem, quando prorogari possit.
2 Ray. & Bar. simul legerunt Pisis, Bar. sequitur opi. Ray. præceptoris sui.

Promissor Stichi. Iste §. tractat materiam purgationis moræ, & hic posset tractari, prout in l. si insulam. & quia Dy. ibi posuit, ideo oẽs docto. ibi tractant, & ibi dicemus: & breuiter dicit, ꝓ licitũ est morã purgare. In prima parte loquitur in specie debita: in secũda parte loquit in quãtitate debita. Opp. & videtur ꝓ nõ liceat offerre. j. eo. l. si insulã. Gl. dicit ꝓ nõ licet post lit. cõte. vt ibi. Cõtra: qa imò semper licet: vt Insti. de ꝓpe. & tẽp. ac. in fin. & l. si
1 reus. §. de procu. R ñ. ad l. si insulã. † Q ñ ꝓ ad purgationẽ moræ offert illud ꝓ petit: & tũc põt semp̃ offerre: vt Insti. de perpe. & tẽp. act. §. fi. vt si peto Stichũ, tu offers: vel peto decẽ, & offers decẽ. & sic loquit hic: & re' tũc absoluet ab instãtia iudicij. Q ñ ꝓ vnũ petit, & aliud offert: vt, peto interesse, tu offers factũ: vel peto pœnã, tu principale debitũ offers, post li. cõte. & tũc nõ licet: vt l. si insulã. j. eo. & hoc tenẽt oẽs doc. excepto do. Ray. & magno tẽpe tenuit istã: postea mutauit opi. per l. sed & si alia. §. de cõsti. pec. Ad §. fi. Insti. de ꝓpe. & tẽp. ac. rñ. ꝓ aut quęrit quãtũ ad euitãdũ periculũ interitus: tũc offerre non possum: vt l. sed & si alia. Aut q̃: tũ ad euitandũ instãtiã iudicij: & possum: vt Instit. de ꝓpe. & tẽp. actio. in fi. hoc nihil est dictũ: quia loquit qñ ab instãtia absoluitur: quia soluit. Q ũo ergo remanet periculũ inte- c
ritus: cũ a toto est absolutus? Postquã di-
2 xi † sibi istud cũ simul Pisis legerem', ipse rñdit, ꝓ iterest actoris, vt pueniat ad sentẽtiã, ne ille posit dicere se soluisse indebitũ. Sed illud est cõtra dictum istud: quia possum euitare iudicium. & tex. est in §. fi. Absoluor enim ab instãtia, nec alia speratur snĩa. Sed dũ legebã Pisis sequendo Cassiũ, qui snĩam magistri sui bene excusat, dixi eũ bene dicere. Nã text. in §. fi. loquit in soluẽte, seu satisfaciẽte: hic loquit in offerẽte tãtum. V ñ dico ꝓ añ lit. conte. sola oblatio purgat morã, vt hic, & l. si seruũ. §. sequitur. j. eo. & l. illud. s. de pericu.
b & commo. rei vendi. sed post lit. contes. [b] non sufficit oblatio: vt l. sed & si alia. §. de constitu. pecu. sed requiritur alia solu. vel quod vicem solutionis obtineat: vt oblatio, & depositio, &
c consignatio: vt l. obsignatione. C. de solu. vel in iudicio [c] offerat: vt l. si rem. in fi. s. de pig. act. & tunc loquitur Insti. de ꝓpe. & temp. actio. in fi. Cætera dic plenè vt l. si insulam. j. eod.

a ¶ Quid dicemus. Et pondera, qa Pau de ca. ĩ l. si ita stipulatus essem abs te. s. e. limitat illã l. j. ꝓ ante tẽps põt stipulator agere contra ꝓmissorẽ ad ædificãdũ domum. Bar. hic sentit cõtrariũ. Ego ibi reducebã ad cõcordiam, ꝓ aut adhuc nõ erat ĩcœptũ tẽps ẽdificãdi & non poterat compelli, aut erat incœptũ, & restabat tm̃ de tẽpe quod possent ædificare, & isto casu procedat dictum Pau. de cas. & videt hic casus in ver. tũc: aliàs secus. Vide q̃ ibi dixi, & ĩ l. fi. §. itẽ si ĩ facto. And. Barb.

b ¶ Post lit. cõte. Adde ꝓ Imo. & Ro. in d. l. si ĩsulam. & Ro. hic tenẽt cõtra p iura q̃ dicunt simpliciter ꝓ oblationẽ morã purgari: vt l. si seruũ. §. sequitur. j. e. & ꝓ l. qd sibi. §. fi. a cõtrario sensu j. de sol. Et ꝓ hac opi. Alex. alle. tex. ĩ l. hominẽ. versic. quominus. ĩ. mãd. & Ange. ĩ l. & si post tres. in antepe. colũ. ĩ. si qs cau. subdens ꝓ si qs vellet sustinere opinio. Barto. posset dicere, quia intellectus moder. non est bonus ad l. sed & si alia.

c ¶ In iudicio. Adde, & limita vt p eũdẽ in l. si debitor. j. de solu. cũ quo dicit Ale. cõcordare Bal. ĩ l. acceptam. de vsur.

1 ☞ Dictio quantum, refertur ad quantitatem, non ad speciem.
2 Vinum optimum dicitur quod est secũdũ regionem, & secundũ cõem usum loquendi.
3 Aurei intelliguntur promissi secundum regionem, & ad pondus regionis. 74.

STipulationum quædam. Vsq; ad l. si. l. seq. breuiter hoc intendit: Q ñ in obligatione venit id, ꝓ non est variabile ex natura rei, vel promissoris volũtate, stipulatio continet certũ: aliàs incertum. hoc dicit. Et assume tibi hoc: qa quãdo certũ deuenit in stipulatione: tũc agitur certi cõdictione: quãdo incertũ, tunc actione ex stipulatu: vt Insti. de verb. obl. circa prin. Item quãdo venit in stipulatione incertum certificandum ex aliquo futuro euentu, stipulatio recipit dilationem: vt s. l. proxi. in prin. Et propter istos duos effectus est facta ista lex cũ seq. Postea venias ad casum. & ad l. nostrã opp. & aduertatis. Nam cùm dico fundum Tusculanum, non ap-
1 paret quantũ. Glos. dicit † ꝓ quantum, refertur ad quantitatẽ, non ad speciẽ. & hoc innuit glo. super ver. aurei, & si bene inspiciatur, est alia gl. magna in prin. l. seq. Pe. dicit ꝓ inquãtum apparet à capite vsq; ad pedẽ, fortè nõ dicit malè. sed gl. habuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

a ¶ Illud. Adde inquirtum Alexand. hic in §. tangit an ſit neceſſe cauſas grauaminis ſigillatim exprimere in appellatione ab interlocutoria, adde q̃ Bald. conſi.cclxij.j. lib. tenet ſigillatim eē exprimendas, nec ſufficiat ſe referre ad acta.

b ¶ Libellus alternatiuus. Adde qd de exceptione alternatiua, vide in ca. nullus pluribus. de re iud. lib. vj. Anto. de Bu. in c. tertio loco. de proba. et i. de excep. l. nemo. Quid d̃ poſitione alternatiua, vide d. Anto. in d. ca. & Inno. in c. ex parte de reſcri. Bal. in l. edita. in xxvij. colũ. ver. quid dicet de practica Vicentina. in repe. Padua. C. de edẽ. & in l. j. in iij. oppo. C. de furt. Quid de decreto iudicis, vide in l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. verſ. quid ergo i. de reb. eorũ. Quid in diffinitiua inſtat dicit Alexã. cõclud. q̃ non valeat, per l. fin. C. de ſen. quæ ſi. cert. quãti. & cũ illa glo. tranſit Nico. de Neap. de quo etiam per glo. in c. latores. de cle. excom. depo. mi. & aliquid p̃ bal. l. j. C. de iur. Et ad Bar. hic adde tu docto. maxime Aret. in ca. ex parte B. iij. tio. extra, de foro cõpe. & ibi do. Mariu. in v. not. Et adde ẽt q̃ exceptio alternatiua procedit, qũ in vtraq; parte alternatiuæ concluditur vna & eadẽ intentio. Ita Aretiũ. poſt doc. in c. tertio loco. de probat. & ibi q̃ ſicut libellus alternatiuus procedit. quãdo incertitudo cauſatur facto rei: vt p̃ Bar. in l. j. §. quia autem. i. quorum legata in excipiẽte, l. T.

c ¶ Idem in annuo. Adde Bart. in l. pecuniæ. i. de ali. & ci. le. Ange. i l. cum notiſſimu. de præſcrip. xxx. Ann. Bal. in l. j. C. de ſenten. quæ ſi. cert. quãti. Angel. in l. j. in repe. C. de iudi. Quid de expenſis futuris vide per Ang. hic quẽ ſequitur Alexã. ſimiliter quid de fructibus futuris? & an tractus futuri temporis ſpectent ad iudicẽ, vide per Anto. de Bur. et Imo. in cap. auditis. de præſcriptioni. & & Imo. in capi. pro illorum. de præben. Bart. in d. l. j. de ſentent. quæ ſine certa quãti. & Ang. i d. j. l. prima.

reſpectum ad tex. qui dicit, ex ipſa ꝓnunciatione apparet quãtũ. Dicitur hic q̃ qui fundũ ſtipulatur ſimpliciter, incertũ ſtipulatur. Contra: quia nihil valet, vt l. ita ſtipulatus. j. eo. & §. de iure do. l. cũ poſt. §. gener. Sol. vult incertũ ſtipulari & ideo eſt incerta ſtipulatio an autẽ valeat, hic nõ dicitur. Dico ergo q̃ nõ valet: vt in cõtrario & hoc vult gl. Opp. de l. triticũ. j. eo. Solu. vt gl. quia in frumento fuit adiecta quãtitas, licet nõ qualitas. Venio ad gl. magnã. & ſi hoc eſt verũ, certi cõdictio ex mutuo nõ habet locũ, niſi cũ mutuat optimũ vinũ. Cõtra, §. ſi cert. peta. l. certi cõdictio. in prin. & l. cũ qd. & per totũ. Sol. ibi præceſſit mutuatio, ex qua limitatur qualitas cõtractus: quia debet reddi vinũ eiuſdẽ bonitatis: vt l. cum quid. hic qñ nõ præcedit aliquis cõtract⁹. Extra gl. op. ſi hoc eſt verũ: nulla ſtipulatio certa eſt: quia meli⁹ vinũ eſt vernacia: & in ipſo eſt differentia:
2 ergo †qui promittit vinũ optimũ, promittit incertũ. Sol. Debet intelligi ſecũdũ regionẽ, & ſecundũ communem vſum loquẽdi: vt l. cũ de lanionis. §. aſinã. §. de fun. inſtru. & inſt. & l. ſemper in ſtipulationibus. j. de reg. iu. & pro iſta determinatiõe facit illum quod ſtatim dicam. Opp. hic dicitur quod qui promittit aureos, promittit certũ. Cõtra: quia aurei ſunt de Florẽtia, Genua, de Venetijs & Vngaria, &
3 ſunt varij. † Dic q̃ aurei intelliguntur ſecundũ regionẽ ad pondus regionis: vt ar. l. nundinis. §. de le. iij. l. ſemp. in ſtipulationibus. j. de reg. iur. l. Imperatores. de contrahen. emp.

V Bi autem.

75-

Fundi certi. Vt intelligas ſummariũ me
ꝓ quare vſusfructus eſt incert⁹ propter varietatẽ pecuniæ, ad quã teneris. Itẽ in vino meliori põt ſolutio variari ex voluntate ipſi⁹: ſed qñ nõ poteſt variari, tunc eſt certũ. Opp. §. de vſufru. ear. re. quæ vſu cõſu. l. tribus. Solu. ibi in vſufru. earũ re. quę vſu cõſumunt. Et ratio eſt: qa tranſit dominiũ. Secus qñ ſtipulatur vſufructus rei immobilis: vt in §. qui id quod. Opponit. de lege prima. §. & generaliter §. de triti. Solutio triticaria datur ad incertum.

Illud dubitationẽ reci-

a Pit. Opp. quia non vr̃ q̃ appareat qd, quale, vel quãtũ. Dicit gl. q̃ apparet ex poſtfacto: nam eo ipſo q̃ exprimitur vt ſpẽs, videtur apparere quãtum: vt §. l. ꝓxima. Itẽ q̃ eſt certũ apparet: quia variatio ſolutionis non eſt in poteſtate rei, nec pendet ex natura rei: ideo dicitur certum hic, vt cũ ꝓmitto oleũ illius amphoræ, aliud ſoluere nõ poſſum, & videbitis ſtatim in §. q illu. j. Gl. ſignat ar. cõtra. & vide eã, q̃ incipit mihi. ibi ar. & c. & ibi. l. j. §. j. meli⁹ diceret. l. ait p̃tor. §. j. & ſic eſt certũ: quia p̃ relationẽ ad certũ. Itẽ ibi. l. quod in ſtipulatione. Sol. ibi vſuræ nondum erant in ſe certæ: quia de futuris agebatur: & ibi. l. ita fidei ſolue vt ibi. Item ibi, in prin. §. iſte nõ accedit ad ꝓpoſitũ. ſed magis ẽ cõtra. l. ij. §. icertã. j. de p̃to. ſtip. ſed ibi eſt incerta ſtipulatio reſpectu initij: ſed inſpecto exitu eſt certa: vt ibi. Vel dic vt in primo caſu, qñ ſtipulor partũ Arethuſæ ſi erit natus ex certa. Quæro, vtrũ agat actione ex ſtipulatu, vel certi cõdictõe. Dicit Dy. q̃ actiõe ex ſtipulatu. Iac. de Are. dicit q̃ certi cõdictione, & probat: qa anteq̃ partus naſcat nõ põt agi vt l. interdũ. §. eo. poſtq̃ eſt natus, eſt certũ: ideo agit certi cõdictiõe: vt l. certi cõdictio. in prin. §. ſi cer. pe. ibi: ſiue ex incerto cõtractu, &c. Dy. poſſet dicere verũ in fructu annuo: vt dicam ſtatim in §. qui ſortẽ. Et ſi dicis quare hic dicitur q̃ incertũ ſtipulatur? Reſpon. propter ſecũdũ effectum, quem dixi in princi. l. vt oſtendat interim nõ poſſe agi.

Qui id quod in faciendo.

Obligatio fieri, vel nõ fieri: eſt in certa. h. d. Et plenè examinaui in l. ſtipulatiões nõ diuiduntur.

1 ¶ Libellus alternatiuus qualiter procedat.

Qui illud aut illud.

Obligatio alternatiua, ſi electio eſt promiſſoris, cõtinet incertũ: ſi creditoris, certũ dicit cõtinere. h. d. Et iſtũ §. no.
1 †Et per iſtũ. §. dicũt doc. q̃ in obligatione alternatiua ſi eſt ele
b ctio debitoris, ꝓcedit libellus alternatiu⁹: bvt no. Inſti. de act. §. curare. & j. de iniur. l. prætor. §. qd aũt. Si verò eſt electio creditoris, debet eligere, & vnũ petere: vt hic, & j. eo. l. ſi qs ſtipulatus ſit Stichũ. Et ex hoc dico regulariter, q̃ qñq; declaratio incertitudinis nõ eſt in actoris ptãte, nõ habet exprimere certum in libello: vt l. j. §. hoc interdictum. §. quorum lega. & ſcribo. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in vlti. q.

1 ¶ An vſura futuri temporis poſſit peti.

Qui ſortem.

Qui ſtipulatur ſortẽ & vſuras, ſtipulatur certũ quo ad ſortẽ, incertũ quo ad vſuras. h. d. Peteſ ergo ne vſura actiõe ex ſtipulatu, vel certi cõdictiõe? & certè ſi quidẽ vſura, quę currit, peti: & tũc agitur certi cõdictione: licet ex incerto cõtractu: vt §. dixi. Si verò peti vſura futura: & tũc agit actiõe ex ſtipulatu ad incer
1 tũ. †Quęro ergo, vtrũ vſura futuri tẽporis poſsit peti? vr̃ q̃ nõ, in l. j. §. j. §. de vſur. Breuiter qñ aliqd annuũ, vel menſtruũ debet, vtrũ poſsit peti ꝓ futuro tpe, habem⁹ glo. varias. Vna eſt in l. non quẽadmodũ. §. de iudi. quæ dicit q̃ pro futuro tpe põt peti. Idẽ in §. prejudiciales. Inſti. de act. & gl. l. j. C. de fideicõ. Cõtrariũ videt tenere gl. in l. j. C. de iudi. i gl. parua. Quid dicemus? Dñi, ſemper tenui illã opin. q̃ pro futuro poſsit peti nõ ſimpliciter, ſed cũ diſtinctione. qd ſi quidẽ eſt in ptãte mea petere ſtatim totũ, ita q̃ ex futuro non pẽdeat: & tũc pro futuro nõ poſſum petere: vt l. j. §. de vſur. vbi cõdẽnãdo reũ põt facere, vt vſurę nõ currãt exigẽdo. Sed qñ nõ eſt in ptãte creditoris, tũc ſemp ꝓ futuro põt peti etiã in vſuris. l. j. ſecũdũ vnã
c lect. C. de ſen. quæ ſine cer. quãt. Idẽ in annuo legato vt not. glo. in l. nõ quẽadmodũ. §. de iud. l. j. C. de fideicõ. & l. mile agitur. C. de præſcri. xxx. an. Facit. l. iij. in prin. §. de ali. & ci. leg. et circa hoc plenè diſtinxi hoc anno in l. j. C de ſen. quæ ſine cer. quãti. pro fer. Redeo ad §. noſtrũ, qñ eſt in electione debitoris tũc agitur ex ſtipulatu. Facit l. q Romæ. in prin. j. eo. Quęro qd hoc eſt dictũ, q̃ duæ ſunt ſtipulationes: & vide gl. quæ incipit, ſors & vſura, & c. ſed iſta lex. eſt cõtra caſum l. ſi Stichũ. §. ſtipulatio. §. eo. Breuiter aut gl. dicit cõtra illã legẽ. vel dic, q̃ fuit facta expreſſa mẽtio annorũ: vt l. pluribus. §. j. j. eo. ſecũdũ Dyn. Vel dic, q̃ ibi loquit qñ eſt ſtipulatio annua ſimpliciter & ſic habet ſolũ diẽ: hic verò ineſt conditio, ſ. ſi debitor fuerit in mora ſoluẽdi & ſic nõ eſt pura. V ñ quot ſunt anni, tot ſunt ſtipulatiões: vt l. ſi ſeruus cõis Mæuij. §. ſi. j. ti. ij. & ibi dicam.

Hæc ſtipulatio.

Qui teneť ad dãdũ, dare pręciſè cõpellit. h. d. No. hic q̃ dare, eſt accipientis facere. Opp. §. de act. emp. l. j. & l. ſi rẽ tradi. §. e. tit. Dicũt gdã. q̃ ſuccedit obligatio ad intereſſe. Nõ eſt verũ: qa tunc eſſet ſtipulatio incerta: qa variabilis ex poteſtate ꝓmiſſoris, ſicut in ſtipulatione facti. qd eſt cõtra §. noſtrum. Dic ergo q̃ cõtraria loquuntur in obligatiõe facti: hic in obligatione dãdi. Fallit in l. ſi pœnã. §. eo. & plenè dixi in l. ſtipulationes nõ diuiduntur. Opp. de l. ſi ſtipulatus. §. de vſur. Sol. ibi propter naturam præcedentis cõtractus. §. de cuius natura nõ veniebat datio præciſè: vt l. ſi. C. de condi. ob cau.

Facultas

Universidad de Deusto Biblioteca

1 ☞ *Facultas eligendi non transit ad alium præter hæredem stipulatoris.*
2 *Facultas eligendi si competit per modum iuris potest in alium transferri per cessionem.*
3 *Electio quæ sit, quæ cadit in seruum.*
4 *Nomen debitoris alternatiui, cuius electionem habebat creditor, si assignatur ex secundo decreto creditoris, in eum transit facultas eligendi.*
5 *Facultas eligendi, quando transit ad hæredem.*
6 *Facultas eligendi in casu huius §. licet non possit cedi uno stipulatore, tamen potest procurator constitui ad petendum, & eligendum.*
7 *Procurator constitui potest ad petendum restitutionem fideicommissi: licet non possit cedi nec procurator in rem suam constitui.*

70.

1 SI stipulatus. †Facultas eligẽdi non transit ad alium: præter stipulatoris hęredẽ h.d. Opp. quia quicquid quærunt filius & seruus, quęrunt domino & patri: vt l. acquirit. §. de acqui. re. do. & placet. de acqui. hære. Hic dicitur contrariũ, quare male. R ñ. gl. j. eo. l. fi. in prin. ꝙ ista est quædã facultas eligendi, nõ ius: ideo inhęret personæ serui: & nõ quærit per seruũ: vt §. eo. l. stipulatio
a ista. §. hi qui. quod est notandũ. †Nam si hæc electio competeret per modum iuris, posset in alium transferri per cessionẽ vel ius eligendi Episcopum vel Abbatẽ ꝙ competit canonicis, vel monachis: & de hoc sunt plures casus extra, de elect. Sed contra hoc oppo. ꝙ istud eligere, seu arbitrari, sit iuris, & in seruũ nõ cadat: vt l. illa verba. de ver. si. & no. j. de re. iur. l. ꝙ
3 attinet. So. †quædã est electio, quæ cõsistit in mera, & libera voluntate: vt electio in alternatiuis, vel in legato optionis: & istud est facti, & cadit in seruum, vt j. eo. l. fi. in prin. Fallit ĩ seruo pœnæ: vt l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. Quædam est electio, siue arbitramentum quod nõ cõsistit in libera voluntate, sed arbitrari debet vt bonus vir, sed si nõ faceret, cogeretur per iudicẽ. Et istud est iuris: & in seruum nõ cadit: vt in contrarijs. Si ergo seruus stipularet aliquid arbitrio suo fieri, non valeret stipulatio quasi sit collata arbitrio incertæ personæ: vt l. si merces. in prin. §. loc. Imo, dices tu, si est iuris, trãsibit in dominum, sicut cætera iura, vt dictum est sed istud est ius inseparabile à persona: vt l. si quis arbitratu. §. eo. Opp. si illa facultas eligendi est facti, ergo non trãsit ad hæredẽ: vt §. e. l. cum quis sibi. sed hic dicitur contra, &c. & sic transiret in dominũ seruo mortuo. R ñ. istud est factũ executiuum iuris prę ambuli: & ideo sicut transit ius: ita & istud factum. Sed cõtra hoc opp. gl. de l. si sic. §. si quis ita. §. de leg. j. Sol. Dicunt quidã ibi fuit verbũ velim, hic voluero. Truffa est. Vel dic ꝙ est ꝑsonalis stipulatore viuo: sed eo mortuo est realis, & transit in legatarium. Videamus rationes istorũ per ordinẽ. Ratio quare est personalis stipulatore viuo, est: quia si alij posset cedi, vel in alium transferri, fieret conditio promissoris deterior. quia ille forte aliter quã prius eligeret: vt l. is qui. de fideicom. lib. & l. generaliter. §. fi. e. ti. sed post mortẽ desijt esse personalis. Ratio: quia hoc videtur esse actũ. vt sicut obligatio ipsa principalis est transmissibilis, ita & ista: alias mortuo eo stipulatio esset inutilis, ꝙ eo viuo non põt cõtingere. Itẽ ideo transit ad hæredẽ: quia præsumitur scire voluntatẽ defuncti: vt l. si quis filio. §. si quis plures. & ibi no. §. de leg. j. & legatarius in hoc habetur loco hæredis: vt §. de vsucap. l. id tempus. §. j. Itẽ alienatio in hæredẽ est necessaria: ergo &c. ar. l. peto. §. prædiũ. de le. ij. Et sic ex prædictis patet, quod natura huiꝰ facultatis est, ꝙ post mortẽ potest trãsire in alium: in vita, nõ nisi fiat ex neces-
a sitate. Sed ad quodlibet istorũ oppo.ª & videt ꝙ transeat etiã in vita: vt l. si Pamphilo. de opti. leg. Sol. ibi seruus erat alienatus vel manumissus, & sic desierat esse eadẽ persona cum domino: hic vero durabat dominium: vt ibi patet. & ideo hic ser
4 uus acquirit domino de necessitate. †Ex quo nota ꝙ si nomẽ debitoris alternatiui, cuiꝰ electionẽ habebat creditor, assignaretur ex secundo decreto creditori creditoris transiret facultas eligendi: tum quia fit ex necessitate: tum qa transit in personam cui stipulator non põt imperare: vt d. l. si Pamphilo. ꝙ optime probatur per l. pro hære. §. si quid tamẽ. de acqui. hær. ibi cum petitio earum etiã creditoribus, &c. & quod ibi not.
5 in fi. gl. Opp. ad secundũ, & videtur † ꝙ talis facultas non trãsit ad hæredem: vt l. si quis arbitratu. §. eo. & C. de contrahen. emp. l. fi. Sol. dicunt quidã doc. quãdoꝙ ius eligẽdi, seu arbitrandi, competit alicui iure suo, & pro se: & tunc transit ad hęredes: vt hic, & l. illud aut illud. de opti. lega. & C. communia deleg. l. fi. & Insti. de leg. §. optionis. Aut iure alieno, & pro alio: & tunc nõ transit ad hæredes. d. l. si quis arbitratu. cum si. Ita refert Cy. C. de cõtrahen. emp. l. fi. in vij. q. Certe prædicta distinctio non est vera in iure arbitrandi, prout iuris est: qa in illo iure, vel nõ recedit à persona: vel si receditur, itur ad iudicẽ, etiam qñ quis habet ius arbitrandi iure suo, & pro se, nec transit ad hæredem: vt l. hæc venditio. de contrahen. emp. & j. eod. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. sed in facultate eligendi, prout facti est, ꝓcedit dicta distinctio. Nam si competit iure suo, transit ad hęredem, vt hic, cum si. Si iure alieno & pro alio non: vt C. communia de leg. l. fi. §. sed
6 & si quis. † Quæro, licet hæc facultas non posit cedi stipulatore viuo: an posim facere procuratorem simplicẽ ad petendũ & eligendum? Puto ꝙ sic. Nam licet ius petendi restitutionẽ iuris fideicommissi non posit cedi, vel procurator in rẽ suam constitui: vt §. de iure do. l. si mulier. §. ex asse. tamẽ bene põt procurator simplex constitui, vt l. v. §. j. ad Treb. & l. restituta §. j. eo. ti. & ibi no. Pro hoc est tex. §. de procu. l. si is. & j. rem rahabe. l. cum debitore. in fi. & per easdem leges dico, quod ꝓcurator generalis nõ potest eligere, sed oportet quod habeat speciale mandatum, vel quod sequatur ratihabitio. Qualiter autem formetur libellus, vidistis §. l. proxi. §. qui illud.

1 ☞ *Verba præsentis temporis non porriguntur ad futura.*
2 *Clausula codicillaris ut operetur, debet concipi, si non valet, vel valebit.*
3 *Potestas, qui iurauit facere statuta, non intelligitur iurasse de futuris, si multum sibi præiudicant.*
Nec tenetur seruare illicita, impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati.

1 Cum stipulamur. †Verba præsentis tẽporis nõ porriguntur ad futura. hoc dicit. Op. de l. non quemadmodum. §. de iudi. vbi dicitur, ꝙ futura inducuntur in iudicio qñq̃. Dic vt l. non quemadmodũ. hoc anno distinxi in l. j. C. de sen. quæ sine cer. quanti. tetigi in
2 l. vbi autẽ. §. pe. §. eo. Inducitur in arg. † ad q. si testamẽtum dicit, quod si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorũ. Quod si rumpitur agnatione posthumi: tunc ista clausula nõ habet locum: quia tempore testamenti valebat, sed debet dicere, si non valet, vel valebit: vt hic. & sic secundum Dyn. dic, vt
3 plene dico de iure codicillorũ. l. j. † Quæro, Potestas iurauit seruare statuta huius ciuitatis, fit vnum statutum post iuramẽtum, an debeat seruare? Videtur ꝙ non: vt hic. Cõtra. l. si seruitus, de serui. vrba. prædi. Dicunt quidam, aut promisit seruare statuta: & tunc de futuris non intelligitur: vt hic & j. eod. l. si à colono. Aut promisit se seruaturũ: & tunc etiam veniunt futura, vt d. l. si seruitus. licet Canonistæ contra, extra de iureiur. c. pe. Sed hoc nihil est dicere: quia infinitum comprehendit futurum. Breuiter dicerem, prout no. §. eo. l. proxi. §. hæc stipula
b tio. quod seruare statuta intelligatur de futuris, si modicumᵇ præiudicant iuranti. Sed si multum præiudiciũ afferrent tũc ad futura nõ porrigeret: vt ar. l. vlti. C. quæ res pi. ob. pos. Nec obstat de iureiu. c. pe. quia ibi iurauit seruare statuta edita, & sic se ad iam edita restrinxit: hic vero simpliciter, & indefinite iurasse proponitur. Itẽ tale iuramẽtum nõ refertur ad illicita, vel impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati: vt capit. j. de iureiuran. lib. vj.

1 *Pœna quando committatur contra hæredes.*
2 *Pœna quando promittitur, non refert an dicatur tantum nomine pœnæ an dicatur sub pœna.*

77.

AD diem. Etiam hæreditate iacente ex cursu diei appositæ, pœna committit. h.d. Oppo. de l. pecuniæ. §. j. §. de vsu. Dicunt quidam, cõmittitur: sed obstat exceptio. Gl. dicit cõtrariũ, ꝙ ibi hæreditas creditoris iacet: quia non est cui soluat: ideo debet debitori preiudicari: hic vero iacet hæreditas debitoris: ideo creditori nõ debet præiudicari. Pe. dicit, ꝙ nõ est verũ, per l. sciendum. cũ l. sequẽ. §. de vsur. vbi si quis est absens ex causa necessaria, nõ cõmittit mora: & sic pœna nõ põt cõmitti, qñ est cã necessaria, vt est in mortuo. Et ideo dicit ipse: Aut debitor decessit prouisus: &

P. PAV. P.
a ¶ Istorum oppono. Vide ad istam solu. Ias. in l. Iulianus sol. iij. versic. istam doctrinã Bart. ff. d le. j.
b ¶ Si modicum præiudicant. Adde qd Imol. transit cũ opi. Bar. & Abb. in cap. pe. de iureiurã. & cũ horũ opi. dicit Ale. transeundum, licet aliquid contra. An autem qui se submittit statutis, videatur se submittere futuris, vide Abb. consilio lj.

Universidad de Deusto Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

a ¶ Reſtitutio. Adde quod idem tenet Ang.hic. Angel. & Imo.in l.ſed & ſi in conditione.§.ſeruus 1 3.de hære.inſti. Spe. in titu.de emphy.§. nunc aliqua verſic. xviij.aliã ponit op. vt refert Alexã. ſed videtur q̃ verſ.ſeq. inclinet in hanc partem q̃ detur reſtitutio:vt ibi videri po reſt.licet referat opi. Hoſt.q̃ hęredi ignoranti detur reſtitutio:hæreditati vero iacenti nõ,quia hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti. Vnde cũ defuncto non daretur reſtitutio allegando ignorantiã. l.ſi pro ſuo. ſimiſt nec eius hæredi argu.ca.j.extra,de ſolutio.

b ¶ L.ſi debitori. Ad de ſecundum Alex. quod licet Ange. & Pau.de ca.ſequãtur ſol.Bar.ad l.ſi debitori.quod tñ Raph. & Imo. dicunt, qd non poteſt procedere,rationibus, de q̃bus hic per eos: vnde dicunt quod verior videtur ſolu.ad illam legem,illa quę per ipſum Bart.daſ ad l.ſi vero non remunerandi.

c ¶ Dicit Petr. Adde quod eius opi.ſequitur Bal.Ange.Imo, & Rapha. Paul.de ca.hic,& Alex.

tunc committitur,vt hic. Aut non deceſſit prouiſus:& tunc non committit:vt l. ſciendũ.& do.Cy.tangit in l.ij.C.de iure emphy.in xij.q. Breuiter †iſtæ ſunt imagi nationes. Dixi tibi in l.cum filius.§.in hac ſ.eod.q̃ aut cõmittit ex pacto pœna ſine aliquo hæredis facto:& ita loquitur hic. Aut ex mora:& tunc loquunt contraria. & gl.eſt in l.ſi cũ militaribus.C.de reſtit. mi.tñ Dy.tenet hic q̃ detur reſtitutio hæ a redi,vt l.cum filius.§.in hac.q̃ no.in l.qui in alteri.j.de reg.iu.† Quæro,quãdo pœ 2 na promittit an debeat dici,promitto tñ nomine pœnę:an ſufficit dicere, ſub pœna. Et videt q̃ ſic:per iſtum text.habetis gl.in l.reſcriptum.§.ſi pacto.ſ.de pact. & tex.fa.ercit.l.hæredes.§.idẽ iuris.cum ſi.

1 ☞ *Vtrum quantum ad acquiſitionem inſpiciatur tempus exiſtentis conditionis in ultima voluntate.*

78

SI filiusfamilias ſub conditione. Quantũ ad acquiſitio nẽ,tẽpus cõtractæ ſtipulatiõis inſpicitur. h.d. Opp.de l.quæ legata.j.de regu.iur.& de gl.in l.ſi vxor.C.de cõdi.inſer. Sol.ibi in legatis:hic in cõtractibus. Quæ eſt rõ? Dicit gl in l.ſi vxor.C.de cõdi.inſer.q̃ in legatis nõ vertit factũ filij:ideo inſpicim' tps cõditionis. In contractib' vertit factũ filij:ideo patri acquiritur. Sed certe põt eſſe contractus,in quo nõ põt verti opera filij.l.liber homo.§.j.ſ.de acqui.rer.do. Et rationẽ huius poſui in l.ſi is q̃ pro emptore.ſ.de vſu. Et iſta eſt ratio,q̃ in contractibus cõditione exiſtẽte fingit retro quaſi fuiſſe,& celebratũ eſſe cõtractũ, vt l. neceſſario.§.quod ſi pendente.ſ.de peri. & cõmo.rei vẽ.& l.potior.& l.q̃ balneũ. §.qui poti.in pig.hab.in legatis nõ trahit b retro:vt l.j.§.ij.ſ.ad Sil. Opp.de l.ſi debitori.§.ſi filius.j.de fideiuſ.& l.quidã cũ filiũ.j.eo.gl.& doc.ſoluunt vno modo, & bene:ſed in ratione male:& dicunt q̃ ibi poſt emãcipationem interuenit talis actus.q̃ actus ſufficeret ad pariendã actionem ſtipulatione nõ pręcedente. Illud nihil eſt dicere:quia nos q̃rimus de actione quę naſcit ex ſtipulatione pręcedenti,nõ ex actu ſequenti. Sed quę eſt ratio? Dic,q̃ iſtud quod venit ĩ cõditione poteſtatiua,nõ trahit retro:vt l.potior.& l.q̃ balneũ. & l.j.ſ.qui potio.in pig.ha.& contraria in conditione poteſtatiua loquuntur:ſed hic loquitur in conditione caſuali,quæ retrotrahitur:vt dictis legibus. Opp.de l.ſi vero nõ remunerandi.§.ſi filios.ſ.mã.veritas eſt q̃ ibi loquitur de actione quę dat ex ęquitate:vt in factum:nõ de actione quę naſcitur ex pręcedenti cõtractu.ſimile in l.ſi dubitetur.in fi.j.de fideiuſ.& ibi dicã. Opp.de l.quidã cũ filiũ.ſ.de hęre.inſti. Breuiter gl.tãgit in l.vlti.j.de ſti.ſer.q̃ lex noſtra loquitur in conditione extrinſeca:ſecus ſi in intrinſeca conditione,que reſpicit tẽpus exiſtẽtię ſui iuris. Iſta eſt bona,& optima:niſi talis conditio adijcere 3 tur dolo:vt l.vlti.j.de ſtip.ſer. Accipe †ergo tres caſus, vtrum quãtum ad acquiſitionẽ inſpiciatur tẽpus exiſtẽtis cõditionis in vltima voluntate? Dic q̃ ſic:vt l.q̃ legata.j.de reg.iur.l.ſi vxor.de cõdi.inſer. Sed ſi in cõtractibus:& tũc aut cõtract' talis confert ſub cõditione quadã extrinſeca:& tunc aut illa cõditio eſt poteſtatiua:& tunc inſpicitur tempus exiſtentis conditionis.l quidã cũ filiũ.in fi.j.eo. Si vero erat caſualis cõditio: & tunc quantum ad inquiſitionem inſpicitur tempus obligationis contractę:vt hic. Fallit quando ex ęquitate datur vtilis vel actio in factum,vt l.ſi vero nõ remunerãdi.§.ſi filio.ſ.mã, & j.de fideiuſ.l.ſi dubitet.§.fi. Si vero cõfert ſub cõdõe intrinſeca,quę cõfert in tps exiſtentię ſui iuris:& tunc aut ꝓmiſsio fit ab ipſo patre:& inſpicitur tempus conditionis:vt l.pen.de col.bo.aut ab extraneo:& tũc aut in tpe mortis pris,& ipi pri

acquiritur ſtipulatio:vt l.quodcũq̃.§.j. ſ.eo.cõiuncta.l.vlti.ſ. de condi.inſti. Si verò confertur in tempus poſt mortẽ: & tũc aut ſine dolo:& tempus conditionis exiſtentis inſpicitur.l. quidam cum filium.ſ.de hæred.inſtitu. Aut cum dolo: & tũc tempus ſtipulationis non inſpicitur:vt l.ſi.j.de ſtipu.ſer.

1 ☞ *Fructus in actionibus ſtricti iuris,non ueniunt niſi à tempore litis conteſt.*
2 *Practica libellandi in caſu huius §.*
3 *Fructus quod petatur ut fructus,uel intereſſe,in caſu huius §.quid relewet.*
4 *Fructus quando ueniant à tempore lit.conteſt.& quando à tempore moræ.*
5 *Fructus donec ſunt in fundo,ſunt pars rei,& in rei uendicatione non petuntur ut pars rei,ſed tanquam mei perceptis ex fundo meo.*

1 Cum fundum. Iſte eſt difficilis §. In actionibus †ſtricti iuris nõ veniũt fructus,niſi à tpe lit.cõteſt.h.d.cũ gl.ſua. Ad l.noſtrã opp.de l.ſi fundũ certa die præſtari.eo.ti. Gl.quę eſt hic,dicit q̃ ibi loquit de intereſſe quod cõſiſtit in dãno:hic de eo qd cõſiſtit in lucro. Truffa eſt:alia eſt ſo.q̃ ibi veniũt fruct' vt intereſſe:nõ vt fructus: vt hic. Sed illud nihil eſt dicere quãtũ ad legẽ hãc. Ideo dic q̃ ibi loquit in obligatiõe facti:hic in obligatiõe dãdi:iõ nõ veniũt fruct'. Præterea,ibi nõ dicit q̃ veniãt fruct':ſed q̃ venit intereſſe:vt j.dicã. Opp.de l.in hac.de triti. Dic,q̃ à tpe moræ, licet nõ veniãt fructus,tñ habebit rõ fundi,quãti plurimi à tpe moræ fuerit:vt dicim' in vino:vt no.in l.vinũ.ſ.ſi cer.pet. & l. 2 ſi.de triti.& iſtud eſt vtile ꝓpter practicã. † Nã ſi in libello peterẽ cõdẽnari ad fundũ cũ fructib' ſuccũberẽ ĩ fructib',vt hic. Si vero peterẽ cõdẽnari ad fundũ quanti plurimi fuerit à tpe moræ,vincerẽ:nec eſt dubiũ q̃ pl' valebat, cũ erat fructibus plen':vt l.ſi.§.fructus.de his quæ in frau.cre. Opp.de l.videamus.§.ſi actionẽ.ſ.de vſur. Sol.ibi veniũt poſt lit.cõte.ante nõ: vt hic,& probat ſ.ſi cer.pe.l.cũ fundũ.in prin. Opp.de l.in cõuẽtionalib'.§.fi.ſ.e.vbi qñ eſt rẽ tradi,venit cauſa bonorũ: ergo fruct'. Rñ.illa l.habet plures lec.& ꝓt intelligis in obligatione facti:tũc veniũt fruct' vt intereſſe,nõ vt fruct': per l. 3 ſi fundũ.j.e. Quid ꝓdeſt hoc? † Rñ.qa qñq̃ pl' cõtinet vnũ q̃ aliud. Pone,ruſticus debet mihi doctori prædiũ tradere: pcepit magnos fruct':ſed ego perciperẽ paruos. Si ego peterẽ vt fructus,deberent oẽs quos ipe pcepit,ſi peto vt intereſſe,deberẽtur oẽs quos ego pcepiſſem:in effectu ergo differt. Itẽ in modo practicãdi. Nã fructus petunt officio iudicis:vt l.videamus.§.ex cauſa.ſ.de vſuris. Sed qñ intereſſe petit:tũc venit iure obligationis:vt l ſtipulatiões nõ diuidunt.ver. Celſus. Erit ergo aduertẽdũ in forma libelli.& ꝑ hoc ĩteligis gl.d.§.ex cã. & d.l.in cõuẽtionalib'.in fi. Opp.de l.ſi ſtipulatus.ſ.de vſur. Sol.ibi fuit ſtipulatio rẽ dari,& vacuã poſſeſsionẽ tradi:& hic ſic nõ fuit ſtipulat':& ideo iſta duo ſimul iũcta aliquid operãtur. Vltimo opp.& videt q̃ fruct' veniãt:vt l.Iulian'.§.ſi fructib'.de act.emp. Gl.dicit,ibi in actiõe bonæ fidei:hic ĩ actione ſtricti iuris. Pe.dicit reprehẽdẽdo iſtã glo.nõ video rõnem inter cõtractus bonæ fidei,& ſtricti iuris:ſed dicit ipſe, aut veniũt ex cã lucratiua:& loquit hic. Aut ex cã onerola:& loquitur ibi. Iſta diſtinctio eſt cõtra l.ratio.§.j.de acti.emp. Itẽ cõtra ſecũdũ mẽbrũ eſt ſ.de le.j.l.apud Iulianũ.§.j.vbi eſt cauſa lucratiua,& tñ veniunt fructus:quia illa actio habet inſtar bonę fi- 4 dei. Dic ergo tres caſus. † Aut in obligatione venit rẽ dari tãtũ:& tunc aut eſt cõtractus ſtricti iuris:& nõ veniũt fructus, niſi à tpe lit.cõteſt.vt hic,& l.videamus.§.ſi actionẽ.ſ.de vſur. haberet tñ rõ quanti plurimi fuit à tpe moræ:vt l.vinũ. & l.in hac. Si vero loquimur in cõtractu bonæ fidei:& tũc veniũt fructus à tẽpore moræ:vt l.Iulianus.§.ſi fructib'.ſ.de act.emp.l. videamus.§.ex cauſa.ſ.de vſur. Aut eſt in obligatione, fundũ tradi:& tunc fructus vt intereſſe veniunt à tpe moræ:vt j.eo. l.ſi fundũ tradi. Aut venit in obligatione fundũ dari,& vacuã poſſeſsionẽ tradi:& loquit l.ſi ſtipulatus.ſ.de vſur. Sed opp. 5 de l.fructus pendentes.ſ.de rei vend. Dicit † Pet. c reſpectu iu c ris realis fructus ſunt pars fundi:ſed reſpectu iuris perſonalis nõ,vt hic. Sed iſtud eſt cõtra l. fi.§.fructus.ſ.de his quę in frau. cre.ideo dic,q̃ glo.optime dicit:qa iſtud eſt verũ in fructibus pendentib':hic ſecus Ratio:quia fructus ſunt pars terræ ad tempus:ideo poſtq̃ ſunt ſeparati à terra,non poſſunt peti vt pars. Sed in reali hoc eſt plus:quia quando q̃ etiam ſeparatos poſſum petere vt meos,non vt partem fundi,ſed tanq̃ meos: quia perceptos ex fundo meo.

Si tempore

Universidad de Deusto

1 *Si tempore sententiæ sit præsens procurator & dominus, & verba sententiæ referantur ad dominum, an valeat sententia.*

79.

SI procuratori presentis. Præsentia personę, inducit vt alteri per alterum actio quæratur. h. d. Opp. de l. possessio. §. & si possessio. ś. de acqui. poss. Insti. de inuti. stipu. §. alteri. dicunt quidã, ꝙ hic in prætorijs stipulationibus. Tu dic ꝙ hic operatur personæ præsentia: vt dixi. ś. eo. l. stipulatio. §. si quis insulam. Quæro qualiter verba debent concipi. Et vide glo. quæ incipit, hoc in prætorijs: ibi itẽ hoc in stipulatione, & datione, &c. Et no. istã gl. & alleg. eã in §. si quis insulam. Pe. de Bel. perti. dicit: ꝙ etiã si verba obligationis, & executionis conferuntur in personã procuratoris, valet: & qñq; sine cessione alteri per alterũ quæritur actio: vt nota. in l. j. in prin. j. de stipu. ser. Sed illud non est verũ, & l. j. de stipu. ser. cũ gl. loquitur in filio, & seruo, qui videntur eadẽ persona cũ patre, & domino: vt in §. ei qui. de inuti. stipu. & qd Pe. nõ bñ dicat scitis, ꝙ ex sententia quæritur alteri actio sine cessione: vt l. in causæ. §. fi. ś. de procu. tñ oportet ꝙ verba obligationis: &
a condemnationis, in præsenti[a] persona referantur, vt l. j. C. de
b sen. & inter. om. iudi. Quid si tempore[b] sententię † est presens
1 procurator, & dominus, & verba omnio snĩæ referuntur ad dñm, an valeat? Videtur quod nõ: vt hic. sed hoc ideo: qa dñs non loquebatur. qd in stipulatione requiritur, sed in snĩa sufficit præsentia: nec oportet ꝙ loquat: & sic puto ꝙ valeat si dñs
c erat ibi volens causam prosequi. [c] quod põt sc̃dm ea quæ dicã j. iud. sol. l. si post acceptum, secus si esset ibi assistens procuratori: quia in eum non debet ferri sententia in inuitum, sed si pro se fertur: præsumo eum in dubio voluisse litigare: al's sec[d].

1 *Quomodo verba dicantur ambigua.*

80.

QVoties in stipulationibus. In ambiguis assumimus interpretationẽ, quæ vitio caret. hoc dicit.
1 † Quæro quomodo dicantur ambigua? Et dicit gl. ꝓpter æquiuocationem: sit canis, quæ est quædã stella, & est canis latrabilis, & est canis piscis natabilis. Itẽ propter cõpositionẽ & diuisionem, & c. Opp. j. eo. l. inter stipulantem. §. si Stichũ. Glos. distinguit hic, de quo vidistis ś. eo. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. & plene in l. veteribus. ś. de pac. plenius per Dy. in c. cum sint partium iura de reg. iu. in. vj. No. ex hac lege exemplum: ꝙ dicit gl. de libro Aristotelis, & sic ad significationem genitiui. de qua dixi ś. de ope. no. nun. super rub. Itã no. exemplum de Bononia, cũ sint duæ ciuitates, quæ isto nomine vocantur vna, s. Lombardiæ: & alia vltramontes. qd facit, qa in hac prouincia sunt plura castra eiusdẽ nominis: & variantur p aliqua cognomina: tamen in actionibus criminalibus non potest dici certum, nec licet vagari: ideo debẽt exprimi: alias forte vitiaret: argu. j. de iure fis. l. ita fidei. in principio.

81.

QVoties quis alium. In stipulationib[9] prtorijs simpliciter cõceptis. vt quis promittere se curaturũ. Itẽ in obligationibus facti, succedit obligatio ad interesse. h. d. Ibi nã qui aliũ sisti, &c. Not. bonũ tex. Opp. promissio facti alieni nõ valet: vt l. stipulatio ista. in prin. ś. eo. Sol. hic ꝓmittit factũ suũ, i. se facturũ & curaturũ. Sed oppo. de l. stipulatio ista. in prin. ś. eod. Gl. non respondet hic, sed Insti. de inuti. stipu. §. si quis alij. qd in prætorijs stipulationibus est speciale, quod resoluat se fa
d cturũ, [d] & curaturũ. & illud voluit dicere hic glo. quæ incipit, in iudicio. quia secus est in alia stipulatione, sed non videtur ꝙ bene exponatur: quia seruus non potest esse in iudicio. Fallit in casibus. & tu illos hic debes intelligere. ideo vide glo. & adde ad eam ibi, in casibus: vt l. hos accusare. j. de accu. Itẽ ibi: momentanea: vt C. si per vim vel alio modo. l. j. Itẽ ibi, Cæsaris. vt C. vbi causę fi. l. fi.

Si procurator fisci. Stipulatio procuratoris refertur ad interesse dñi. h. d. Simile in l. si procurator. ś. si quis cau. & facit l. stipulatio. in fi. ś. de ope. no. nun. & vide quod dixi in l. prætor. eo. tit. Tangit Cy. in l. j. C. de procu. in q. j.

1 *An debeat distingui, cum debitor fuit in mora, an res eodem modo esset peritura apud creditorem.*

82.

NEmo rem suam. Si post moram. Periculum interitus spectat ad debitorẽ: vel periculum interit[9] spectat ad morosum. h. d. Ista materia est in l. quod te. & l. incendium. si
1 certũ petat. Non examinabo hic. † Quæro, an debeat distingui si res esset peritura eodẽ modo, vel non? Et vide glossam quæ incipit, non periturus eodẽ modo. et ista q. secundum quod scitis, multũ reuoluitur. ś. si cer. pe. l. ꝙ te. & l. mora. ś. de vsu. Cy. ponit in l. in minorũ. C. in qui. caus. in integ. rest. non est ne. Gul. de cu. ponit in l. quod te. ś. si cer. pe. Dic qñq; ad restitutionem speciei conuenitur quis actione reali: & tũc tene gl. in l. item si verberatũ. in fi. cum l. seq. ś. de rei ven. Quandoq; in actione personali quis tenet ex delicto, quia subtraxit: & tunc indistincte spectat ad debitorẽ: vt l. j. §. rectissime. ś. de vi & vi arma. l. subtracto. C. de fur. & C. quod met. cau. l. j. Fallit in l. si cum exceptiõe. §. quod si homo. ś. ꝙ me. cau. Ratio fallẽtiæ no. in d. l. quod te. Quãdoq; quis est debitor ex cõtractu: & in hoc gl. diuersificant. & Azo tenet qd debet fieri distinctio an esset, &c. lege si plures. in fine supra depositi. & lege si duo. §. finali supra de consti. pe. Io. contra Pet. de bella perti. tenet opi. Azo. aut debitor contempsit tãtum interpellationem: & tũc habet locũ distinctio Azo. in l. alle. per eum. Aut cõtempsit iudicis præceptum: & tunc est ve
e ra opi. gl. vt l. vbi. §. j. ś. de eden. Sed ista[e] opi. est falsa: per l. cum res. §. fi. ś. de lega. j. quare Gul. dat aliam distinctionẽ, & dicit aut contractus fuit celebratus gratia creditoris tantum: & tunc dicit verum Azo. & hic est casus in l. si plures. in fi. ś. depositi. Si vero gratia debitoris, vel cuiusq; fuit celebratus contractus: & tunc loquitur op. gl. arg. l. si seruus leg. §. cum quid. ś. de leg. j. coniuncta d. l. cum res. §. fi. Ista nõ est bona distinctio. Tu debes scire quod fur & morosus æquiparantur: vt j. l. proxi. §. pe. Sed in fure, & raptore, & in si. non adhibetur ista distinctio: vt d. l. j. §. rectissime. & l. subtracto. C. de fur. & sic in moroso. Præterea in contractibus, qui celebrant gratia creditoris tantum, vt depositi: tunc mora rei dicit perfidior, & magis punibulis, quam in alijs contractibus: vt l. j. §. j. ś. de his qui no. infa. & l. furti. §. fi. eod. ti. & ideo periculum interitus debet ad eum spectare. teneam[9] ergo gl. nostram. Ad l. si plures. in fi. respon. vt gl. in d. l. quod te.

a ¶ In præsenti. Adde qd Bal. cõsi. ccxcix. j. li. tenet quod volũtate partium, verba sententię possunt dirigi in absentem.

b ¶ Quid si tempore. Hoc limitat Ange. nisi procurator non cõsentiat. l. mutari. de procu. And. bar.

c ¶ Causam prosequ. Adde quod Angel. intelligit verũ, nisi dominus contradicente procuratore ĩ se assumere vellet in sententia cãm, quia hoc facere non põt per l. post lit. ĩ. de ꝓcur. & no. gl. in cap. pe. in vers. siue post. de procura. in vj. & ꝙ voluit idẽ Barto. in l. furioso. ĩ. de re iud. & in l. procuratoribus. C. de proc.

d ¶ Facturũ, & curaturũ. Adde ꝙ hanc sol. sequitur Bal. consil. ccxcix. j. libr. vbi dicit, quod si quis in compromisso ꝓmittit Titium ratũ habiturum: debet intelligi se facturum, & curaturum: quia ista cautio est redacta ad instar ꝓtoriarum, maxime si sit statutum, quod sententiæ arbitrorum mandantur executiõi, & quod valeat promissio de rato, tenuit idẽ Bal. cons. cccxix. j. lib.

e ¶ Sed ista. Mora nõ debet esse damnosa creditori, nec lucro. vt l. si mora sol. ma. vbi perit tam cito ꝙ non potest aliena re. Pro opi. Mar. in l. fi. §. si ea. ad l. Rho. de iac. & l. si is. de iure doti. Ang. tamen dicit quod in actiõe bonefidei distingui. an pereat naturaliter: vt d. l. si plures. an casualiter: vt l. si ĩ Asia. in fi. depo. Andre. Barba.

2 *Qui promittit habere licere, dicitur alienum factum promittere, quando contractus præcedit, de cuius natura hoc venit, uel de facto eorum, quos potest prohibere.*

2 *Stipulatio ista dolum malum abesse, & habere licere, non continet nisi factum suum et successorum, & quos potest prohibere.*

3 *Simpliciter, id est, sine distinctione.*

4 *Prædicta probandi negatiuam, s. Titium non fuisse in tali loco.*

5 *Dolus tertij, an faciat rescindi contractum, remissiue.*

83.

1 CVm ſtipulati ſumus. † Litis cõteſtatio curſum vſurarum nõ ipedit. h. d. Circa l. iſtã poſſent dici oĩa, quę dicunt in l. j. C. de iudi. Opp. de l. nouatio. j. de noua. ſol. ibi in nouatione volũtaria: hic neceſſaria, ſ. in cõteſtatiõe: vt l. aliã. j. de no
2 ua. † Quæro, quæ ſit differentia inter pœnã, & vſuras. Hoc tangit Iac de Are. & Pet. hic. Breuiter pœna eſt nomẽ generale, & poteſt cõprehẽdere etiam vſuram: vt l. qui ſine. in fi. §. de neg. geſt. Tamẽ ſi vis accipere ſpecialiter pœnã: & tunc differt ab vſura: quia vſura apponitur quantitati, vel ei quod habetur loco quãtitatis: vt l. in fideicommiſſi. in fi. §. de vſur. Pœna verò etiam adñcitur in obligatiõe facti. Item pœna pro toto tempore cõſueuit apponi: vſura diſtinctis temporibus: vt quolibet mẽſe, vel anno: vt l. traiectitiæ. §. de illo. §. ti. j. Et hoc tenent Canoniſtæ extra. de pœ. c. ſuam. Præterea, debet pœna ex mora: vt j. eo. l. ita ſtipulatus. vſura deberi põt ex ſtipulatione: vt l. lecta. in fi. §. ſi cer. peta. Dicam in l. qui Romæ. in
3 prin. j. eo. Hic dubitatur de vno: † apponitur pœna, an ſit vſura, vel pœna? Et gl. tangit in l. cum allegas. C. de vſuris. & l. Iulianus. §. idem Papinianus. §. de act. emp. Dicerẽ ſic: Quãdoq; apponit pœna dationi: & tunc aut apponit pœna, vel per dinumerationẽ annorũ, vel menſiũ: & eſt vſura, vt hic. Aut apponit vna pœna tantũ: & tũc aut eſt ſolitus fœnerari, aut nõ: vt l. cũ allegas. C. de vſur. & l. Iulian[a]. §. idẽ Papinian[a]. de act. emp. & dixi §. e. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Aut apponit obliga-
4 tiõi facti: & dixi in l. cũ ſeruus. de cõdi. & demõ. † Quero. [c] qd
c ſi teſtator apponit pœnã hęredi nõ ſoluẽti. Rñdeo, ſi p dinumerationẽ annorũ, vel mẽſiũ, eſt vſura: vt l. iij. ĩ fi. §. de annu. le.

1 Culpa quòd intelligatur in faciendo, & negligendo.
2 Ex negligentia quando quis teneatur.
3 De culpa quis teneatur ſecundum naturam contractuum.
4 Ad impenſam factam in re debita, quando creditor teneatur.
5 Emptor ſi facit nouum opus, tenetur.
6 Negligens quòd quis fuerit in curande infirmum, qualiter probetur.

SI ſeruum Stichum ſtipu. Re perẽpta, vel à cõi cõmercio exẽpta, tenet debitor, ſi mora, vel culpa præceſsit ipſi[a], vel eius, qui ab eo cãm habet. hoc dicit vſq; ad
1 § ſequit. † Nota q̃ culpa intelligit in faciẽdo, & negligẽdo. Opp. de l. qui ſeruũ. j. e. Sol. Ibi occidit ſeruũ debitè. hic indebitè, & ſine iuris promiſsione. Opp. de l. vẽditor ex hæreditate. §. quẽadmodũ. §. de hære. vel acti. vbi de negligẽtia nõ tenetur Huius cõtrarij timore dicunt quidã, q̃ negligendo nõ tenetur. Sed iſta opinio eſt falſa, & cõtra l. q̃d ſi nolit. §. ſi mancipium. §. de ędil. edic. & l. cùm res. §. penul. de lega. j. & l. quid ergo. §. ſi hæres. eo. ti. & l. videamus. in prin. §. de vſur. Glo. nõ reſpondet ad l. vẽditor. Sed dic, quòd eſt quædam negligẽtia circa ipſam rem debitam: & ita loquitur hic. Quædam eſt negligentia fructus rei venditæ, & tunc iſta nõ imputat debitori, vt l. vẽditor. Iſta ſol. videtur cõtra caſum l. videamus. in prin
2 ci. † Dic, Quandoq; aliquis cõuenitur ad rem: & tũc dic, quãdoq; agitur actiõe reali: & dic vt l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut autem. & l. ei qui. §. fina. §. de peti. hęredi. & de rei vẽdi. l. ſi homo. Quandoq; cõuenitur actione perſonali: & tunc ſi creditor eſt in mora debitori, culpa negligentiæ ſpeciei nõ imputatur: vt l. ſi mora. §. ſolu. matri. & l. ſi per emptorem. de pericu. & commo. rei vendi. Si verò creditor nõ fuit in mora: ſi peto actione perſonali quod fuit meum, ſemper tenetur de negligẽtia, ſiue circa rem, ſiue circa fructus: vt l. videamus. in princi §. de vſur. Si verò peto quod nunq̃ fuit meum, ſed mihi debitum: & tũc circa ipſam rem imputatur negligentia: vt hic: & l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. §. de ædil. edic. Si verò circa fructus: & tunc ſi nõ eſt mora, & non tenetur de negligentia: vt l. venditor. §. quemadmodum. §. de hære. vel act. vendi. Aut poſt morã: & tenetur vel ad fructus, vel ad intereſſe, ſecundum diſtinctionẽ quam dedi in l. ſi filius. in fi. §. eodẽ. Opp. de l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Solue vt in glo. Oppo. §. de lega. j. l. cùm res. §. ſed & ſi alienus. vbi in re aliena cõmittitur negligentia. Solue
3 vt in glo. quæ dicit bene. † Venio ad quæſtionem extra glo. dicitur hic, quòd tenetur de culpa in faciendo, & negligendo quæro de qua? Reſpondeo, de culpa lata, leui, & leuiſsima, ſecundum diſtinctionem contractuum: vt l. ſi vt certo. §. nũc vi-
4 dendum. §. commo. & hoc tenet Pet. hic. † Quæro, an expẽſas factas in curando ſeruum debeat recuperare? Iaco. de Are. dicit, quod repetit. l. Iulianus. §. ex vẽdito. & §. j. §. de act. emp. Pet. dicit contrarium: quia in §. ex vendito. à die venditionis contractæ lucratur fructus: ſi non lucratur, non tenetur, vt hic & ſicut fructus lucratur, ita tenetur. Tu dic, quòd quędam eſt impenſa, quæ fit ad perpetuam rei vtilitatem: & tunc recuperat: ſed factas non ad perpetuam vtilitatem, ſed gratia quærẽdorum fructuum, non repetit: vt l. j. §. fina. cum ſeq. & ſeq. §. de
5 impen. in re. dota. fact. Iſta lex facit † quòd ſi emptor facit opus nouum, quòd tenetur, vt dixi. de hac q. in l. fluminum. §. adijcitur. §. de dam. infec. & gl. in l. iij. §. opus. §. de alie. iudi. mu. cau.
6 fac. † Item quæro, qualiter probatur negligentia, ſufficit ne
d probare quòd non adhibuit medicos.[d] Sed certè nõ: imò debet probari quod medici erant in ciuitate, quos poterat adhibere, & non adhibuit: vt §. pro ſocio. l. idemq;. in princip. quod eſt no. Idem etiam in ſimilibus. Sis ergo cautus tu, qui formas articulos. Sed certè hæc probatio nõ eſt neceſſaria in ciuitatibus, & locis inſignibus: quia ibi eſſe præſumuntur: vt c. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj. in alijs locis eſſet neceſſaria.

Item ſi homo. Glo. ponit hic caſum, qui non procedit: tñ dicit tex. ex precedẽti cauſa, ſecundũ glo. nõ eſſet antecedẽs. Itẽ dicit tex. ſeruo promiſſoris ſed ſeruo hæredis nõ põt dari directo libertas: vt no. pxi. §. ergo nõ põt fieri liber ſine ſuo facto: quod eſt contra hunc text. Præterea, factũ defuncti cenſetur factum hæredis, vt l. ſi ſeruus. in prin. §. de condi. fur. Pone ergo caſum, q̃ primo ſeruo erat data libertas, & hæres pmiſit poſtea. Et opp. de l. ſi ſeruus. cũ gl. ſua §. de cõdi. fur. Verũ eſt, ſed hic anteceſsit, ibi fuit ſecuta defuncti voluntas: & ideo nil põt ſibi imputari: ibi ſic.

De illo. Op. de l. generaliter. §. j. §. qui & à quibus. So. gl. q̃ hic erat hæredi. Sed op. de l. hæres. §. qui & à quibus. Sol. ibi ad æſtimationẽ nõ tenet manumiſſor. Opp. de l. in ſumma. §. ſi ſeruũ. §. de condi. inde. Quicquid glo. dicat alibi natura cõdictionis indebiti eſt q̃ nõ tenet ad illud q̃d recipit: ſed in quãtũ factus eſt locupletior: vt l. ſi nõ ſortẽ. §. libertus. §. de cõdi. inde. Seruo ergo manumiſſo in nullo eſt factus cupletior: & ſic nõ tenebit, vt ibi: & ſic ibi in alia actiõe: hic in

alia.

Universidad de Deusto

alia. Sed nonne illud est de iure, ꝙ quãdo debitori nõ potest imputari culpa, vel mora, non tenetur? sed hic non potuit in culpa esse, vel in mora postquã ignorabat, & causam habebat ignorandi. Vna gl. est, quòd hæres debet scire ea quæ sunt in testamento: alias est in culpa: vt §. an seruo hæredis. Insti. de leg. Et alia gl. in l. quidam ita. §. fina. in glo. magna. ſ. ad Treb. & facit gl. in l. cum hæres. de lib. leg. Ista sol. non est perfecta quantum ad primum casum legis nostræ, vbi quis erat debitor non ex testamento. Itẽ quantũ ad secundum: quia erat debitor ex codicillis: cum eos nõ habet necesse scire: vt l. iij. §. j. ſ. de transac. quia hæres non potest adire, nisi sciat se hæredem. Intellige in extraneo: secus in suo: vt ſ. si cer. peta. l. eius qui. in fi. & l. sed & si de sua. de acquir. hæredi. ideo oportet quòd videat testamentũ. quod non est in codicillis: & dicam j. titu. ij. l. si seruus testamẽto. & j. eo. l. qui Romę. §. duo fratres. Ideo prædicta solutio est cõtra dictã l. & rationes. Alia solutio est magis generalis in l. in summa. §. si seruũ. scilicet ꝙ in hę rede est speciale: quia ex persona defuncti sentit lucrum. Et hoc modo potest intelligi iste §. ꝙ in principio erat debitũ nõ ex causa hæreditaria: & tunc nõ licet ignorare. Aut est debitum nõ ex causa hæreditaria: & tunc possent habere locum istæ distinctiones. aut fuit in mora, vel in culpa, vel non. Et hoc est verũ in negligẽte: qui cũ putat se dominũ simpliciter, nõ potest esse in culpa: vt l. si quid. §. sicut autem. ſ. de peti. hære. Idem in faciẽte actũ licitum, scilicet manumissionis, vel aliũ: vt l. qui seruum. j. eo. & hic. sed in eo qui occidit illicitè: tũc tenetur nulla adhibita distinctione: vt hoc §. & hac l. in prin. & j. ea. l. proxi. §.

1 ☞ *Vltima mora nocet.*
In pari causa melior est conditio possidentis.
2 *Mora commissa in faciendo non purgatur: secus si in negligendo.*
Mora purgatur ex æquitate.
3 *Creditor quando possit in mora constitui.*
4 *Si duo promiserunt se non offendere sub pœna: & simul se offenderunt & non apparet quis prior: quòd pœna non sit commissa.*

1 **Sequitur uidere.** † Vltima mora nocet: & in pari casu melior est conditio possidentis, hoc dicit. Nota † quòd mora in faciẽdo commissa non purgatur. Secundò no. ꝙ mora commissa in negligendo purgatur. Tertiò no. ꝙ mora purgatur ex æquitate. quasdam quæstiones
3 Dy. tangit: dicam in l. si insulam. Quæro †, cũ per sequentem oblationem mora purgetur: an etiam creditor in mora cõstituatur, vel remaneat in eo statu, quo esset nulla facta oblatione ab aliqua parte? Effectus est magnus: vt patet ex l. si mora. ſ. sol. ma. & l. si per emptorem. in prin. ſ. de peri. & commo. rei vend. & tex. hic, & ſ. eo. l. interdum. in fi. videtur dicere, ꝙ solum purget moram: & hoc videtur velle glo. ſ. solu. matri. l. semel mora facta. in glo. parua, quæ dicit, sine dolo & culpa, &c. Nam si creditor constitueretur in mora, debitor non teneretur, nisi de dolo: vt dicta l. si mora. cũ similibus. Contrarium credo, scilicet ꝙ ista secunda oblatio moram purget, & creditorem in mora constituat: vt dicta l. si & per emptorem. in prin. & in §. j. de act. emp. & de peri. & commo. rei vend. l. illud. in tex. & glo. Sed si bene aduertatur, non obstat hæc lex, & l. interdum. in fin. quia suppletur per illas. Non obstat glo. l. semel. quia debet intelligi de culpa, scilicet lata: aliàs malè diceretur. Inducitur ad † quæst. Duo promiserunt se non offendere sub pœna: offenderunt se simul: nec apparet quis prior rupit: an ex vtraq; parte sit commissa? Videtur ꝙ non: vt hic, & l. cum par. j. de regu. iur. Facit l. cum pater. §. libertus. ſ. de lega. ij.

1 ☞ *Mora principalis hodie non nocet fideiussori, nisi renunciatum sit, authen. præsente. de fideiussoribus. & certum sit, principalem non posse conuenirì.*
2 *Denunciatio vt constituat debitorem in mora, per quem debeat fieri, remissiuè.*
3 *Negotiorum gestor, an & quando constituat debitorem in mora.*
4 *Procurator actoris, qui est alterius fori, constitutus tantum ad agendum, an posset constituere debitorem in mora.*

Nunc uideamus. Mora principalis obligationem perpetuat quo ad se, & fideiussores, & eorũ successores: mora fideiussoris quo ad se et successores suos. h. d. Opp. & videt, ꝙ mora principalis nõ noceat fideiussori: vt l. mora. ſ. eo. Sol. nõ nocet si creditoris mora quo ad fide-
1 iussorẽ præcesserat, vt ibi: alias sic, vt hic. Opp. † ꝙ fideiussor non põt esse in mora, nisi prius cõueniat principalis: vt C. de fideiuſ. auth. pręsente. Sol. hic erat species debita: ibi quãtitas. Sed hoc est cõtra casum illius auth. Dic ergo si est renũciatũ beneficio illius auth. vel est certũ, principalẽ nõ posse cõueniri: tũc procedit ista lex. als fateor, ꝙ hodie nõ posset fideiussor constitui in mora, si nõ præcedat executio principalis. Facit j. eo. l. decẽ. & ꝙ ibi no. Quæro, an mora principalis hodie noceat fideiussori? Et rñdeo q̃; tũ ad obligationẽ nil hodie est ĩmutatũ, ideo tenet fideiussor: qa in oẽm cãm fideiussit: vt hic dicit tex. sed in mõ exequẽdi est inouatũ. Posito ergo ꝙ spẽs sit perẽpta post morã principalis, fideiussor remanet obligatus: sed nõ poterit pueniri ad eũ, nisi excusso principali. † Quæro, cuius denũciatio facit quẽ esse in mora? Et dic, vt gl. quã vide quę incipit, hos articulos in fi. Et tenet gl. ꝙ gestor negotiorũ perpetuat obligationẽ. Ric. malũ. videtur dicere cõtrariũ: quia negotiorũ gestor non põt solui: quia non habet mandatũ: vt j. de sol. l. verò. & l. hoc iure. l. qui hominem. §. si nullo. Non obstat. l. si quis solutioni. de vsur. dicit ipse quia intelligo in administratore legitimo, tutore, vel curatore, vel simili. Pet. dicit idem quod gl. ratihabitione secuta. Ego
3 verò sic dico: † aut negotiorum gestor interpellauit debitorem, quod solueret sibi gestori: & nõ valet interpellatio: quia sibi solui non põt: vt d. §. si nullo. Idẽ dico in procuratore: qui nõ habet mandatum ad recipiendum solutionem. Aut interpellauit, quod soluat domino. & tunc si debitor & creditor sunt eiusdem fori, ita quod debitor põt accedere domum creditoris: tunc procedit ista glo. & l. si quis solutioni. Aut est alterius fori: & tunc nõ constituitur debitor in mora: quia ipsi, qui nunciat, non potest solui: quia ad domum nõ tenetur ire: vt no. ſ. de consti. pe. l. item illa. ergo &c. In eo verò casu in quo ex parte eius, cui fit nuntiatio. requiritur sola abstinentia: & tunc sine dubio nunciatio, potest fieri per gestorẽ: vt §. ꝙ vi aut clã. l. prohibe. in prin. Quæro, author
4 † est alterius fori: facit procuratorẽ cõtra me tantum ad agendũ: ita ꝙ sibi nõ põt solui ante lit. cõte. factã per eũ: an cõstituat me in mora? Respondeo, si ego fui confessus, & nolui contendere, non sum in mora, per rationem prædictam, iudicium tamen suscipere cogor, nisi obseruem ea, quæ dicũtur in l. si reus. ſ. de procu. moram tamen euitat eo ipso quod dicit, soluerem si haberem cui: vt arg. ſ. de leg. j. l. domus. §. qui confitetur. sed si volui contẽdere, tunc ex hoc sum in mora: vt l. nemo. in fi. ſ. eod. tamen tunc forte finito iudicio, finitur illa mora: vt l. qui Romæ. §. penul. est enim eadem ratio hic, quæ ibi in actore: & ideo est necesse quod interpellatio fieret per personam, quę posset recipere solutionem. Iudex enim condemnat me vt soluam domino, non ipsi procuratori. Prædicta vera, nisi quãdo dominus fuisset presens: cui potuisset solui: tunc enim ad purgandum moram, licet non habeat cui soluat, debet authoritate iudicis deponere & consignare, arg. d. l. si reus. ſ. de procu. C. de vsur. l. acceptam.

1 ☞ *Mora filij perpetuat obligationem contra patrem.*
2 *Pater iubens, licet teneatur quod iussu tanquam intercessor, & de peculio, tanquam fideiussor. tamen conuenitur in excusso principali.*

2 **An filiusfa.** † Mora filij perpetuat obligationem con-
1 tra patrem. h. d. Vide † quod pater iubens
2 tenetur quod iussu, tanquam intercessor, & de peculio, tanquam fideiussor. Iaco. de Are. mouet dubium: nos habemus in authen. præsente. C. de fideiuſſ. quod prius conuenitur principalis, postea fideiussor. Quid in patre, qui est vt intercessor, vt quando iubet, dic quod non est idem in filio, quod in fideiussore, quia pater principaliter conuenitur, vt. l. j. §. j. ſ. quod iussu. de hoc plene dixi ſ. eod. l. cum filius in prin.

1 ☞ *Qualiter formetur libellus, & quomodo sententia, cum petitur homo mortuus.*

Effectus huius. In obligationibus dandi, res perempta post moram durat in obligatione quo ad petitionem, acceptilationem, & nouationem. hoc dicit. Oppo. quod non fit in obligatione, cum ipsa pecunia potest constitui, vt l. si promissor. ſ. de constitu. pecu. Solu. ibi aliud non debitum pro alio debito constituitur. Oppo. de l. si pœnã. ſ. eod. Solue vt ibi dixi. Oppo. de l. eum qui ita. §. final. ſ. eodẽ. vbi non durat obligatio, nec in nouationem deducitur. Dico ꝙ res perempta potest deduci in obligationem cum effectu, si hoc partes sciuerunt, vt hic, & l. inter stipulantem. §. penul. ſ. eod. Sed si partes ignorabant, tunc secus, arg. d. l. eum qui. in fi. Sicut enim obligatio iam contracta extinguitur etiam ibi: hic eadem ratione. Quæro, quæ est ratio quod homo petitur? Respondeo, homo est in obligatione, & per consequens in actione, nõ estimatio, iõ

✠ P. PAV. P.
a ¶ An filiusfa. Vide dom. Francis. consil. xix. col. x.

Universidad de Deusto Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

a ¶ Libellus. Adde secundũ Alex. ꝙ hic est cõior opi. quã illa quã tenet ipse Bar. in l. si pecuniam. §. de condi. ob cau. & illã opi. quã hic tenet etiam in l. si quando. C. vnde vi. & in l. sancimus. & ibi Bal. C. de sacrosanc. eccle. & Bart. in l. j. ꝙ met. cau. in l. j. §. quia autẽ. ff. quo. lega. & Spe. in tit. de libel. cõcep. §. fi. verũ. hoc aũt. cũ seq. & in tit. de fol. §. sequitur. vers. quid si libellus. Bal. in l. fi. C. de condi. infer. Bar. in l. pe. de cõdi. ob cau. Tu dic, ꝙ idẽ tenet Ro. consi. cclxx.

P. P A V. P.

b ¶ Puto etiam. vide ad Bar. ff. l. Iulianus. ff. de confessis.

Pro concordia. Aduerte, ꝙ ex confessione geminata extraiudiciali oritur actio. Bart. in l. cum scimus. C. de agri. et cẽsi. lib. xj. in fi. cum quo trãsit Abba. in c. si cautio. de fid. instru. Rom. cõsi. cexc. incip. in casu ꝓpositæ consultatiõis. co. iij. Io. de Ana. cõsil. Iv. Cõtrarius allegatur in hac l. triticũ. Tu dic forte speciale in mutuo. in hac l. triticum. suadetur ratione. l. final. ff. si cert. pet. Præterea in verbis suis directis non est contrarius. Adde ad not. in l. in contractibus. C. de non num. pec. do. Ias. in §. in personam. Instit. de actio. Pau. in cõsil. clxxiij. & lxxxj.

c ¶ Quæro. Stipulatio sequens intelligitur de ea quantitate, in qua præcessit mutuum: & vide Bart. in l. plane. la j. de leg. j. §. primo. & l. cum centum. ff de adimẽ. lega. Andreas Barbatius.

POMATES.

d ¶ Sed si. Nota quod Bart. & ita eum põderat Are. hic ꝙ videtur tenere contrariũ eius quod dixit in l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. xj. quod imo ex confessione geminata non oritur actio. Et de hoc vide Alexã. consi. iiij. vol j.

e ¶ Triticum. Adde quid veniat appellatione tritici, gloss. de cano. fru. libr. xj. per glos. in l. frugẽ. j. de verb. sign. & hoc per Ange. qui dicit ꝙ accusatus de furto frumenti, & probatum sit de furto ordei, ꝙ non debet accusans obtinere: quia intelligitur de frumento per excellentiam: & hoc sequitur Imo. hic, & Ioan. de Plat. in l. modios. C. de susce. & Area. libro. x. Alexã. tamen dicit, male dicunt: quia appellatione frumenti venit ordeum cum spicam habeat. d. l. frugem. & ita dicit Barto. determinare in d. l. de aqua oluarcend.

si qs peteret ęstimationẽ, ageret sine actione. Quęro, qualiter † formabitur libellus? a Respõdeo, declarabo si volo iudici, dicens, Peto eũ cõdẽnari ad hominẽ, ad hoc vt cõsequar ęstimationẽ, vt dicit tex. in si. j. eo. l. Iul. §. j. & ibi dicã. & ita sentit glo. & tangit Cy. C. ad exhib. l. exhibitiõis. Quæro, qualiter formabitur sententia? Rndeo, in arbitrio iudicis est dãnare in ęstimatiõe, vt dicit tex. §. de cõfes. l. iij. vel dãnare ad hoiem, & executio fiet in æstimatione, vt not. j. quæ sen. sine appel. re. l. fi. Ex hoc patet, ꝙ procederet hęc cõclusio: quare peto hominẽ, & vt eũ condẽnetis in æstimatione. Et ista videt melior ꝗ ꝓcedens, per legẽ ꝓdictã, de cõfes. quæ multũ ꝓcisẽ loquitur. Puto etiam b ꝙ si quis peteret hoiem simpliciter, nulla facta mẽtione mortis, ꝙ procederet. & si postea in processu apparet Stichũ mortuum, iudex posset condẽnare in re, vel in ęstimatione, secundũ ea quæ dicta sunt. Et dico in simili in l. stipulationes non diuidũtur. dum pono practicas illas.

SI ita stipuler. An esset idem si nomẽ hæredis non est additũ. & glo. dicit ꝙ sic. Petr. cõtra dicit. dic vt dicam. j. eod. l. si sic.

SI sic stipulatus. Electio est creditoris, si verba executiua referantur ad eũ. h. d. Opp. §. eo. l. stipulatio. §. fn stipul. Sol. hic nõ est mens dubia. & per istam legẽ tollit, vel declaratur glos. quæ est in l. Lucio. §. de leg. ij. vbi dicit, aliud in cõtractibus sed non dicit verũ: quia idẽ in cõtractibus, ꝙ in vltimis voluntatibus, ad quẽ verba executiua referunt, ille habet electionẽ: sed qñ verba sunt dubia, est diuersitas inter contractus, & vltimas voluntates.

1 *Vt incertitudo vtiat stipulationem, nisi ex coniecturis probabilibus declaretur.*

2 *Stipulatio sequens intelligitur in dubio de illa quantitate, in qua præcessit mutuum.*

3 *Si mutuaui derẽ tibi, postea reperitur quod per stipulationẽ promisisti x. ex causa mutui: quãdo intelligatur de eisdem.*

4 *Confessus bis se recepisse decem ex causa mutui, quando intelligatur de eisdem.*

5 *Si mutuaui centum, & postea promisisti quinquaginta, an præsumatur promissio facta de illis centum.*

6 *Triticum dicitur omne quod area teritur.*

Bladorum appellatione venit linum, & omne quod area teritur etiam in statuto.

7 *Dominium an transeat si tradidi rem, causam declaraturus quam postea non declarau.*

TRiticum dare. Incertitudo † vtiat stipulationem: nisi ex cõiecturis probabilibus declaretur. hoc dicit. Opp. & videtur, quod illud quod omittitur habeatur pro omisso: vt l. j. §. j. s. eod. l. quicqd astringendæ. j. eodem. Solu. verba quæ sunt de forma stipulationis: vt interrogatio, & responsio, illa debent exprimi: aliavero quæ sunt circunferentia, non debent de necessitate exprimi. Quæro c, quæ sunt illæ probabiles coniecturę: ex quibus hoc declaretur? Gloss. dat duas responsiones, quę recidunt in idem, & bene. Nota † quod stipulatio sequens intelligitur in dubio de illa quãtitate, in qua pręcessit mutuum. Idem credo si quantitas exprimatur, sed non causa: vt promitto tibi dare centum: intelligatur ex causa mutui, vel alia quæ pręcessit, atg. huius l. in glo. & quod no. §. de except. rei iud. l. si quis ad exhibendum. Sed † quid si mutuaui tibi decem: postea reperitur quod per stipulationem promisisti mihi decem ex causa mutui: an intelligemus de eisdem decem: an præsumemus alia fuisse? Respond. si incontinenti hoc fiat, præsumentur eadem vt l. si ita fuero stipulatus. §. fi. & l. cum enim. j. de noua. Si ex interuallo: puto idẽ: vt §. eo. l. si diuortio. arg. de do. præle. l. §. j. sed nisi aliud appareret: præsumeretur accepisse tẽpore stipulationis vt j. eo. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & ibi dicam. Sed si primo mihi decem promisisti per stipulationem ex causa mutui: deinde per stipulationem decem ex causa mutui: si constaret qd de eisdem decem senserit, inutilis est stipulatio: vt §. eo. l. qui bis. Ideo in dubio intellige de diuersis decẽ: vt l. quinquaginta. aliàs quingenta. & quod ibi nota. §. de probat, ideo tunc necesse est quod adijcitur, ꝙ omnis alia promissio computetur in ista, vel si milia verba ex quibus voluntas appareat pręcedentia vero locũ habent, quãdo simplex mutuum præcessit, vel alius contractus non stipulatione vallatus. Eadem ratione puto, † quod si quis fuerit bis confessus se recepisse decem mutuo. non tamen per stipulationem promisit, quòd intelligitur de eisdem decem. Nam confessio non est noua dispositio, seu probatio: vt l. Publia. in fi. §. depo. Est ergo idem ac si de eodem quis haberet plures probationes: argu. ad hoc de lega. ij. l. Sempronius. Sed si d essent duæ confessiones in iudicio, quæ inducunt dispositionem: tunc fortè aliud esset, nisi exprimatur: quia tunc producit actionem. & sic videntur diuersæ dispositiones: argumen. d. l. quinquaginta.

Quid † si mutuaui centum & postea per stipulationem promisisti quinquaginta, an præsumatur de illis centum: vel intelligatur prorsus alia quantitas? Respon. siue quantitas sequens sit maior, siue minor idem iuris est: vt l. si diuortio. §. eo. & l. Sempronius Proculo. §. de lega. ij. & de adimen. leg. l. cum centum. Quid econtra, si primò promisit per stipulationem, postea per numerationem accepit. Dic vt l. si ita fuero stipulatus. in fi. & l. eũ enim. j. de nouat. Quæro, hic dicit triticum. quid est triticum e? Respõ. † quòd quicquid area teritur, & est generale nomen, sicut seges, siue blada. † Not. istud quod dicit, blada: nam in vulgari dicimus legem non habemus. & semel habui de facto: Dicebat statutum, ꝙ non liceat extrahere bladum, &c. quærebatur an semẽ lini esset bladum. Et hic videtur quòd sic, quia area teritur. De hoc blado fit etiam mentio j. ad mun. l. non debere in glos. Facit quod dixi de aqua pluui. arcenda. l. j. §. de eo opere. Quærit gl. † quid si tradidi rem, determinaturus causam: quam postea non determinaui: an transeat dominium? Glo. dicit quòd non. Pe. dicit hoc verum si actum fuerit, ꝙ dominium non transierit: aliis in dubio videtur translatum: licet repetatur causa non secuta: vt l. j. §. pro dote. & l. dotis. §. fi. §. de iure dotium. Credo glos. melius dicere: quia nulla traditio non facit transire dominium: vt l. nunquam nuda. §. de acqui. rer. do. Sed in d. l. j. & l. dotis tantum erat expressa: licet futura causa habilis: secus quando nulla est habilis: vt hic, in gloss.

QVi insulam. Qui stipulatur opus fieri, debet locum exprimere, vbi: & talem ꝙ intersit stipulatoris. h. d.

1 *Vt Pacem si facio cum meo inimico, & promitto non offendere: an si exbanniatur possim ipsum offendere.*

QVi seruũ mihi. Prouisio legis debitorem excusat. h. d. Similem legẽ habetis in l. quid ergo. §. si hæres. de lega. j. l. eleganter. in fin. §. de pigno. acti. Pet. hoc determinauit † Oldrad. talem q. fecit pacem cum meo inimico, & promisi nõ offendere eum: demum fuit ipse exbannitus, & ex forma statuti poterat impunè occidi, & offendi, quæritur si ipsum offendo, an videar frangere pactũ? Et Oldrad. determinauit quòd non: ar. huius legis coniuncta l. si seruorum. in princ. §. eo. Audiui quod Bononiæ fuit disputatum contrarium per l. si filius. §. j. §. de fideicom. lib. & l. si quis legatũ. in fi. j. de fal. & illę leges dicunt, quòd id quod habeo ex prouisione mea, difficilius perdo, quàm quod habeo ex prouisione legis: sed in lege nostra habet creditor, ne seruus possit occidi ex prouisione legis. Et pro hoc l. ij. C. si aduer. vendi. lex suum non tuum denegat

Universidad de Deusto

denegat auxilium. Sed credo ꝙ illud sit truffa: quia quando pro-
a mitto non offendere, intelligo nisi lege permittente. [a] vt l. qua ro. §. inter locatorem. §. loca. & j. eo. l. quidã cũ filiũ. & ego in termi-
nis conuersis disputaui quæstionem quam pono j. de pœ. l. quidam sunt. dic vt ibi.

1 *Differentia quæ sit quando quis promittit se daturum, & soluturum simpliciter, & Titius & soluturum nomine alterius.*

S Tita stipulatus.

POssum utiliter. Qui promittit se soluturũ pro alio, ꝓmittit factũ: ideo succedit obligatio ad interesse: secus in eo qui se daturũ. h.d. secundũ verũ intellectũ. Opp. de l. iure nostro. C. de fideiuſ. Sol. gl. fateor: sed hic non fuit fideiussor: sed promisit se solutu-
rũ si nõ curauerit, &c. vt in gl. Sed gl. destruxerũt istũ textum: qa hic non fit mẽtio de hoc. & ideo Dy. intelligit, ꝙ hic ꝓmisit se solutu-
rũ qd est facti. vt hic in fin. facit l. consilio. in fi. de cur. fur. & no. gl. j. de sol. super rub. hoc etiã tenet Pet. Secus si dico, fideiubeo pro illo: qa videor ꝓmittere illud qd ille debet: vt §. eo. l. vbi
aũt. §. illud. in fi. sed hic est differẽtia, an ꝓmittat se soluturũ: & vĩ promittere factũ: an promittat se daturũ: vt hic, secundũ Pet. & Dy. sed hoc nõ placet. Nã in larga significatione, etiã dare est facti: vt §. de condi. & demõ. l. in facto. sic & soluere. sed stricte accipiendo, prout dare differt à facere: scire debetis, ꝙ soluere est facere id, quod qs ꝓmisit: vt j. de verb. sig. l. solutionis verbo. in fi. Aut ergo in obligatione erat dari: & qui ꝓmittit soluere, promittit dationẽ: aut erat fieri, & ꝓmittit factũ. & sic non est differẽtia, si ꝓmitto me daturũ, vel soluturũ: quis ergo est intellectus huius
1 §. Rñ. † quãdo ego promitto Titij nomine me soluturũ tibi: ista promissio in dubio videt fieri causa Titij: vt l. fideicõmissa. §. interdũ. de leg. iij. Vnde videris mihi promittere gerere negotia Titij soluẽdo mihi: & sic videor alteri stipulari: merito nõ ago nisi quatenus mea intersit: vt l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler. §. eo. Itẽ natura fideiussoris est, ꝙ possit soluere ꝑ se & obligatione sua. Item ꝙ possit soluere pro obligatione rei principalis: vt l. indebitã. §. de condi. inde. Quando ergo promittit soluere nomine Titij, non est fideiussor. In isto ergo. §. ponitur hæc differẽtia. Aut promitto me soluturum, vel daturum nomine Titij: aut promitto simpliciter me daturum, vel soluturum, &c. non adiecto nomine Titij: sed quod Titius debet: & similia verba.

1 *Quando valeat promissio inter sponsum & sponsam, ex causa lucratiua, cum in tempus matrimonij confertur.*

Si tibi nupsero.

Inter sponsum, & sponsam, nõ valet ꝓmissio ex causa lucratiua, quæ in matrimonij tẽpus cõfertur. h.d. Opp. ꝙ põt ꝓmitti ex causa dotis, & donationis ꝓpter nuptias: vt l. si cõstante. C. de dona. ante nupt. Dicit Ioan. And. hoc verum, si præsumeretur conditio, si nupsero non valet: vt hic. Hoc non placet: quia hoc tacite intelligitur: vt l. stipulatio. §. de iur. dotium. ergo si exprimitur per eum modum, non vitiat. Dic ergo quod hic loquitur quando promissio fit ex causa mere lucratiua: sed dos est causa onerosa. Item donatio propter nuptias ideo fit, quia dotem recipit: vt d. l. si constante. & auth. item æqualitas. Oppo. de l. fi. C. de spõ. Dicit gloss. fallit: quia potest promitti pro arris. Vnde intelligas quod arræ realiter tradantur: & promissio fiat de restituendo duplicatas vel triplicatas: vt d. l. mulier. alias ista gloss. non esset vera. vt dicam plene. j. eod. l. Titia in princip. Oppo. j. eod. l. ex ea. §. j. Dicit gloss. fallit ibi. Tu dic quod ibi non promittitur ex causa mere lucratiua: sed in recompensationem iniuriæ sibi fiendæ. Præterea ibi est causa honesta: vt à delicto abstineat. Oppo. extra gloss. supra de conditio. institu. l. vter ex fratribus. & C. de institu. & substitu. l. j. Solutio. Ab altero ipsorum coniugum non potest quis inuitari ad matrimonium spe lucri, vt hic: quia esset præsumptio, quod fieret causa libidinis: quia ratio non est probabilis, nec secundum bonos mores: vt hic dicit text. Sed quolibet alio promittente esset licitum, vt in contrarijs. & l. Titio. §. primo de conditio. & demonstratio. & dicam infra eodem. l. Ti-
1 tia. in principio. Vnde † dico, quod si constaret quod fieret causa libidinis non valet: sed ideo, quia promittens erat forte vilis
b conditionis: alia pars erat nobilis: [b] vnde faciat causa habendi illam parentelam: vel hoc fiebat causa pacis: tunc valeret: Et hoc est quod dicit text. causa cognita. Facit quod dixi supra eodem l. si diuortio.

1 *An vitietur res, si deuenit ad eum casum à quo incipere non potest.*

c EXistimo. [c] Quando est impedimentũ mista consideratione rei, & personæ, valet stipulatio, si impedimentum cessat tẽpore existẽtis conditionis. h.d. Hæc lex videt difficilis iuuenibus: nõ tamẽ est. Diuide primo ponit dicta. Secundo illa probat per reductionẽ ad absurdum. Et primo reducit ad absurdũ circa primũ dictũ. secundo circa secundũ. Partes patẽt: & casus in terminis patet intelligenti. Oppo. de l. vsusfructus. j. de stip. ser. Solu. Ibi erat defectus ratione personę tantum. Opp. de §. sacrã. Sol. Ibi erat defectus ratiõe rei tantũ: hic mista cõsideratione rei. & personæ: de quo ibi dixi, & l. si rem meã. §. eo. & l. nemo rẽ suam:
1 §. eo. Hic habes † vnum brocardũ, an vitiet res si deuenit ad eum casum à quo incipere non potest? Dicã j. eo. l. pluribus. §. & si placeat. Item habes expressum in hac lege, ꝙ duæ causæ lucratiuę possunt diuersis temporibus circa eandem rem concurrere. Casus est hic: plenè dico in l. Meuius. §. duobus. de leg. ij.

Ex hac stipulatione.

De hac materia dixi in l. stipulationes nõ diuiduntur. in fin.

1 *Ioannes papa non intellexit dictum obscurum, quod fecit quidã cancellarius Bononiæ.*
Notarius si conficit instrumentum per verba obscura, & non intelligibilia, non valet.
2 *Actum tacite quando habeatur pro expresso.*
3 *Promissor si semel elegit, non potest amplius eligere.*
4 *Variatio quando admittatur in electione sine declaratiõe.*
5 *Testis qui deposuit, quod postea variare non potest: potest tamen antequã primũ dictum habeatur pro perfecto.*
6 *Statuta quam interpretationem recipiant.*

QVicquid astringẽ.

Ista lex secundũ lect. gl. non est facilis: secũdum lect. verò quã glo. j. in fi. tangit, & eã tenet Dy. est satis clara. & breuiter secundum Dy. hoc intendit: Obscuritas omnimoda vitiat stipulationẽ: & si põt interpretari, interpretatur pro promissore: sed vbi verba sunt clara. interpretationẽ non recipiunt. h.d. secundũ lecturã Dy. In prima parte fuerunt verba omnino obscura. In secunda fuerunt verba æquiuoca. In tertia fuerunt verba clara pro stipulatione. Secũda: ibi: aut. Tertia ibi: nec rursus. Lect. omnes hic tangã. In prima parte habes ꝙ illud ꝙ non est expressum, habetur pro omisso. Contra, quia iste tex. sibi contradicit: quia primo dicit: quod est dictũ. Secũdo dicit si nõ exprimatur. Sol. Huius cõtrarij timore istud principium habet duas lecturas. Vna est dictũ, id est, dicendum: & tangit in gl. j. & ij. Sed ista repugnat literæ, & est vitiare literã. & est alia lect. quæ ponit in fi. gl. & est vera ꝙ fuerunt dicta verba obscura: & sic fuit dictũ, sed non palã: & hoc tripliciter exẽplificat in secunda gl. post prin. vt promitto fundum: ꝙ non valet: vt l. cum post. §. gener. §. de iure dot. vel promisit triticum non expressa quantitate: vt §. e. l. triticũ. & j. eo. l. ita stipulatus. & ista exempla placẽt Dy. & mihi. Tertio ponitur in fi. secundæ glo. vel pone exemplum, ꝙ cõtrahẽtes dissenserũt: vt eadem gl. sed tunc nõ esset propter obscuritatẽ: sed propter dissens-
1 sum: & sic non congruit literæ. Vel exẽplum pone, † ꝙ est locutus verbis non intelligibilibus: sicut fecit quidã cancellarius Bononię, qui sic fecit dictũ tantum obscurũ: ꝙ Ioan. Papa non intellexit: & sic si notarius faceret instrumentum per verba obscu-
d ra, [d] & nõ intelligibilia non valeret. Facit §. suprà dictus. C. de emen. Iusti. Codic. Alia lect. est, quod in promissione fuit adiectum aliquod verbum speciale: vt promittis brocarda. Nam aliq

a ¶ L. permittẽte. Adde Ioã. And. in regula, frustra. in mer. Bald. An. & Imo. in l. quid ergo. §. si hæres. de leg. j. Bar. Bal. Ange. in l. j. §. nõ aũt. ĩ. de dolo. Bal. in l. ¶ C. si a non comp. iud. Bal. & Ang. ĩ l. iurisgentiũ. §. si paciscar. ĩ. de pac. Bal. & Sali. in l. accusationis. C. ꝙ met. cau. Petr. de Anch. in repetitiõe c. canonum statuta. ver. sed quæro. sicut Ange. in l. si ex legati causa. ĩ eo. Bar. in vulgata qõ. statuto Lucanæ ciuitatis.

b ¶ Nobilis. Adde ꝙ Rap. cõtra, qa matrimonia debent esse libera. l. ñ. de dona. inter vir & vxor. baltñ in l. ñ. §. creditũ. ĩ. si cer. pet. gl. in l. si voluntate. C. de dotis promis. text. in c. ñ. de despõ. impu. & cũ ipso trãsit Alex. Nõ obstat secundũ ipsum l. ñ. quia non facit matrimonium venale, sed nobilitas est illa. q̃ est venalis.

c ¶ Existimo. Allegatur Barto. sibi cõtrarius ĩ l. si qs ꝓ eo. de fideiuſ. And. Barb.

d ¶ Obscura. Adde ꝙ no. Spe. in titu. de instit. edi. §. ostẽso. ver. qd si imbreuiatura. Et ꝙ voluit Bar. in authen. ꝙ sine. C. de test. Ant. de Butr. in c. j. de fi. instr. cũ ibi allega. ꝑ ipsum tex. in l. ñ. ĩ. de his quæ ꝑ nõ scrip. & hoc casu nõ recurrit ad interpretationẽ iudicis, iuxta l. voluntatis. C. de fideicõmmiss. & ad Bart. hic adde Fel. in procœ. Decre. in glo. j. col. ij. circa. princip.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Variare nõ potest. Adde q̃ Ang. intelligit gl. verã nisi qñ declaratio voluntatis spectaret ad interpretantẽ vt est in testatore cuius voluntas vsq̃ ad mortem ambulatoria est nã interpretabitur testator quoties volet. allegat l. hæredes. pa. ff. de test. ex quo infertur idẽ esse in iudice interloquẽte: quia quoties volet poterit suam interlocutoriã interpretari, quousq̃ habet ptãtẽ reuocandi eã, iuxta l. q̃ iussit. de re iudic. Et istud tenet Imo. ibi Bal. vero in l. ij. de sentẽ. ex bre. recit. tenet iudicẽ nõ posse nisi semel interpretari, p hãc gl. Idẽ dixerunt Ang. & Rapha. in d. l. quod iussit. Imo. in l. ab executore. Alexand. dicit qd sibi placet opini. Ang. hic loquẽdo de sterlocutoria: ex quo põt reuocari intelligẽdo etiã vt p Bar. i d. l. q̃ iussit. l. quod bis põt reuocari sententia interlocutoria: cũ qua sua cõiter trãseũt doc. & eo mõ dicendũ vt bis posse interpretari sua interlocutoria: in diffinitiua procedat opi. cõtraria.

b ¶ Si testis. Adde gl. no. in c. præterea. de test. co. & in auth. de test. §. illud. ver. si nõ habebit. Bar. j. l. generaliter. C. de non nu. pe. et in l. eos. C. de fal. & in l. imperator de sta. ho. & bal. in auth. si dicatur. de test. Ro. cõsi. cccv. bar. cõsi. ccclix. li. iij. P. PAV. P

c ¶ Teneo cũ Guil. vi de Pau. de Anna. cõsi. xxxj. in j. dubio.

rationes non cõtinentur: & sic interpretationẽ extensiuã nõ recipit stipulatio. Opp. de l. cũ quid. §. si cer. pe. Sol. ibi ex natura negotij intelligebatur: vt hic not. in contrario dãtur plures solutiones. Vna sol. est, q̃ hic in cõtractibus, qui verbis: ibi re contrahuntur. Ista nõ est vera, per l. triticũ. §. eo. Et aduerte: si verba stipulationis nõ sunt expressa: & sic est tacitum illud q̃ facit peccare in sua forma: & tunc nõ intelligit, si nõ est expressum: secus si habet formã: quia in circũstantijs habet pro expresso, vt l. triticũ. §. eo.

2 Cum ergo † quæritur an illud q̃ tacite agit habeatur pro expresso: dic aut loquimur in his quę depẽdent ex voluntate vnius vt in vltimis volũtatibus: & tunc tacitũ habetur pro expresso: vt l. inter testẽ. §. de aur. & ar. leg. & l. in cõditiõibus: §. de cõdi. & demõ. Aut loquimur in his quæ dependẽt ex voluntate duorũ: vt in cõtractibus: & tũc aut in contractibus, qui celebrantur verbis, & tũc aut est omissum illud q̃ facit cessare formã stipulationis: & stipulatio nõ valet, vt hac l. in prin. secundũ vnã lec. & in l. j. §. eo. in prin. Aut forma stipulationis est expressa, sed aliquid accessoriũ est omissum: tunc dic vt dicã in cõtractibus qui re, vel cõsensu cõtrahũtur. Et si quæris in his cõtractibus qui re, vel consensu cõtrahunt: & tunc aut quæris de his quæ insunt ex natura contractus: & tacitũ habet pro expresso. l. cũ quid. §. si cer. pe. Aut in his quæ nõ insunt de natura contractus: & tunc aut fuit tacite intellectũ ab vno: & nõ habet pro expresso: vt l. si repetẽdi. C. de condi. ob cau. Aut fuit tacite intellectũ ab vtroq̃: & habetur pro expresso: vt l. triticũ. §. eo. & l. si stipulatus. in fi. §. e. l. cũ quid. cũ si. alleg. ibi §. si cer. pet. Fallit in casu l. fi. C. de noua. & §. præterea. Instl. quib. mo. tol. ob. vbi oportet q̃ exprimatur. Sed si dubitat, an fuerit actum ab vtroq̃. Rñ. videt actũ ab vtroq̃ q̃ venit ex natura contractus: vt d. l. cũ quid. in fin. Dicitur in secũdo responso, q̃ verba debẽt interpretari pro promissore. Quæro exemplum in ver. aut certè. & gl. tertia ponit quędam exẽpla bona, vt sensit de Sticho albo, tu de nigro: & illud est bonum. Aliud exẽplum est in obligatiõe generis. Sed nõ est bonũ: quia certa est stipulatio, & contrahentes expresserunt quod voluerunt: nec fuit omissum aliquid q̃ tacite ageret & istæ lect. tanguntur in princ. magnæ gl. Oppo. de l. si mihi & Titio. §. fi. j. eo. Sol. ibi verba erãt clara pro stipulatore, non ambigua. Oppo. de l. inter stipulantẽ. §. si stichũ. §. eo. Sol. ibi in iudicijs: aliud in contractibus. Oppo. de l. de die. §. qui satisda. cogan. Sol. vt ibi: quia in præparatorijs iudiciorũ, hic in decisorijs. Vel dic, vt ibi. Quæro exemplũ in ver. nec rursus. & secũdum exemplũ primũ gl. positũ in gl. magna, clarũ est. Promisi omnia vasa: tunc si dico, intellexi de vasis ligneis, nõ possum illud interpretari. Alia lectura est secundum gl. vt continuetur ad præcedẽtia. Dicebã ego promissor me sensisse de albo, & tu de nigro, interpretatio fit secundũ promissorẽ.

3 & hoc dictũ est in secunda parte. Sed pone, quod semel ego promissor elegi, non potero amplius eligere & dicere me sensisse de alio. & ponit exemplum in glo. magna post princ. Iste casus est singularissimus: ita quod nescio alibi. Oppo. j. eod. l. qui ex plurib.

4 & l. eum qui certarũ. Sol. † quandoq̃ quis habet electionem ex natura alternatiuæ, vel obligationis generis: & tunc ille põt potest variare: & ista est propriè electio. Quędam est declaratio: vt quando non apparet de quo sensit, tamen senserunt de certo

a tempore stipulationis interpositæ: quã si semel declarat amodo

5 variare non põt. Et istum tex. cum ista gl. tene menti. & ideo ex

b hoc dico, † quod si testis[b] deposuit: postea non potest variare & dicere alio modo: quia ipsi habent declarare quæ sciunt fateor tamen in teste, & hic in parte, q̃ si incontinenti antecẽ primum dictum habeatur pro perfecto & cõpleto vult variare, possit quia non videtur declarasse: arg. C. de fide inst. l. contractus. Facit q̃

6 no. Spe. in tit. de teste. §. j. ver. quid si dicit. Vltimo hæc lex. † allegatur quod statuta non recipiunt interpretationẽ: quia hic etiam habes in primo dicto. q̃ declarationem extensiuam non recipit stipulatio. Itẽ secũdo interpretationem declaratiuã recipit, vt ibi aut certè interpretationẽ non restrictiuam: vt ibi: nec rursus: Et sic in statutis dicunt quidã. Dic vt plene dicam j. de munerib. & hon. l. vt gradatim. §. & si l. & dixi in l. omnes populi. §. de iustitia & iure.

Si stipulatus. Habes quod ista conditio negatiua apposita tanto tẽpore, dicitur extitisse finito tempore: sed quantum tempus requiratur ad implendam conditionem potestatiuam: & tunc si tempus apponitur, statur illi tempori, vt hic. si vero non apponitur tempus sed est negatiua: & tũc est locus Mutianę cautioni: vt l. Mutianæ. de cõdi. & demon. in contractibus videbitis in l. ita stipulatus. j. eo. In conditione affirmatiua dic vt not. per Cynum. l. si plures. in v. q. C. de conditio. inser.

Conditio in præteri. Conditio de præsenti, vel de præterito, non suspendit. hoc dicit.

Vberes. An quis possit restitui aduersus naturalem obligationem. Glo. dicit q̃ non. & dicam j. de fideiuf. l. Marcellus.

1 *Vt Venditor qui non promisit emptori sumptus an teneatur.*
Clausula, & promisit reficere omnia damna, & expensas litis, & extra, quid operetur.

2 *Expensæ si debentur ex natura contractus, quare deducuntur in stipulatione, & quis sit effectus.*

3 *Stipulatio quod debet intelligi secundum naturam præcedentis contractus.*
Clausula quæ ponitur in instrumento vendictionis, & promisit expensas, siue lis moueretur de proprietate siue de possessione, quem effectum producat.

Venditores. Qui promisit sumptus factos in lite de re: non tenetur ad sumptus fa-

1 ctos in lite de pretio. hoc dicit. Pone, † quod venditor non promittit sumptus, an teneatur? Et glos. remittit ad l. j. C. de euict. vbi dicit, aut succubuit in proprietate, & repetit sumptus: aut obtinet, & non repetit sumptus. Et ista est l. bona quod sumptus nõ veniunt eo casu quo emptor obtineret: & ita notarij ponunt in instrumentis, & promisit reficere omnia damna, & expẽsas litis. & extra quæ non venirent alias, & hoc faciunt per hanc l. & glo. in l. qui absentem. de procu. sed ibi tenet Guil. contrariũ per l. si fine. §. Marcellus. & §. cum autem. j. rem rat. habe. & l. si vt

c certo. §. idem Labeo. §. commo. Teneo cum Guil.[c] reprobata gl. quam semper reprobaui. Primo per l. si plus. §. mota quæstione supra de euictio. & dicta l. qui absentem. vbi dicitur quod mota lite tenetur defendere venditorem: ergo si non defendat. tenetur ad interesse ob rem non defensam argu. l. cum quærebatur in fin. j. iud. sol. Item probo per rationem: venditor tenetur emptori vt nihil habere liceat vt l. emptorem. §. penulti. in fin. supra de actio. emp. modo in obligatione, habere licere, veniunt sumptus extra litem. vt l. stipulatio ista habere licere. ver. si quis forte. supra eodem. & ibi not. ergo &c. Non obstat l. j. C. de euictionib. quia illud in euictione rei hæreditarię. Itẽ non obstat l. si status. e. titu. quia non possum agere ex clausula de euictione: quia res nõ est euicta: sed ex clausula ob rem non defensam: siue hoc fuit expressum siue non: quia à lege tacitè subintelligitur: vnde potest agere ad interesse. Vnde est aduertendum in modo concludendi in libello. Non obstat. ratio, quod iniuria venditori non nocet: vt l. si per imprudentiam. supra de euictionibus. verum est si per iniuriam iudicis: secus si per iniuriam partis, à qua potuit me liberare suscipiendo litem. Præterea, non potest dici, quod à iudice sit facta iniuria: quia non condemnauit victum victori in expensis, quod debuit quia habebat iustam causam litigandi victus: ideo in expensis non debuit condemnari. Præterea potest esse quod iudex modice taxauit. Ad quod facit quod nota §. de ali. iudi. mu. cau. fa. l. j. in fin. magnæ gloss. Quæro, † si veniat ex natura contractus, quare fit & deducitur in stipulationẽ: & quis est effectus? Dico propter no. in l. nõ solũ. §. de rei vẽd. & l. iij. §. si rẽ. §. de leg. iij. quia plura auxilia interest me habere. Item est

Universidad de Deusto

est differētia in modo agēdi: quia qn̄ est promissum, petā directo sumptus factos in lite: sed qn̄ nō est ꝓmissum, nō petā sumptus directo: sed petā interesse, quia non defendit: in quo interesse veniēt sumptus. Quæro, hic dicit, si promisit sumptus ob litē de proprietate, &c. Quid si hoc non apparet? Dicit gl. parua, ꝙ hoc in dubio pręsumit. † Sed vt arbitror, nō bene dicit: quia ista stipu
3 latio debet intelligi secūdū naturā cōtractus præcedentis: vt l. j. §. si quis sub cōditione. vt leg. no. ca. & l. dāni qdā. in prin. de dā. in se. l. si stipulatus. §. de vsur. sed ex præcedenti contractu in vnoquoq; negotio tenebat. ergo &c. Do tibi text. in l. stipulatio ista. versi. si quis fortè. §. e. & habere licere venit ex natura contractus emptionis, & venditionis: ergo &c. Et vt puto, gl. dicit, ꝙ in dubio pręsumitur, nō vt excluderet litem de proprietate: sed excluderet litem de pretio. Tamen hodie notarij, vt cesset ista opinio, ponunt in instrumentis expresse, siue moueretur lis de proprietate: siue de possessione.

1 ☞ *Papa licite concessit Regi karolo, & successoribus suis regnum Hierusalem.*
2 *Fundus hostium potest concedi sub conditione, si capietur,* 104.

LIber homo. Liber homo, vel fundus hostium, in stipulatione deduci non potest. hoc dicit. Opp. de l. & liberi. §. de contrah. empt. Sol. dicit Rog. aliud in emptione, vt hic, in j. glo. non bene dicit: quia in emptione, nec in stipulatiōe potest homo liber deduci: vt ipse debeatur: sed in præiudicium emptoris sic: vt ipse teneatur de euictione. Idem in stipulatione, si ponerem causam onerosam: vel fuisset in dolo. & hoc tenent omnes Moderni. Oppo. de l. ab omnibus. §. etiam. & l. seruus. §. de le. j. Glo. dicit aliud in legatis, vt ibi: aliud in contractibus, vt hic. Idem tenet j. de regu. iur. l. in testamentis. Et assignat rationem: quia stipulatio assumit vires tempore stipulationis interpositæ: legatum à die aduenientis cōditionis. Sed ista sol. non est bona: quia contra regulam Catonianam: vt l. cætera. §. j. §. de leg. j. Dico idem in legatis, & in contractibus: vt no. in l. id quod. §. de leg. j. Nam fundum hostium qui nunquam fuit noster, non possumus promittere, nec legare modo: quia in eo nullum ius habeo. ita loquitur hic. sed fundum hostium, quia iā fuit noster, promittere vel legare possumus: quia habemus ius postliminij. & hoc voluit expresse text. in d. l. id
2 quod. & d. §. etiam. Et hac[a] ratione, † vt puto, Papa qui concessit regnum Hierusalem Regi Karolo, & suis successoribus, hoc licite potuit: quia illud regnum iam fuit nostrum, licet modo occupatum sit ab hostibus. Sed contra prædicta videtur extra, de re iudi. c. Abbate sanè. lib. vj. vbi Rex Aragonum donauit fun-
3 dum hostium, qui nunquam fuit suus. Respon. purè † concedere fundum hostium non possum, vt hic: sed concedere sub conditione, si capietur, possum: vt ibi: quia expectare istam conditionem honestum est: licet res de præsenti in nostro commercio non sit. Pro hoc facit C. ad l. Faui. de pla. l. in fug. Ista verba in concessione prouinciarum quando occurrunt, sunt dubia, & ponderosa: ideo tene menti.

1 ☞ *Non refert à quo aliquid fiat, dummodo fiat.*
2 *Contractus si impletur, an refert à quo impleatur.*
3 *Præclara articulandi aliquid esse factum.*
4 *Factum in quo requiritur expensa, præsumitur factū ab eo qui tenebatur illud facere. Iudex quas expensas taxet sine probatione ex eius officio.*
5 *Quo ad conseruationem iuris sui, an referat à quo fiat.* 104.

CVm seruus. Sufficit contrarium impleri à contrahente, vel alio eius nomine. hoc
1 dicit. Vel aliter dic. † Non refert à quo aliquid fiat, dummodo fiat. Vt in trem gloss. oppon. de l. ij. §. de condition. & demonstration. vbi refert à quo fiat: quia debet ad hoc fieri. Sol. dicit gl. fuit manumissus ab ipso contrahente, vel ab alio voluntate eius. Oppo. de l. iij. §. si liber homo. §. de condi. ob cau. Sol. hic seruus: ibi liber homo. Oppo. de l. si puellam. C. si manci.
b ita fue. alie. Et si quis vellet soluere illud brocardum: [b] non refert, &c. oporteret totum corpus iuris perquirere: vt non refert à quo iudicium fiat: à quo interrumpatur præscriptio: à quo fiat nunciatio: & sic de similibus. Vnde non potest dari certa regula, sed propria materia est de impedimento contractus: & tunc an referat à quo impleatur? Et Dyn. ponit duo verba hic nota-
2 bilia in materia. Si quæris † vtrum refert à quo impleatur: & tunc aut quæris de obligatione inducenda, aut quo ad pœnæ cōmissionem euitandam. Si de obligatione inducenda: & refert à quo: vt hic, & l. ij. §. de condi. & demonstra. Aut ad pœnæ commissionem euitandam: & tunc non refert à quo: vt d. l. si pupillā. Vide † ergo, quid ha-
26 ad contraria† vltimæ partis.Hic dicit',q̃ si nil est actū,sola pecunia petet'.& sic videt',q̃ pœnalis stipulatio nouet primā.sic ſ.tit. j.l.obligationū fere.§.fi.cōtra:imo videt' q̃ ad vtrūq; posit agi, & vno exacto posit agi ex reliquo,in eo quod plus est: vt l.si quis à socio.& l.duo societatē.ꝑ socio.& l.prædia.de act.emp. Rogo q̃ aduertatis:quia istud est valde difficile:& gl.& doct. variāt.Gl.enim in d.l.si qu.s à socio.videt' ponere in fi.gl.talem solutionem,q̃ in eo q̃ quantitas stipulationis pœnalis concurrit cum quantitate præcedentis obligationis,fiat nouatio:& in hoc concor.cum ista.in eo vero q̃ quantitas primæ obligationis excedit,non fiat nouatio:& in eo bene poterit agi prima actione. Ista solu.est falsa per l.duo societatem.eod.titu.& per l. prædia.que videntur velle,q̃ ad totū posit agi prima actione. Vnde gl.in ea.l.si quis a socio.dat aliā so.videlicet,aut secunda stipulatio continet plus q̃ꝑ prima:& nouatur:vt hic,& l.obligationum fere.§.fin.Aut continet minus:& non fit nouatio:vt in

POMATES.

a ¶ Septimo opp. Aduerte tū,q̃ cū Besu. hic dicit, q̃ vna hic fuit stipulatio cōtra gl.& Bart.q̃ reqrat' interpellatio:qa hoc in text.dixit ibi,quā diu ꝑ ꝓmissorē non steterit:quia tūc demū dicit' ꝑ aliquem stare quo minus det id qd' ꝓmisit.quādo interpellatus dare noluit, vt l.si ex legati cā.ī.eo.nec obstat si diceres q̃ ista verba sunt de opinione Sabini,cuius opinio in distincte nō seruat': qa respondet' q̃ imo approbat' per Papi. ī.in dist.sua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

POMATES.

a ¶ Quid dicemus? p opinione Bartol. an pœnalis diſpoſitio nouet præcedētem, & hæc quidē opinio eſt communis, et in practica ſeruatur: vt inquit Decius in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pac. et ibi refert et ſequtur dictus magiſter meus.

b ¶ Lucratiua. Adde Pe. de Anch. tenētē contrariū, cōſ. cc. lvj. et adde q̄ Bene. de Plū. in d. l. ſi quis a ſocio. col. x. reprobata hac ſol. Bart. dat aliā ſolu. videlicet quod ſtipulatio pœnalis nouat præcedētem, quando eſt eiuſdem formæ & rituli cum præcedenti. ſecus ſi diuerſæ formæ. et rituli. Ita intelligit iſtum tex. & tex. in l. duo. et in l. prædia. vide ibi rationes.

contrarijs. Poterit ergo ad vtrunque agi: ſed per exactionē vnius fiet nouatio alterius, in eo q̄d concurrūt. Et iſtā ſol. tenet Ia. de Ra. & appropriat eam ſibi. probat per tex. l. qui vſumfructum. §. e. & j. de noua. l. ſi pupillus. §. qui actum. Iſta ſol. communiter reprobatur, & ſpecialiter p Pe. Nam ſi q̄ratur de ſtipulatiōe pœnali vtrū nouet primam, nō curamus vtrū cōtineat plus vel minus: ſed hoc an in ſecūda repetatur, q̄d deuenerat in prima. Et videtur p̄bari in d. l. duo ſocietatē. Præterea hæc lex. & l. obligationum fere. §. fin. videtur velle indiſtincte q̄ ſola pœna petatur, nō habita diſtinctione vtrū plus vel minus ī pœnali ſtipulatiōe deuenerit: Hoc videt probari §. ad l. fal. l. j. §. item ſi ita. de penu leg. l. j. quando dies leg. ced. l. ſi penū. Hæc ſolu. non eſt bona, vt j. clarius apparebit. Vnde gl. in d. l. duo ſocietatem. in gloſſel ſa ſuper verbo, poſſe. dat tertiam ſol. Aut quis vult agere actione prima ante cōditionis euētum, et ſic ante cōmiſſam ſtipulationem pœnalem: & poteſt. Ita loquuntur illa iura. Aut poſt ſtipulationem pœnalem cōmiſſam: & non poteſt: quia prima eſt nouata. Ita loq tur hic, & l. obligationū. fere. §. fi. Iſta ſol. non continet veritatē. Primo per d. l. ſi quis à ſocio. & l. ſeq. vbi expreſſe dicitur, q̄ etiam poſt cōmiſſam et exactā pœnam pōt agi prima in eo quod plus eſt, idē in d. l. prædia. Præterea, licet glo. dicat poſſe agi prima, donec pendet conditio pœnalis ſtipulatiōis: hoc non eſt expeditum. et gloſ. tenet contra in l. j. §. item ſi ita. §. ad l. fal. quam gl. Dy. ſequitur, et examinabo j. circa vj. q. Vñ gl. dat iij. ſolu. videlicet, q̄ in cōtrarijs fuit actū expreſſe, vt prīa nō nouet per pœnalē. Hoc ſentit glo. in l. p̄dia. circa fi. magnæ gl. idē ſentit in l. reſcriptū. §. ſi pacto. de pact. ſed hoc eſt diuina re. ergo &c. Vñ gl. in d. l. p̄dia. ante fi. magnæ gl. dat quintā ſo. videlicet aut p̄cedit obligatio q̄ cōtrahit cōſenſu: vt emptio, ſocietas, et ſi. et hīnt locū cōtraria. Aut p̄cedit obligatio, q̄ cōtrahit verbis: et ſic nouatio, et ſola pœna pōt peti. Ita loquit hic, et l. obligationū fere. §. fi. Fr. Acc. tenebat hāc ſol. ī l. reſcripta. §. ſi pacto. licet p alia verba. Dicebat em aut p̄cedit cōuētio bonæ fidei et hīnt locū cōtraria. Aut ſtricti iuris: et tunc fit nouatio. Iſtud recidit in idē cū d. gl. Idē tenuit Dy. in l. in puinciali. de ope. no. nūc. ī addi. magna. Idē tenet Pe. vt refert Cy. in l. ſi pacto quo pœnā. C. de pact. Sed q̄ iſta opi. nō ſit vera, probatur ſic: Actio ex teſtō æquiparat actiōi bonæ fidei: vt ī l. in minorū. C. in qb. cau. ī integ. reſt. nō eſt neceſ. ſed actio ex teſtō p pœnalē diſpoſitionē ſequētē nouatur ipſo iure: vt l. j. §. itē ſi ita. ad l. Falc. et l. j. de penu leg. et qñ di. leg. ced. l. ſi penū. ergo ēt cōuentio bonæ fidei per ſequētē ſtipulationē pœnalē. Cuius cōtrarij timore, vt arbitror, Gul. de Cu. dat ſextā ſol. in l. reſcriptū. §. ſi pacto. et vtit his verbis, Aut p̄cedit cōuētio iuriſgētiū: et nō nouatur, vt in cōtrarijs. Aut p̄cedit cōuētio, ſeu obligatio iuris ciuilis: et nouat p pœnalē, vt hic, & d. l. j. §. itē ſi ita. cū ſimi. Nā obligatiōes deſcēdētes ex teſtō ſunt iuris ciuilis: vt §. de teſt. l. iij. & hāc opi. tetigit Dyn. in dicta diſtinctiōe poſita in l. in puinciali. Hoc vī tenere Iac. But. in l. p̄dia. hoc ēt mō tenet do. Ray. Hæc opi. ſalua reuerētia tātorū doct. nō placet mihi. Primo, quia eſt cōtra caſum d. l. prædia. ſcdm vnā poſitionē, tenendo q̄ ibi ſecunda cōuentio fuerit ſtipulatiōe vallata, q̄ eſt iuris ciuilis: et tamen ipſo iure non tollitur per
2 7 pœnalem. Præterea, cōſtat † q̄ contractus emphyteuſis eſt iuris ciuilis à iure gētiū incognitus: vt inſt. loc. §. adeo no. §. de pacto. l. legitima. ſed cōſtat q̄ obligatio et eius cōtractus emphyteuſis per ſequētem pœnalē non nouatur: vt no. C. de iur. emphy. l. ij. in glo. magna. quam gl. oēs ſequūtur: ergo &c. Præterea, prædicta opi. deſtruitur p rationē: nā nulla ratio poteſt aſſignari, quare magis nouetur obligatio iuris ciuilis quam obligatio iuris gentium. Nā licet in modo tollendi per acceptilationē, facilius tollat vna quā alia. j. de accep. l. an inutilis. §. acceptum fieri. et §. fi. & l. ſi acceptolatum. tamen in modo tollendi per ſequētem ſtipulationem, & ſic per nouationem, nulla eſt differentia: vt de trāſac. l. Aquiliana. & l. cū Aquilia. Inſtit. quib. mod. tol. obl. §. ſicut autē. & j. de noua. l. j. Vnde poteſtas iuris in tollendo, eſt par in vtrq̄: nec eſt aliquid, propter quod præſumamus animum nouandi ex voluntate contrahentium magis in vno q̄ in alio. Vnde hæc op. nō placet. Dices tu, reſpōde ad l. duo ſocietatē. §. pro ſocio. vbi videtur tex. q̄ ſi prima conuētio fuit per ſtipulationem, & ſic iuris ciuilis, nouetur: alias non. Reſpondeo, deberis ſcire, q̄ ſecundū iſta tēpora quādo poſt primā cōuentionē adijciebatur ſtipulatio coequalis cōtinēs tantundē, vel plus præſumebatur nouatio: vt §. eo. qui vſumfructū. & l. ſcire debemus. in prin. modo in l. illa, duo ſocietatē. conuenerunt ſocij vt grammaticam legerent, & cōuenerunt pacto nudo, vt quæſtus eſſent cōmunes: ſed huic pacto fuit adiecta ſtipulatio hoc modo, ea omnia dari, fieri ve ſpondes, & c. tūc non pōt agi pro ſocio, ſed actione deſcendente ex ſtipulatione nouante primam. ſecūdū iſta tēpora cum ſit ſtipulatio primæ coæqualis, cōtinēs tantūdem: licet hodie nō præſumeretur nouatio, p l. ſi. C. de noua. & ſic poſt prædictā ſtipulationem coæqualem fuit adiecta ſtipulatio pœnalis: illa pœnalis non nouat præcedentem, nec ibi hoc dicitur: imo contrarium, ſi bene aduertatur. Vnde videamus ſeptimam opi. quam ponit Dy. ſuper hac lege recedendo a prædictis. Dicit enim quod hæc lex debet intelligi ſecundū illas, videlicet q̄ ita demum trāſferatur prima in ſecūdam, ſi actor eligat agere ex ſecūda: nō alias, niſi expreſſe ſecunda eſſet cōcepta animo nouandi. Quod ergo hic dicitur q̄ ſola pecunia petatur, intellige ſi actor eligit hoc. Et quod dicitur in l. obligationum fere. §. fi. q̄ fit quaſi nouatio: intellige, ſi actor hoc eligit. Idem intelligit Iac. de Are. ſi præcederet obligatio ſtricti iuris. ſed ſi præcederet obligatio bonæ fidei: tūc nullo modo fit nouatio, ſecūdum eum. Iſta opi. nullo modo placet, nec aliquis eam tenet. Primo id quod dicit Iac. de Are. de cōtractu bonæfidei, & ſtricti iuris, non eſt verum, vt §. reprobaui. Aliud quod dicit Dy. eſt falſum, per l. ſi quis à ſocio. & l. prædia. qui etiam ſi quis eligat agere ad pœnam. non fit nouatio, ſed poteſt agi prima in eo quod plus eſt. Præterea, iſtud eſt contra caſum. l. j. §. item ſi ita. ad l. Falci. de pe. lega. l. j. & l. ſi penum. quando di. lega. ced. vbi pœna commiſſa primū legatū nullo modo peti poteſt. Quid
a ergo dicemus? dubitabile eſt: tamē mihi videtur ſic dicendum.

Et erit octaua ſol. q̄ aut præcedēs obligatio eſt ex cauſa lucra
b tiua: & tunc commiſſa ſtipulatione pœnali ſibi adiecta nouat ipſo iure, non diſtincto vtrum contineat plus vel minus. Ita loquitur de penu lega. l. j. ad l. Fal. l. j. §. itē ſi ita. quando di. leg. ced. l. ſi. penū. & hæc l. in fi. & l. oblationū fere. §. fi. ſed qñ præcedens obligatio eſt ex cauſa non lucratiua ſed onerosa: tūc non fit nouatio, ſed poteſt ex qualibet agi: & vna exacta poterit agi ex reliqua, in eo quod plus eſt: vt l. ſi quis à ſocio. & l. duo ſocietatē. & l. prædia. Hoc etiā probatur §. de do. excep. l. apud Celſum. §. Labeo. & j. eo. l. qui Romæ. §. Flauius. & §. duo fratres. vbi præceſsit cōuētio per ſtipulationē, nec nouatur per pœnalē. Ratio, quia eſt ex cauſa onerosa, vt dicā, j. in alijs contrarijs p xi. Et iſte videtur proprius intellectus iſtius materiæ. Rationem iſtorum videre eſt facile, quando mihi debet aliquid ex cauſa nō lucratiua: ſi adijcio pœnā, ſi datū, vel factum nō fuerit, non videor per hoc nouare: imo adijcitur, vt metu pœnæ citius cōſequar mihi debitū: vt §. de re iu. l. iij. §. ſed & ſi pignora. Sed quādo ex cauſa lucratiua debetur, tūc videtur agi q̄ ſi non dabit illud, pœna tantum poteſt peti: & in tui promiſſoris fauorē hoc videtur actū: vt §. de leg. j. l. ſi quādo. §. hæres. & hoc probat tex. noſtræ legis, in fi. ſi bene aduertatur. Non enim eſt par eademq̄ cauſa, &c. vt l. ſcimus. §. licētia. C. de iur. delib. & de codi. l. fi. Et ſi opponis mihi: quis reuelauit tibi q̄ hæc lex. obligationū fere. loquat de obligatione ex cauſa lucratiua? Reſpōdeo, ad hoc me vrget ſol. cōtrarietatis prædictæ: quæ alio cōgruo modo ſolui nō poteſt. Præterea, cum non dicatur ex qua cauſa, in dubio, in ſtipulatione intelligitur cauſa donationis, & ſic lucratiua: vt not. §. de do. excep. l. ij. §. circa. & patet in l. Campanus. de ope. liber. Et ſi op. de l. ſi quis à ſocio. quæ videt velle q̄ primo tollatur in eo quod concurrit. Reſpon. primam tolli vi exactionis factæ ex ſecūda: non vi quaſi nouationis. Ita intelligunt eam alij doct. tenentes alias opin. Item ſi dicas, quare tex. in l. obligationum fere. §. fin. dicit fieri quaſi nouationem, cum ſit vera nouatio? Rñ. quia

vigꝫ

Universidad de Deusto

vsq; ad lit. contes. pet. offerēdo quod venit in prima, liberari: vt l.j. de pen. lega. q; nō est in vera nouatiōe. Ita intelligit Cy. in l. nuda. in fi. Secūdo oppo. & vī q; non fiat nouatio aliquo casu p stipulationē pœnalē ipso iure. sed ope exceptiōis. Vñ videt obstare de do. except. l. apud. Celsum. §. Labeo. glo. in l. cōtraria ponit plures sol. Quidā approbāt primā, sed est calūniari illā lucrā. Alij tenēt secundā, sed videt cōtra d. l. obligationū fere. §. fi. cū simi. Alij tenēt alias sol. quę nō placēt: vt ex prędictis patet. Dic ergo q; prima ibi nō nouat ipso iure: quia obligatio prēcedēs erat ex causa nō lucratiua. Promiserat em mihi restituere hominē meū, ad quē mihi erat cōdēnatus, & iō nō fit nouatio: sed actor pōt eligere actionē quā vult. Sed qa ibi ambab' actionibus agebat, scdm vnā lec. iō ibi opponitur doli exceptio. Vel scdm aliā si solū vna ageret, repelleret doli exceptione, quaten' cōcurrūt: vt ibi patet. Tertiò opp. de l. q Romæ. §. Flauius. j. e. vbi videtur, q; prima nō nouetur per sequentē pœnalē. Sol. Dicūt quidā, ibi speciale fauore libertatis. Ita tenet gl. ī l. obligationū fere. §. fi. & ita hic, & ibi tenebat do. Ray. & ita hic innuit Dy. Sed Gul. de Cu. in d. §. si pacto. dicit, q; ibi ideo, qa præcessit cōuētio iurisgentiū, hæc oia ś. reprobaui. Dic ergo q; ibi promissio de manumittendo fuit ex causa onerosa, non lucratiua. Nā licet tu seruū meū habeas ex causa lucratiua: tū ego te habeo obligatū ex causa onerosa: quia seruū meū dedi pro hoc. Quarto opp. de l. qui Romæ. §. duo fratres. j. eo. dicit Gul. ibi præcessit conuentio iurisgentium, hic ciuilis. hoc nil est, vt dixi. Alij dicūt, aut loquimur de exceptione, vtrū nouetur per pœnam. certe nō: vt ibi. Aut de obligatione: & tūc nouatur, vt hic. & hæc posset esse bona, vt statim dicā. Vel dic melius q; ibi præcessit obligatio ex causa non lucratiua, sed onerosa: vt ibi patet: hic ex causa lucratiua. Quintò opp. de l. rescriptū. §. si pacto. ś. de pact. Glo. ibi videtur dicere, q; illa lex loquitur secūdū iura noua, secūdū quę tacitè nō fit nouatio: vt C. de noua. l. fi. vel ibi fuit expresse actū ne nouetur. Gul. vero dicit, q; ibi præcessit cōuentio iuris gē-
28 tiū. Truffæ sunt: vt ś. dixi. Alij, vt Frā. Accur. dicūt, & bñ, † q; ibi prēcessit pactio liberatoria: vnde nō nouatur per pœnalē: hic obligatoria. Ratio, quia fauorabiliores, &c. vt l. Arrianus. de actio. & obli. & hanc sequitur Dyn. in d. l. in prouinciali. & Pet. vt no. Cy. in l. si pacto quo pœnā. & Iac. But. & do. Ray. & est ipsa veritas. vide rōnē. Nouatio est vnius obligationis in aliā transfusio, &c. vt j. de noua. l. j. Illud ergo quod est obligatio, potest nouari: sed pactum de non petēdo habet tres effectus: tollit naturalem, elidit ciuilē, & obligat quem naturaliter nō petere: vt no. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ś. de pact. licet ergo illa naturalis obligatio, qua quis est obligat' nō petere, tolli possit per nouationē: tamen alij effectus dicti pacti, qui pro se sufficiunt ad pariendam exceptionem: non cadunt in nouatione: cum non sit in obligatione. Et ex hoc patet qd' glo. j. j. de præto. stipu. l. j. in fi. secundæ magnæ glo. quæ videtur ponere indistincte, q; exceptio nouetur: nō dicit omnino verū. Sertò opp. j. de stip. ser. l. j. §. fi. Sol. ibi fuit cōllata stipulatio pœnalis in personā alterius: hic in psonā eiusdē: & ideo difficilis ibi fit nouatio. Ita tenet ibi glo. & Pet. in d. l. si pacto. arg. pro hoc j. eo. l. fi. §. fi. in prin. licet Iac. de Ra. dixit, q; ibi loquitur de exceptione facti, vel intentionis. Septimò oppo. de l. qui vsumfructum. ś. eo. & j. de noua. l. si pupillus. §. qui actum. Sol. dicūt quidā. Ista intelligitur secūdū illam: videlicet aut stipulatio secūda pœnalis cōtinet minus: & non fiet nouatio vt ibi: alias sic. Ita loquit hic. Et istā opi. tenet Pet. Iac. But.
29 Sed do. Ray. dicit † aliter, videlicet q; hic loquatur qñ vna stipulatio subrogat' in defectū primæ vt pœnalis stipulatio. cōtraria loquunt', qñ sunt duæ stipulationes pariter principales. Istā solu. credo verā. Videte rōnē, qñ obligatio est contracta, & ius mihi quæsitū: si quærit vtrū per aliquē actū introducta
a sit liberatio: inspicitur mēs liberātis: vt j. de excep. l. pluribus.[a] & l. emptor. §. Lucius. ś. de pact. Ita in proposito, si ego stipulor id quod mihi iam debebatur: vtrum per stipulationem videar recedere à prima: lex inspicit mentē mei stipulantis: vt si stipulor plus videar recedere, si minus secus: sed in ipso actu cōtrahendi stipulationē lex respicit animū promittētis, prout verisimiliter pōt adaptari adverba stipulātis: vt ś. e. l. quicquid astring' dę. Cū ergo simul & semel stipulor dari: & si nō det, stipulor pœnā, inspicit mēs promittentis, quæ est vt si non det Stichū: vt pœna tm petat'. nec inspicit vtrū sit plus vel minus: nā q; eorū solueret in sua ptāte videt reseruasse: vt hac l. in fi. & ś. de leg. j. l. si qñ. §. hęres. Octauo opp. & videt, q; nullo modo per pœnalē stipulationē fiat nouatio. Nā qñ aliud venit in secūda stipulatione quā in prima, non præsumit nouatio: vt j. de noua. l. fundum Cornelianum. Solu. ibi in stipulationibus coæqualibus & pariter principalibus: hic in pœnalibus, quæ in locū alterius surrogātur. & sic rō, vt ś. dixi. Nono opp. C. de noua. l. fi. Insti. qui. mo. tol. ob. §. præterea. vbi nunquā præsumit nouatio, nisi expresse agatur. dicit glo. q; materia hodie corrigitur p dicta iura. Idē dicit in l. obligationū fere. §. fi. & l. rescriptū. §. si pacto. & in l. prædia. qd' videtur tenere Pet. Iac.
30 de Ra. & alij quidā. Sed Iac. de Are. & † Gul. de Cu. & Ray. dicunt aliter, videlicet q; hodie nil fit innouatū hoc casu. Nā qñ prima & secunda stipulatio est pariter principalis: tūc debet fieri vera nouatio: & in hoc est discordia inter iura noua, & antiqua. Sed qñ prima est principalis, secūda pœnalis: tunc
b dicit fieri quasi nouatio: vt ś. dixi. & in hoc per iura noua[b] nil est hodie immutatum: q; credo verū: & de hoc p Cyn. in d. l. si pacto. circa fi. Decimo opp. ego dixi ś. q; qñ non fit nouatio, vna actio tollitur p aliā vi exactionis, in eo qd' cōcurrūt. Contra, imo videtur q; nouatio nō fiat per stipulationē pœnalem: sed ex qualibet exigatur insolidum. Certū est quod vsura est pœna: vt ś. de neg. gest. l. qui sine. circa fi. Sed sequens stipulatio vsurarum, & sic pœnalis nō nouat primā, imo vtrūq; poterit exigi, & pœna, & sors: vt ś. tit. j. l. traiectitiæ. §. de illo. & j. eo. l. qui Romæ. §. Callimachus. ś. de vsur. per totum. Solu.
31 quando pœna † apponitur loco particularis interesse, & loco cessatiōis: vt qa, pmittis sex denarios p libra, p quolibet mēse, quo cessabis soluere: tunc prima nō nouat', sed vtrūq; petit' totū: vt in contrarijs. Hic aūt loqmur qñ pœna apponit loco totalis interesse: & totalis cessionis. Ita tenet Pet. j. eo. l. q Romæ. §. duo fratres. Ita voluit recitare Cyn. C. de transac. l. cum proponas. licet ibi nō bene recitauerit. Pe. Vndecimo opp. ad idē ś. de arbit. l. si qs rē. Sol. dicit ibi gl. aut pœna apponitur loco rei, seu interesse: & habet locū nostra materia. Aut apponit' loco cōtēpt': & tūc nō fit nouatio, sed vtrūq; petit', & exigit' totū, vt in cōtrario. Sed hoc dictū gl. Pet. intelligit esse verū, si agat' diuersis actiōibus: puta, peto pœnā per actionē ex stipulatu: rē vero peto rei vēdicatione: vt d. l. si qs rē. sed si agatur actiōe descēdēte ex eadē causa: puta: peto rē actione descēdente ex snia arbitri emologata: & pœnā actiōe ex stipulatu: quia nō paritū snīæ: tūc nō posset, sed debet altera esse cōtentus: vt ś. de arbi. l. Celsus. Ita dicit Pet. ī d. §. duo fratres. & Cy.
32 in d. l. cū proponas. C. de trāsac. quod satis placet. † Vt ergo liqueat ista materia, qñ stipulatio pœnalis nouet primam do. Cy. in d. l. si pacto. ponit seriatim distinctiones oim, quas videre potes. Ego vero supra tetigi in cōtrarijs. Tu autē secūdū opi. quā teneo, breuiter sic dicas: Aut pœna apponit' loco interesse, aut loco cōtemptus. Si loco interesse: tunc aut loco interesse particularis: & nō fit nouatio, sed vtrūq; exigetur totū vt ś. ti. j. l. traiectitiæ. §. de illo. & de vsur. per totū. Aut loco interesse totalis: & tūc aut præcedit cōuētio liberatoria: & pœnalis nō nouat: vt ś. de pac. l. rescriptū. §. si pacto. j. eod. l. q Romæ. §. duo fratres. & q̄ sit rō ś. dixi. Aut præcedit cōuētio obligatoria: & tūc aut ex cā onerosa, aut ex cā lucratiua. si ex causa onerosa, nō nouat: vt l. si quis à socio. & l. duo societatē. & l. prædia. de do. except. l. apud Celsum. §. labeo. j. eo. l. q Romæ. §. Flauius. & §. duo fratres. Si ex cā lucratiua: tūc aut vtraque dispositio confert' in personam vnā: & tunc nouat ipso iure, vt hic: & l. obligationū fere. §. fi. ś. ti. j. de pe. le. l. j. ad l. fal. l. j. §. itē si ita. cū si. Aut in personā diuersorū: & tūc nouat ope exceptionis: vt l. j. §. fi. j. de sti. ser. Si vero pœna apponit' loco cōtēptus: tunc prima nō nouat': vt ś. de arbi. l. si quis rem. qd' intellige vt ś. dixi. & prædicta vera de stipulatione pœnali. Qñ autē alia stipulatio æque principalis nouet primā, Gui. ponit in l. rescriptum. §. si pacto. ego plenius dixi de pto. stip. l. pe. Et hæc sufficiant quātū ad cōtraria. Veniamus ad quæstiones. & qa hæc

POMATES. a ¶ L. pluribus. Melius facit l. si ex pluribus. j. de solu.

POMATES. b ¶ Et in hoc per iura noua. Nota ad limitationē l. fi. C. de noua. & §. ptereа. Insti. qui. mod. tol. oblig.

Universidad de Deusto Biblioteca

POMATES.

a ¶ Dolo faris. Et nota quod talis diei tacita a lege inducti lapsus interpellat, sicut tempus appositum a contrahentibus. Ista est glo. in l. si mora. quā no. ibi Pau. de Ca. & Alexan. ī. fol. mat. de quo meminit do. Mathesil. notabili suo cxxij. & Alex. in l. si ita essem stipulatus. ī. eo. & Bart. videas in l. promissor. §. si fine. ī fi. ī. de consti. pecu.

lex tractat principaliter de cōmissione stipulationis: et ideo de hoc plene videndū est. & gl. nostra istā materiā expediuit ī l. & si post tres. §. si quis cau. & ibi posuit vnā breuē distinctionē, q̄ cōtinet tm̄ sex casus in se: tō nos examinemus istā materiā per sex q. principales. Primo enim q̄ro de stipulatiōe simplici nō pœnali pura. Secū do, de stipulatione simplici in diē. Tertio, de stipulatione simplici sub cōditione. Quarto, de stipulatiōe nō simplici hoc est pœnali, quę incipit à præcedenti cōditione. Quinto, de stipulatione nō simplici, q̄ incipit à præcedēti pactione nuda. Sexto de stipulatione nō simplici, ſ. pœnali q̄ incipit a præcedēti pactione vestita. Ista sunt mēbra gl. in d. l. &

33 si post tres. † Quæro ergo primo, qn̄ stipulatio simplex, et pura cōmittat? Respōdeo. Aut quæris quātū ad obligationē, et actionē: et tūc regula est ꝙ statim cōmittit: vt l. eū qui calēdis. §. quoties. §. eo. de ver. sig. l. cedere diē. de reg. iur. l. in oībus. Insti. eo. §. oīs. Fallit in obligatione vbi inest tacita cōditio: vt in fructibus futuris, & partu Arethusæ: vt §. de condi. & demō. l. j. et l. interdū. §. e. tūc enim nō nascitur obligatio, nisi aduenīēte cōditione: sicut in cōditione expressa: vt not. §. de pact. l. itē quia. Itē fallit in obligationibus, in quibus inest dies tacite: vt promisit facere domum, & dare Carthaginē, in quo est illud

34 qd̄ j. dicā. de obligatiōe in diē. † Sed circa prædicta dubitatur de vno. Nā videtur ꝙ oīs stipulatio quātūcunque pura hēat diē: vt §. de cōsti. pe. l. promissor. §. j. j. de sol. l. qd̄ dicimus. Inst. de inuti. stip. §. fi. Rn̄. do. Cy. C. de cōsti. pe. l. ij. in j. q. fatetur ī constituto ꝙ an decē dies nō fit efficaciter obligatus: sed in alijs sit efficaciter obligatus. & illud modicū tempus, qd̄ ei daī secūm l. qd̄ dicimus. j. de sol. ei datur à iudice vt interim nō sit ī mora, nō ex natura actionis. Et istud vī sentire gl. in d. l. promissor. §. licet nō ita clare. Alia gl. in d. l. ij. C. de cōst. pe. vī dicere ꝙ id qd̄ est in cōstituto de termino decē dierum, idē sit in alijs obligatiōibus. Quid dicemus? Vos debetis scire ꝙ quod dā est tp̄s, qd̄ inest obligationi, vel ex cōuētiōe, vel ex natura cōtractus: et tale tēpus īpedit diē obligatiōis venire. Est quod dā aliud tp̄s, qd̄ obligationē nō tāgit, sed miserationis cā indulgetur solutioni: vt §. de cōpē. l. si cū militi. §. fi. p̄ quē tex. declaratur ista materia. Modo ad ꝓpositū dico, ꝙ in oī obligatione pura dies statūvenit, & cedit cū effectu, vt p̄dictis iuribus ꝓbatur: sed tēpus in eis, miserationis cā indulgeī solutiōi. qd̄ aūt istud tēpus sit, gl. variāt in d. l. quod dicimus. & de re iu. l. in oī-

35 bus. & Insti. de inuti. stip. §. fi. vbi plenissime. Mihi † aūt videī ꝙ regulariter istud tēpus nō sit limitatū, sed sit in arbitrio iudicis: licet ex consuetudine statuatur à iudicibus decē dierū: vt Inst. eo. §. omnis. et §. de iud. l. si debitori. Sed in q̄busdam casibus tēpus istud est expressum: vt in cōstituto, vbi est tēpus decē dierū. l. vt promissor. Qd̄ aūt illud tp̄s sit miserationis cā īdultū, apparet, quia tribuitur exactiōi. Itē in actiōe iudicati, est tēpus quatuor mēsiū: vt d. l. si cū militi. in fi. de cōpē. Itē in actiōe de dote est tēpus anni: vt C. de rei vxo. act. §. exactio. Qd̄ aūt illud tēpus sit miserationis cā solutiōi indultū, patet: quia tribuitur exactiōi: vt §. exactio. Præterea, si talis dies impediret diē actiōis venire, iā impediret præscriptionē īchoari q̄ nō īchoatur, nisi aduenīēte die: vt l. cū notissimi. §. illud. C. de p̄scr. xxx. an. Sed in actiōe de dote incipit p̄scriptio statim finito mrimonio: vt C. de iure do. l. in rebus. in fi. ergo tale tēpus nō īpedit

36 diē actiōis venire, sed miserationis cā indulgeī. Dicetis † vos, qs est effectus, vtrū tp̄s insit obligatiōi, an miserationis cā indulgeaī solutioni? Rn̄deo, magnus ꝓpter multa. Primo ꝓpter cōpensationē: vt d. l. si cū militi. in fi. Secūdo propter duplicandas inducias, si aī tp̄s agaī. Nā habet locū solū, qn̄ dilatio est ex pacto, vel ex natura actiōis: vt Insti. de excep. §. hodie. sed in tpe indulto miserationis cā, secus puto: cū lex intra illud tp̄s pmittat agere, vt dixi: & statim dicā. Tertio ꝓpter inchoādū curium præscriptiōis: vt patet ex d. l. cū notissimi. §. illud. cōiūcta l. in rebus. in fi. C. de iur. do. Ex hoc patet ꝙ intra illud tp̄s miserationis cā īdultū pōt agi, licet nō exigi: alias non curreret præscriptio. Pro hoc: quia interdum pōt agi, & etiā exigi intra tempus: deducto tn̄ cōmodo medij tēporis: vt §. fol. ma. l. si cō-

a stāte §. quoties. Quarto ꝓpter regulā, dolo facis, quia petis, &c. Nā petēti aliquid qd̄ oporteat eū restituere post tp̄s, nō potest opponi exceptio, dolo facis: vt §. vt le. no. ca. l. fi §. pe. secundum nostros doct. Nā istud dictū est verū in eo qui debet restituere post tempus, qd̄ respicit obligationē, & sic impedit diem actionis venire: secus esset in tempore qd̄ miserationis gratia indulgetur: ar. eius quod. §. dictum est de cōpensatiōe. & est expressum. §. fol. ma. l. nupta. §. fi. et de cōdi. ob cau. l. si donaturus. in fi. quæ lex loquitur in viro petente, cui tempus indulgetur gratia miserationis, vt dixi. Ex quo patet ꝙ leges q̄ loquuntur in actione de dote, nil faciunt ad q. vtrū ante diē sit nata actio, de qua statim dicā. Sed cōtra prædicta vī §. re. amo. l. si mulier. §. rerū. et l. ob res. vbi vir agit ad res dotales ꝓpter interusurium medij temporis, nec ei obijcitur exceptio, dolo facis. Sol. illæ leges habent aliū intellectū, secūdū quem nō obstat. vel melius illud cōtingit propter delictum mulie-

37 ris. Item est videndum quando talis stipulatio † committatur quo ad moræ cōmissionē. Dic ꝙ requiritur ꝙ intelligat, vel intelligere debeat se debere. et sic interpellatus cōgruo loco, et tempore, et absque rōnabili cā recusat: vt §. si cer. pe. l. qd̄ te. de vsur. l. mora. §. eo. l. si ex legati cā. Fallit in casibus, in q̄bus mora re ipsa absque īterpellatiōe cōmittitur: vt plene no. ī d. l. mora. Dic vt ibi, & per Cy. in l. in minorum. C. in qui. cau. in inte-

38 resti. non est necesſ. Secundo principaliter q̄ritur, qn̄ cōmittatur stipulatio in diem. Ista quæstio habet plures dependētias. Nā quandoque stipulatio habet diem causa differendæ solutionis. Et ista quandoque est certa: qn̄ q̄ incerta. Quandoque habet diem cā multiplicandæ obligationis: quādoque cā limitandæ obligationis. De quolibet ergo est videdū. Primo ergo q̄ro, stipulatio, quæ habet diē certā cā differendæ solutiōis qn̄ cōmittatur quo ad obligationē, quo ad actionē, et quo ad morā. Circa hoc sunt opi. Nā gl. vbique tenēt ꝙ statim est nata obligatio, et actio, sed agenti obstat exceptio: sed p̄ euētum diei tollitur obstaculū exceptiōis: vt l. cedere diē. j. de ver. sig. qn̄. di. vsusfr. le. ce. l. j. in fi. no. §. si cer. pe. l. certi cōdictio. in princi. de pac. l. itē quia. et in multis alijs locis. Pet. et Cy. post eum dicunt, ꝙ ante diē est obligatio nata, nō actio: vt plene no. per Cy. C. vt actio. ad hæred. et contra hære. l. j. do. Bartholutius de Pratis disputauit, et tenuit se cū gl. do. And. de Pisis in quadā sua repetitione de l. si insulā. §. e. omnia re assumit, et tenet se simpliciter cum gl. qd̄ hæc recitare esset lōgum et fastidiosum. Mihi autē in ista quæstiōe videtur distinguēdū sic: Aut dies adijcitur post obligationē iā cōtractā, et actionē natā, puta per pactū: et tūc durat obligatio, & actio, licet obstet exceptio: vt Insti. de excep. §. temporales. Aut dies vna cū ipa dispōne ꝓducitur: et tūc aut dies adijcitur ab homine: aut iub intelligitur à lege. Si ab homine: et tūc aut in stipulatione deuenit aliquid, quod nō est trāsitorium ad hæredes: vt vsusfructus et vsus: et tunc ante diē non nascitur obligatio, nec actio vt §. quando di. vsusfr. le. ce. l. j. circa fi. Ratio: quia posset stipulator ante mori: et sic est dubium, vtrum stipulatio habeat effectū. Aut in stipulatione deuenit aliquid quod est trāsitorū ad hæredes: et tunc statim cōmittitur quo ad obligationem, et actionem: vt d. l. j. in fi. quando di. vsusfr. le. ce. §. mā. l. qui mādatum. de ver. sig. l. cedere diē. Et in hoc tantum bene dicunt no-

39 stri glossatores. Rō: quia tunc certum est in debitū iri. Sed o † casu, ꝙ quando sub intelligitur à lege: tunc aut subintelligit ex natura contractus, vel rei in stipulationem deductæ: aut ꝓpter aliquid intrinsecum accidens. Primo casu statim est nata obligatio, sed non actio, hoc probatur in tutore qui est obligatus pupillo ex quasi contractu tutelæ, vel stipulatione rē pupilli saluam fore. Nam est obligatus in diem finitæ tutelæ, q̄ dies est certa, licet ante posset finiri: et constat ꝙ ante obligatur, non tamen ante oritur actio, vt supra de tut. et ra. di. l. si tutor Reipublicæ. §. fi. et rem pu. sal. fo. l. iij. §. hanc stipulationē. qui tex. non potest cauillari. et doc. non allegāt. Hoc idē ꝓbatur, quando dies inest ex natura rei, vt §. eo. l. interdū. vbi est tex. nisi gl. destrueret. Facit §. e. l. si ita stipulatus essem abs te. Si vero dies subintelligitur à lege propter aliquid extrinsecum accidens: tunc statim oritur obligatio & actio, vt d. l. si tutor. in fi. et l. le. prout loquuntur de alijs actionibus quam tutelæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

telæ. Nec obstat prædictis quod dicitur de actione de dote, quæ oritur soluto matrimonio:& tamẽ habet diem à lege:qa ille est dies miserationis cã indultus,vt dixi ſ.in q.proxi. Rõ prædictorum est,qa cũ actio oriat̃ ex obligatione ex potesta te legis,non possunt contrahentes per adiectionem diei im pedire natiuitatẽ actionis,q̃ est à lege:arg.de ope.lib.l.cerdo nẽ.ideo orit̃ actio de stricto iure:sed de ęquitate obstat exceptio:sed ipsa lex bene potest impedire natiuitatẽ actionis.qd facit quando dies tacite subintelligitur:& per hoc reducũtur ad concordiam omnes allegationes hincinde per doc.factæ.

40 Si quæratur qñ†committatur quo ad moram:dico quod in casibus,in quib' ante diem est nata obligatio,mora commit titur per cursum diei appositæ,vt C.eo.l.magnã.de iure em phy.l.ij.Idem in die tacita:vt ſ.eo.l.ſi insulã.Sed in casibus,in quibus ante diẽ nõ est nata obligatio,dico,ꝙ mora non com mittitur per cursum diei appositæ,ne eodẽ tempore cõtrahat̃ obligatio & mora.quod lex non vult:vt l.quod dicimus.j.de sol.& dicam statim circa obligationen conditionalẽ.Ex hoc apparet effectus inuestigationis præmissæ.est etiã alius effectus , quia si quis ageret ante diem,nec à reo opponeret̃ exceptio,eo casu quo ante diẽ est nata obligatio,& actio , reus succumberet,qa nõ opposuit exceptionẽ.si eo casu quo non esset nata actio,etiam reo non opponente absolueret̃ , quia actor sine actione experitur.& isti sunt effectus manifesti.

41 †Secundo iuxta hoc quæro,quãdo committat̃ stipulatio q̃ habet diẽ incertam? Respondeo,aut dies est omnino incer ta,ſ.an & quando:& tunc habetur pro conditione.vt ſ.eo.l. stipulatio ista.§.incertam.Si vero est dies incerta qñ,sed certa an,vt dies mortis:tunc videt̃ quod statim nata sit obligatio & actio:quia certum est in debitum iri:vt ſ.diximus de die certa.Et hoc videtur tenere glo.C.vt actio.ab hæredi.& contra hære.l.j.& ibi Azo in summa.& Inst.de inu.sti.§.post mortem.In contrarium,ꝙ ante diem non sit nata obligatio, nec actio,tenet gl.j.de reg.iur.l.in omnib'.Et hoc tenet Dy. j.de noua.l.ſi pupillus.§.qui sub conditione.& hoc puto ve rum per d.l.j.C.vt actio.ab hære.& contra hære.vbi est casus nisi tex.destruat̃.Glo.contrarias puto falsas.Dices tu, Modo cum certum sit indebitum iri:debet haberi pro pura,sicut in legatis:vt ſ.de condi.& demon.l.hæres meus.Sol.Habet̃ ꝙ pura quo ad transmissionem in casu d.l.hæres meus.Itẽ quo ad hoc vt solutum non possit repeti:vt ſ.de condi.inde.l.nã & si cum.nõ autem quantum ad hoc vt ante diẽ nascatur obli

42 gatio,& actio.†Et est ratio inter diem certam , & incertam, quia in die incerta quid sit in obligatione est incertum:quia incertũ sit quantum est interusurium medij temporis:& ideo ante diem non nascitur obligatio,nec actio,sicut in fructib', & partu Arethusæ:vt ſ.de condi.& demonstra.l.j.in fi.no.ſ. de pac.l.item quia.sed quando dies est certa,interusurium est certum.Possetis dicere,ꝙ etiam in die incerta interusuriũ est certum,per l.hæreditatum.ad l.Fal.sed si gl.d.l.bene conside

43 ras,non est contra.†Ex predictis patet:quod per cursum diei incertæ non constituitur quis in mora,nec eodẽ tẽpore obli

44 gatur & constituatur in mora:vt ſ.dixi,& j.dicã.†Tertio est videndum,quando obligatio habet diem causa multiplicandæ obligationis,seu præstationis,qñ nascatur obligatio,& actio:exemplum in obligatione annua.In hoc dic ꝙ est differentia inter contractus,& legata.Nã in contractibus statim est nata obligatio,& actio pro toto tempore:vt ſ.eo.l.ſi Stichum.§.j.ſ.de dona.cau.mor.l.senatus §.fi.Itẽ pro debito primi temporis põt statim agi quo ad effectum exactionis:sed pro tempore futuro statim nõ põt agi quo ad effectum exactionis,sed condemnationis,secundum ea quæ notã.C.de fideicommiſ.l.j.facit quod no.per Dy.ſ.eo.l.qui hoc anno.& ꝑ Cy.qñ dies le.ce.l.j.in legatis vero pro primo anno statim est nata obligatio,& actio,pro sequentibus non est nata obliga tio,nec actio,sed est conditionalis:vt ſ.de an le.l.ſi in singulos & l.in singulos.& qñ di.le.ce.l cũ in annos.licet tñ pro futuris non sit obligatio:tamen propter obligationem primi anni lex permitrit ꝙ statim agatur pro omnibus annis,vt sequa tur sententia:non vt exigat̃:vt d.l.j.C.de fideicom.licet qui

45 dam contra ꝙ dic vt ibi no.†Et est videndũ,vtrũ cursus diei appositæ cã multiplicandæ obligationis,cõstituat quẽ in mora. Respon.in contractibus certum est quod sic:vt C.de iure emphy.l.ij.in vltimis voluntatibus dico quod non,ne eodem tempore nascatur obligatio & mora:vt ſ.dixi. Præterea hoc probatur per l.j.ſ.de pe.leg.sic inducendo. Vbi est pœna & dies,cuius concursus constituit quẽ in mora,non admittit̃ mo ræ purgatio:vt ſ.ti.proxi.l.traiectitiæ §.de illo.no.per Dyñ. ſ.eo.l.ſi insulã.sed in l.j.ſ.de penu lega.fuit pœna & dies cau sa multiplicandæ obligationis:& tamen potest mora purgari vsq; ad lit.conte.ergo concursus dicti diei constituit quem in mora:quia tunc nõ posset purgari.Fuit ergo ibi in mora alio modo contracta,ſ.per interpellationẽ,& ideo admittitur pur

46 gatio.†Quarto est videndum quando stipulatio habet diem causa limitandæ obligationis,quando nascitur obligatio & actio. Respondeo,statim est nata obligatio & actio : & põt agi intra diem quo ad effectum exactionis,& cursus prædicti diei non constituit quem in mora:sed parat reo exceptionem:vt vltra id tempus non teneat̃.ſ.ti.j.l.obligationũ fere. §.j.ſ.man.l.ſi fideiussor.§.fi.ſ.de dam.infec.l.damni infecti.§. Sabini.& ibi no.per Dy.in solutione contrarij de l.in illa.

47 †Tertio principaliter quæro,quid in stipulatiõe simplici cõditionali,quãdo committatur. Ista q.habet multas dependen tias. Nã quædã est conditio necessaria:quædam impossibilis quædam contingens.Item qñq; stipulatio habet conditionẽ. & diem mixtum.de qualibet est videndum. Primo de stipulatione quæ habet conditionem necessariã.In hac dico ꝙ quę dam est conditio necessaria de præsenti,quæ nullũ habet tractum de futuro.& si quidem est necessaria necessitate facti:vt si cęlum non tetigeris,habetur pro pura:vt ſ.eo.l.impossibilis.ij.rñso.& l.in illa.in fi.Si vero est necessaria necessitate iuris:vt si Stichum non occidero,dabis decem. Ista enim est ne cessaria de iure,cum eius contraria sit impossibilis:& tunc stipulatio non valet:vt ſ.de pac.l.iuris gentium.§.ſi ob maleficium. Alia est conditio necessaria,quæ habet dependentiam de futuro:vt si moriar promitto centum.& in hac videt̃ dicere Pet.aut apponitur per dictionẽ cum,& spectatur euẽtus. Aut per dictionẽ si:& tunc nullã habet suspensionẽ,sed habe tur pro pura:vt l.ſi pupillus.§.qui sub conditione.j.de nouat. Rõ istorum est,quia cum denotat principaliter tempus.ſi ve ro principaliter denotat conditionem:vt ſ.quando dies lega. ce.l.ſi Titio. Ita tenet Cy.C.de hær.insti.l.extraneum.& hoc videtur tenere gl.C.de fidecom.l.post mortẽ.in ij.gl.Istud re puto falsissimum & contra casum l.quodcunq;.§.pe.ſ.eod.& de condi.& demon.l.quibus diebus.§.quidã Titio.vbi appo nitur per dictionẽ si,& habet suspensionẽ.Dico ergo siue per si,siue per cum,idẽ quod dixi ſ.in obligatione quæ habet diẽ

48 incertã.Secundo est videndum de conditione impossibili†. Respondeo,vitiat obligationem:vt ſ.eo.l.impossibilis.licet secus in legatis.ꝙ dic vt no.per Dy.in c.nemo põt.de reg.iur. li.vj.& per Cy.C.de insti.& substi.l.j.& C.de his quę pœ.no.

49 l.j.†Tertio est videndum de conditione possibili,seu cõtingẽti:q̃ se habet ad esse & nõ esse.& in hoc casu oẽs concordãt, ꝙ ante conditionis euentum non est nata obligatio,nec actio vt l.cedere diẽ.de ver.ſi.Idẽ in conditione tacita:vt no.in d.l.

50 itẽ quia.de pac.†Sed dubitatur vtrum euentus cõditionis cõstituat quem in mora.Gul.de hoc disputat in l.qd̃ te.ſ.ſi certũ pet.Cy.C.in qui.cau.in integ.resti.non est necesſ.l.in minorũ in vj.q.& omnes tenent,ꝙ non constituatur qs in mora,ꝑ illã rationẽ præcipue,ne obligeat̃ & constituatur in mora eodẽ tempore,contra l.qd̃ dicimus.j.de sol.Dic ergo vt dicti doct.

51 notant. †Quarto,circa prędicta est videndum , quid est in dispositione quæ habet conditionẽ,& diẽ,& qñ cõmittat̃. Et certum est ꝙ donec pendet conditio,non est nata obliga tio nec actio,vt ſ.dixi.Itẽ certum est,ꝙ si conditio extitit,sed dies superest,ꝙ est nata obligatio,& actio:vt ſ.eo.l.cum stipu latus sim.circa prin.Sed an ante diem possit agi sine obstaculo exceptionis,dubitatur.Et de hoc sunt multæ opinio.in sol. contrarij l.in illa.& l.hoc iure.ſ.eo.Dy.tenet ibi opi.Ioã.quã puto veram,& videtur probari per ca.commissa.de elec.li.vj. licet Pe.aliter dicat:tamen quia per hoc non habet̃ plena notitia:ideo circa hoc distingue plene,tã in contractibus,quam in vltimis voluntatibus. Aut loquimur in his quæ recipiunt diem,vt stipulationes & legata,& similia : aut in his quæ diẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

non recipiũt, vt hæreditas. Primo casu, aut dies adijcitur dispositioni, aut conditioni. si dispositioni, regulariter expectatur dies: vt §. de condi. & demon. l. si ita legatum sit Titio. & l. cũ tale. §. Mæuiæ. ij. responso. eo. ti. & fallit in casu d. §. Mæuiæ. j. respon. & quæ sit ratio ibi no. Si vero dies apponitur cõditioi tũc aut cõditio pẽdet ex facto debitoris, seu promissoris: et expectatur dies: vt d. l. in illa. §. eo. & c. cõmissa. & sic intelligitur §. si quis cautio. l. si eũ. §. j. Nã q promittit hoĩem iudicio sisti, p mittit, se curaturũ, & c. vt §. eo. l. quoties quis. et si promittit factũ suũ. Aut cõditio pendet ex facto alterius, vel viribus fortunæ: & tunc aut fuit adiecta dictio extremitatis tẽporis, significatiua: & expectatur dies: vt supra de cõdi. & demõ. l. iiij. §. j. Aut nõ fuit adiecta: et tũc dies nõ expectatur: vt supra. e. l. hoc iure. Secundo casu principaliter, qñ loquimur in his, quæ diẽ nõ recipiunt, vt hæreditas: tunc aut existẽte cõditione remanet dies simpliciter: & nõ expectatur: vt supra de acqui. hær. l. si quis hæres. no. supra de cõd. inst. l. ij. Aut nõ remanet dies simpliciter, sed cum aliquo facto: vt puta perseuerãtia in societate: & tunc etiã dies expectatur: vt supra de cõd. inst. l. iiij. in princi. & ibi no. Ratio, quia tũc videtur esse conditio. Ex his possunt solui multæ quæstiones de facto. †Quarto principaliter quæritur, quid in stipulatione nõ simplici, sed pœnali quæ incipit à præcedẽti cõditione. Gl. in l. et si post tres. supra si quis cau. facit regulam, et quatuor exceptiões. Regula est q̃ tunc cõmittitur, quãdo desijt posse dari, vel facere illud quod deuenit in conditione: vt in hac lege. et istud dictũ nõ est generale. Nã solummodo loquitur quando pręcessit cõditio negatiua in nõ dando, vel non faciendo. Sed quid si præcessit cõditio affirmatiua: vt si Titiũ emãcipet, vel exhæredet, tunc cõmittitur, cũ factũ vel datũ fuerit quod in cõditione deuenit: & sic cũ extiterit cõditio: vt j. e. l. quidã cũ filiũ. Præcedit gl. & dicit quod istud fallit rõne ꝓplexitatis: vt supra. eo. l. si Titius. Istud qualiter dẽat intelligi, dic vt dixi. §. in iij. op. quintæ particulæ. Itẽ fallit, dicit gl. j. de fideiu. l. fideiussor obligari. §. fi. & ĩ hoc bene dicit, vt dixi supra in ij. op. quintæ particulæ. Itẽ fallit, dicit gl. rõne vltimæ voluntatis: vt ad leg. Fal. l. j. §. item si ta. Circa hoc sunt multæ opi. qd declara vt in prima opp. vltimæ particulæ. Itẽ fallit dicit gl. fauore libertatis: vt l. libertas. §. j. §. de manu. test. Alij aliter dicũt qd declaratur per ea q̃ supra dixi in prima op. quintæ particulæ. Itẽ fallit extra gl. si in cõditione esset adiecta dies, tunc præterea posset agi, vt supra. e. l. l. quicquid adstringẽdæ. in fine. Item fallit si hoc esset actũ, vt vtrunque posset peti, tunc enim nulla esset differẽtia, vtrũ incipiat à præcedẽti conditiõe, vel vtrũ à pręcedenti pactiõe: vt hac leg. vlt. responso. secũdũ lect. domini Oldr. quã supra posui. Ex his apparet dicta qõ declarata. †Quinto principaliter quæritur, quid qñ pœnalis stipulatio incipit à præcedenti pactione nuda. Hunc articulũ plenissime examinaui supra ꝓximę in sexta op. quintæ particulæ. dic vt ibi dixi. † Sexto principaliter q̃ritur, quid in stipulatione pœnali, quæ incipit à p̃cedenti pactione vestita. Gl. in l. et si post tres. respõdet q̃ tũc cõmittit cũ facere vel dare, potuit et nõ fecit, vt hac lege. Tu vero distingue, aut dies dãdi vel faciendi erat collata in potestatẽ ꝓmissoris, et tũc cõmittitur, cũ dare, vel facere posse desijt: sicut quando incipit à p̃cedẽti cõditione: vt hac lege, ver. quod si ab initio, secũdũ verã lec. Aut nõ fuit collata in ꝓmissoris potestate, sed simpliciter ꝓmisit: & tũc ꝓcedit dictũ glo. quia tunc cõmittitur, cũ dare vel facere potuit, & nõ fecit: vt hac lege, ver. sic itaque. Sed circa hoc dubitatur, an hoc solum sufficiat q̃ poterat dare vel facere, et nõ fecit: an requirat̃ iterpellatio? Gl. circa hoc in lege videtur sibi cõtradicere. Nã in prima gl. huius legis tenet q̃ requiratur interpellatio. postea ĩ ver. Sabinus. videtur tenere q̃ nõ requiratur interpellatio. Et q̃ istud vltimum sit verũ, probatur ꝑ hãc legẽ. quæ indistincte loquitur. Præterea, qui certus est, certiorari non debet: vt l. j. in fi. de act. emp. l. in contrariũ videtur casus. j. de fideiu. l. fideiussor obligari. §. fi. Sed posses respondere, q̃ ibi loquitur de diuersis personis. Item videtur casus §. quando dies leg. ced. l. si penũ. Sed posses respõdere, q̃ ibi præcessit debitum ex dispositione defuncti, quã potes ignorare. Item videtur casus §. de col. bono. l. si quis filiũ. §. stipulatio. Sed posses rndere, q̃ ibi erat stipulatio simplex: nec erat adiecta pœnalis. Sed quicquid dicatur, veritas est, q̃ requititur interpellatio. Sicut em̃ ad cõstitutionẽ moræ quo ad periculũ interitus regritur interpellatio: vt §. e. l. si ex legati causa. et quo ad cõmissionem moræ: vt d. l. si quis filiũ. §. stipulatio. ita quo ad cõmissionẽ pœnę. Et ita tenet Dy. qd puto verissimum, ꝑ d. l. si penũ. §. qñ dies leg. ced. Nec est bona rnsio supra scripta: quia nõ põt probabiliter ignorare ea q̃ dependent ex testamento: ar. §. de trãsact. l. de his. & qd no. de lib. l. cũ hæres. †Itẽ circa prædicta dubitatur, vtrũ ante pœnalẽ stipulationem cõmissam possit agi ad id quod deuenit in prima vestita. In hoc aduerte, aut per cõmissionẽ pœnalis nõ sperat̃ nouari prima: et tũc nõ est dubiũ q̃ possit agi. Sed quãdo speratur nouari: tũc ꝓcedit qõ. & de hoc sunt gl. contrariæ. Nã in l. obligationũ fere. §. fi. tenet, q̃ ĩterim posset agi. Idẽ tenet supra pro socio. l. duo societatẽ. ĩ gl. super ver. posse. Cõtrariũ tenet supra ad l. Fal. l. j. §. itẽ si ita. et videtur casus. §. de pe. le. l. j. et quãdo dies leg. ce. l. cũ sme. & l. si penũ. & hanc partẽ tenẽt Dy. et Iac. de Are. per talẽ rõnẽ: Iura volũt lit. cõtestari sup eo, sup quo põt pueneri ad sentẽtiã: sed super eo qd deuenit in prima promissiõe, nõ põt ad sniam p ueniri: cũ ipsa lit. cõtest. cõmitteret̃ pœnalis, et fieret nouatio primæ: nõ ergo debet admitti ꝓpositio illius actiõis, q̃ ꝓposita non releuat: ar. l. hæc stipulatio. §. diuus. vt leg. no. ca. do. Oldr. reducit prædicta ad cõcordã sic: Petitio eius qd deuenit in principali, põt cõsiderari tribus modis. Vno modo quo ad effectũ exactionis: et isto modo nõ est in petitione. Sic intelligitur qd no. in l. j. §. itẽ si ita. et l. j. de pe. leg. cũ si. Secũdo mõ potest considerari quãtũ ad transfusionẽ seu quasi nouationẽ inducẽdã. Tertio modo quo ad purgationẽ moræ impediendã. Et istis duobus modis bene est in petitiõe. Ita loquitur gloss. in d. l. obligationũ fere. §. fi. do Ray. dicit plus, videlicet q̃ cũ in electione rei est qd velit soluere: vt l. si qñ. §. hæres. de leg. j. q̃ si aliqs agit ad id qd deuenit in prima, & reus tacet, nec soluit pœnã, q̃ tunc optime ꝓcedit cõdẽnatio ad id, qd deuenit in petitione. Nã cũ reus eligendo pœnã potuisset sortis petitionẽ eligere, et non fecit, imputet sibi. Ego dico, aut pœnalis stipulatio sequens nouat primã ope exceptiõis: et tũc ꝓcedit dictũ Ray. Nã si reus promisit opponere exceptionẽ, imputet sibi quia sequitur cõdẽnatio: vt §. mãda. l. si fideiussor. Nec enim põt post sentẽtiã talẽ exceptionẽ opponere, nisi in casibus notatis. C. de iu. et fact. ign. l. j. Aut stipulatio sequẽs nouat primã ipso iure: & tũc bene dicit & Old. Nã in quacunque parte iudicij perimatur ius actoris, sequitur absolutio ab instãtia: vt Inst. de perpe. et temp. act. §. fi. etiã si reus nihil dicat. Nã cum iudex videt actorẽ nõ hẽre actionẽ, debet eũ repellere: vt no. C. de trãsactio. l. vbi pactũ: & hoc de primo effectu, s. exactionis. de secũdo vero effectu, s. quasi nouatiõis, seu transfusionis, credo Oldra, bene dicere. Nã alicui permittitur agere vt possit esse certus de actione cõpetitura sibi: vt j. rẽ ratã hab. l. si indebitum. de act. emp. l. Iulianus. §. si quis colludẽte. Circa tertium effectum, s. quantum ad impediendũ purgationem moræ, non videtur mihi bene dictum quod dicit Old. Nã tunc per lit. contesta. impeditur purgatio moræ, quãdo post lit. cõtest. non offert̃ id quod petitur, vt puta, peto interesse: & post lit. conte. offers factũ, nõ potes: vt l. si insulã. vel peto penũ, & post lit. conte. offers penum: nõ potes: vt l. j. de penu leg. cũ si. sed si peto penũ vel factum, etiã post lit. contest. põt mihi solui quod peto vsque ad sententiã: et absoluetur reus soluẽs: vt d. §. fi. Insti. de perpe. & tempo. act. In quo aũt præiudicet reo litis cõtestatio isto casu vltimo, examinaui vobis hoc anno in l. si insulam. vnde hic non repeto.

1 *Priuatio non sequitur, nisi habitus præcedat, quando hoc fit. nu. 6.*

2 *Fideiussor potest conuenirі non excusso principali, quando certum est à principio principalem non esse soluendo.*
Fideiussor Tyranni conuenitur, non excusso principali.

3 *Notorium q̃ quis non sit soluendo probatur per librum æstimi.*

4 *Citatio requiritur in excussione bonorum principalis uel pronunciatione iudicis, qua pronunciatur deuenirі debere ad tertios possessores uel fideiussores, & sufficit generalis.*

5 *Excipiens contra aliquem q̃ erat excommunicatus, & ipse dixit se absolutum: an ex hoc dicatur eius intentio fundata. & nu. 7.*

6 *Pupillus non potest exceptionem liberationis acceptare ad probandum debitum: & postea dicere liberationem nullam: quia facta à pupillo.*

Decem

Universidad de Deusto Biblioteca

DEcem ſtipulatus.

1 †Non ſequitur priuatio,niſi præ-
cedat habitꝰ.h.d. Op.dicit̃ in prin.iudica-
tum,& c.contra in ver.Paul.dic ſecundũ
vnũ modũ legendi ꝙ notat,i.approbat.
vel,i.corrigit:vt in gl.Op.de l.fin.ſi certũ
pe.Gl.dicit,ꝙ verũ eſt,ſi certũ eſt,eũ non
eſſe ſoluẽdo.& vide iſtã gl.& no.ea quæ
2 incipit ſi dubitet̃.†No.ꝙ illud ꝙ dicitur
ꝙ prius debet excuti reus principalis,po-
ſtea fideiuſſor:ẽ verũ,qñ certũ nõ eſt à
principio principalem non eſſe ſoluẽdo:
a ſecus ſi certũ oĩno[a].Et habui in Marchia
iſtam q. Quidã fuerat fideiuſſor Tyrãni,
qui non poterat conueniri,cũ erat rebel-
lis eccleſiæ manifeſtus:& ideo dixi ante
excuſsionẽ ipſius poſſe deueniri ad fide-
3 iuſſorẽ.Sed qualiter fiat†notoriũ iudici:
& dic,ꝙ in ciuitatibus,in qbꝰ eſt æſtimũ
cõe,tunc eſt facile:quia monſtrabo libros
ꝙ tñ apparet eũ habere in bonis.ſi alius
quĩ cõuenit̃ vult dicere ꝙ ſit plus in bõis
ipſe probet:vt no.gl. in l.cũ de lege.ſ.de
4 proba.†Quære,an in excuſsione, & in
ꝓnũciatione,qua ꝓnunciat̃ deueniri ad
poſſeſſores,vel fideiuſſores,debeãt cita-
ri fideiuſſores,& poſſeſſores.Iac.de Are.
dicit ꝙ ſic:arg.C.ſi ꝓpter pub.pen.l.ij.&
de reb.eo.l.magis puto.§.nõ paſsim.Iaco.
but.videbat̃ tenere ꝙ nõ:queãdmodum
legatarij nõ citant̃:qñ pronunciatur teſta
mentũ inofficioſum:vt l.Papinianus.§.ſi
ex cã. ſ.de inoffi.teſt.Allego gl.in contra
riũ in l.cum miles.§.j.ſ.ex quib.cau.ma.&
illam tene menti.Sed aduerte:qa in pro-
poſito puto ꝙ ſufficiat citatio generalis
per tubam,ſ.quicunq; vult defendere ta-
lem,& c.vt moris eſt:arg.aut.ſi oẽs.C.ſi vt
ab hære.ſe abſti.& de remiſ.pig.l.ſi eo tẽ-
b pore[b].†Excepi contra aliquẽ:[c]& dixi ꝙ
5 erat excõicatus,& ipſe dixit,ſum abſolu-
c tus,an intentio mea ſit probata,ſi nõ pro
to ꝙ de iure antiquo nil sit immutatū: vt dicit ī. eo. l. reos. in princ. vñ p aut. hoc ita. C. eo. solū in modo exigēdi est immutatū non in modo cōstituendi. Tertio quæro,
9 †quid in pluribus reis credendi? Rñdeo per ius aut. in eis nil immutatum reperit. & hoc tenet gl. in aut. eo. circa fi. Quarto
10 quæro, †vtrū in his casib⁹, vbi plures rei conueniuntur insolidū, simul vno, vel diuersis libellis sit aliquid immutatū. Breuiter dico ꝙ sic. Nā olim nō reperiebat̄ phibitū, licet processus simul inchoatus esset contra vnū
a procedere: & contra aliū supersedere, imo permissum: vt ī. de iud. l. non idcirco. hodie vero debet ad partis petitionē cōiter negotiū examinari & cōmuniter terminari: vt C. eod. aut. hoc ita. & in corpore vñ sumitur. & puto ꝙ si aliter fieret sñia p appellationē rescinderet: arg. ī. quæ sen. sine ap. re. l. j. in fin. & sic est immutatū in modo procedendi. Secūdo olim poterāt per sententiā plures rei insolidum cōdēnari: & p cōsequēs poterat fieri executio cōtra quēlibet insolidū: hodie vero posito ꝙ sic essent insolidū cōdēnati: tñ tēpore executionis fieret excussio facultatū vtriusq;: & si vterq; esset soluendo, fieret executio p pte: vel si alter p sua parte non esset soluēdo, fieret cōtra aliū. Et hoc vult dicere tex. in corpore vñ sumit̄. vbi substātiæ eorū qualitas examina-
b bitur. ꝙ est post sñiam, b vt patet ibi ordi-
11 ne literæ. Dices tu †, ergo bñficium diuisionis pōt opponi post sñiam, contra l. si fideiussor. in fi. C. de fideius. & contra id ꝙ no. per Dy. ī. de fideius. l. si dubitet̄. & per Cy. in d. l. fideiussor. & l. excep. in vl. q. C. de proba. Dico, ꝙ in casu isto vbi plures conueniuntur simul, hoc acto, ꝙ vna solutio sufficiat: est verū quod ego dixi: nec est tūc necesse ꝙ talis exceptio opponat̄ qa hic de diuisiōe faciēda ꝑut qsq; soluēdo est, videt̄ agi tā ab actore q̄ a reo, & lex sic disponit. Sed qñ fit cōuētio simpliciter insolidū, imputet sibi, qui exceptionē nō opponit. In hoc ergo est aduertendū, ꝙ si actor vult cōuenire aliquē ex duobus reis separatim: est loc⁹ bñficio diuisionis pēdēte ꝑcessu: vt ī aut. eo. §. j. Aut vult cōuenire eos cōiter, licet insolidū: & tūc nō est loc⁹ bñficio diuisiōis. pēdēte processu. sed eo finito tpe executionis: vt in aut.
12 eo. §. penul. Quintò q̄ro, †qd in plurib⁹ reis credēdi? Certè nihil in his reperit immutatū nec in modo cōstituēdi: nec in modo exigendi. Ita no. in aut. eo. §. si ī vlt. gl. in eo quod dicit l. ex duob⁹. ī. e. nō esse cor-
13 rectā. Sed circa hoc †q̄ro, an vnus ex reis credēdi possit facere aliū procuratorē. Gl. dicit ꝙ nō: vt l. licet. §. porro. ī. de procu. Cōtra puto: qa vnus pōt agere noīe alteri⁹: vt ī. de sol. l. si duo rei. & gl. cōtraria alleg. nō fundat se bona lege, si bñ aduerta-
14 tur. Sexto q̄ro, †dixi bñficiū diuisiōis habere locū inter correos, si ambo sunt soluēdo: q̄ro cui incūbit onus probādi, vel actori vnū soluēdo nō esse vel reo opponēti illū soluēdo esse. Breuiter nō īsisto in alle. Est quoddā bñficiū diuisiōis de iure antiquo, ex epistola diui Adriani, qđ cōpetit fideiussorib⁹: vt Instit. de fideius. §. si plures. & C. de cōsti. pe. l. si. de fideiu. l. ij. & l. fideius. cū si. & istorū exēplo bñficiū diuisionis habēt tutores, curatores, & si. vt dicit tex. de tute. & ra. distra. l. j. §. nūc tractemus. in prin. & in isto bñficio diuisionis est aduertēdū: quia si quidē soluēdo sunt oēs, & hoc cōstat, cōpetit bñficiū diuisionis. Si cōstat ꝙ nō sunt soluēdo, cessat ta-
c le bñficiū: vt dictis legibus. Si dubitat̄, c tūc q petit diuisionē audit̄ si velit aliū cōueniri suo periculo, & de hoc satisdet: vt ī. de fideius. l. si dubitet̄. & sic videt̄, ꝙ ille q petit diuisionē, debet ostēdere aliū esse soluēdo, vel grauat̄ illa satisdatione. Est aliud bñficiū diuisionis, qđ venit ex hac cōstitutione noua de duobus reis: & in hoc videtur ꝙ in casu dubij reus nō possit cōueniri nisi pro parte: vt in aut. eo. §. j.
d & ibi gl. d super verbo, interim. Et sic videtur ꝙ onus sit creditori, ꝙ nō possit agere cōtra vnū insolidū, nisi facta excussione, si alius reperiat̄ nō soluēdo. Ratio de reo est: quia vident̄ inuicē fideiubere: & ideo vnus nō debet cōueniri pro parte alteri⁹, nisi alio discusso: vt. C. de fide. aut. præsente. Quod autē ad exēplū illi⁹ bñficij cōcessi fideiussorib⁹, hoc sit cōcessum duob⁹ reis, apparet ex aut. eo. in pri. qualiter intelligant̄ inuicē fideiubere. ī. di-
15 cā. †Septimò quæro, e pone ꝙ ad vnum
e ex correis peruenit tota quātitas, vtrum posset petere ꝙ ille prius excutiat̄? Rñdeo, si qdē hoc fuit actū ab initio cū creditore, vt ad vnū tantū perueniret pecunia & alius esset fideiussor, verumtñ obligaret se principaliter vt correus: tūc sine dubio hoc posset petere, per tit. in aut. de fideiussorib. §. j. & C. de fideiussorib. aut. præsente. Si verò hoc nō fuit actū cū creditore, sed tñ inter eos: tūc videt̄ prima facie, ꝙ factū eorū creditori nō præiudicet: vt in aut. eo. §. si verò min⁹ idonei ibi: nullū, &c. Finaliter dico ꝙ si alter corre⁹ ostēdit hoc, s. pecuniā ad aliū peruenisse, sed negotiū ad aliū totaliter pertinere: & ideo petit aliū primò discuti ipsi⁹ pericu-
f lo: ꝙ actor cogitur hoc facere: f vt l. vnde quærit̄. in prin. ī. cōmo. & ibi est casus, prout est in litera, conueniri. Pro hoc facit quod dicit̄. ꝙ tutor qui gerit, prius conueniendus est, quā qui nō gerit: quia ad eū negotiū principaliter spectat. Sed contra prædicta facit: quia qñ vnus tenet̄ alio excusso, nō sunt correi: vt l. decē. ī. ti. j. Sed illud verū si ipsa obligatio in illa cōditione differt̄: hic verò obligatio est p̄sens, & excussio est dilata.
g Itē facit cōtra. ī. de cura. bo. dā. l. ij. in fi. Sed dico ꝙ g illa debet intelligi scđm istā determinationē, s. nisi ali⁹, ad quē pricipalr nō spectat, petat aliū cōueniri suo periculo: arg. d. l. vñ q̄rit̄. ī.
16 cōmoda. Octauò q̄ro, †dixi ꝙ ad hoc vt istud bñficiū locū habeat, s. diuisionis, requiritur ꝙ oēs sint præsentes. quæro qua-
h liter debeat intelligi: & qualiter constare debeat de p̄sentia, h vel absentia. Aduertatis: vt ego dixi ī. istud bñficiū diuisiōis est introductū ad exemplū beneficij. quod per aut. datur fideiussoribus. gl. in aut. de fideius. §. j. intelligit præsentes, si sunt in eodē territorio, ita ꝙ facilè possint citari. Et aduerte ꝙ glo. ibi intelligit in eodē territorio, s. eiusdē ciuitatis. Sec⁹ si essent eiusdē prouinciæ, & sub eodem præside diuersarū ciuitatum: & ibi patet quod doct. tenēt: & tex. videt̄ exprimere ibi dum dicit, acerbum est creditorē mittere alicubi, &c. sed eo casu cū sint eiusdem territorij, puto ꝙ ad hoc vt cōtra vnū tñ posset procedi, debet præcedere solēnis excussio de psona, sicut di-
i ctū est de reb⁹, s. vt citet̄: & si nō venerit, mittat̄ familia i ad capiendū & ducendū eum: & si retulerit ipsum non posse haberi, tunc procedetur contra vnum tantū. Ita videtur colligi ex aut. eo. §. penul. Et hæc discussio circa personam probatur de

a ¶Cōtra vnum. Et per Ang. & Imol. in l. reos. ī. eo.

b ¶Quod est post sententiam. Idem tenet Pau. de Cast. hic & Bart. in l. reos. ī. eo. licet Ange. ibi hic, & vide Imo. ī l. Paulus. la ij. de re iudi. §. fina. in fin. & quod ibi Barto. & Imol. in l. reos. ī. eo.

c ¶Si dubitatur. Adde Bar. in proxi. q. & in l. si vt certo. §. fin. ī. cōmo. & quod ibi dixi. & not. Bar. in l. ij. §. fin. ī. de cura. bo. dā. & vide in proxi. q.

d ¶Et ibi glo. no. Vide p Ang. & Imol. in l. reos. ī. eo. in pri. Ang. in aut. de duo. reis. in pri. tenet idē quod Bar. & hic, & idē Bart. in l. si dubitetur ī. de fideiuss. & sequitur ibi Pau. de Cast. cōtra Ang.

e ¶Septimo quæro. Vide Bar. in l. si vt certo. §. si duobus. ī. cōmo. & quod dixi in l. hi qui. in fi. de fideius. Quid econtra, si pecunia huius rei credendi tantum sit mutuata, vide Bart. in l. frater. in xij. col. de cōdi. inde. Et istis adde casum notabilem iunctis ibi notatis in l. si non singu. li. si cer. peta.

f ¶Ibi, & eisdem verbis non sunt. Faciūt ad q. si pater & filius confessi sunt in instrumentis dotis se recepisse dotem, & promittūt illā restituere: an quilibet teneatur insolidū, vel pro parte? De quo per Bal. & Ang. in l. si cū dotē. §. trāsgrediamur. ī. sol. ma. & bñ facit tex. nota. & quod ibi Bar. in l. fi. C. de do. cau. nō nu. Et videtur quilibet pro dimidia teneri. l. reos. §. cū in tabulis. ī. eo. Et hoc clarū de rigore: sed de æquitate dicebat Cy. ꝙ si pater gubernabat a filio, p̄sumitur totū puenisse ad filiū: & ideo solus filius debebit teneri. secus econtrario, si filius gubernabat a patre: qa tūc pater tenet̄ insolidū, & p̄sumit̄ pecuniā puenisse ad ipm. Bal. tñ dicit hanc æquitatē succūbere rigori scripto, per no. in l. j. C. de legi. & in l. prospexit. ff. qui & a qui. sed secundum Imo. potest concludi secure, ꝙ quilibet tenetur pro parte. d. §. cum in tabulis. tñ si quæritur ad quem pecuniam peruenisse presumo: forte stādum erit distinctioni Cy. vide Bald. in d. l. final. C. de dot, cau. nō nu. Imo. ī d. l. si cū dote. Ad prędicta facit, quod not. Bal. in l. si cōstante. in §. quoties. sol. ma. melius faciūt no. ī l. j. ī ij. col. C. de duob. reis. cū cōcor. & vide Imo. ī. e. in l. reos. in pri. in antepe. col. ī ver. vl. Adde tex. no. cū gl. in l. sed Iulianus. §. ne si duos. ī. ad Macedo.

f ¶Cogit hoc facere. Adde Bart. cōtra in proxi. q. & qđ ibi dixi, & probat̄ in l. cū in plures. §. vestimēta. ī. locati. adde pulchre Ro. cons. cxiij. circa hāc vlt. q. Bar.

POMATES.

g ¶Sed dico ꝙ. Vide pōderata ista verba p Are. cō. xxix. col. iiij. & cō. lxvj. col. v.

h ¶De præsentia. Qñ quis dicat̄ præsens ī alia materia: vide ꝙ no. Bal. in l. testū. de alimē. leg. & quę ibi dixi. & quo ad qōnē Bar. hic adde qđ no. Bal. C. e. in auth. hoc ita. ibi: in eodem territorio. Et cōsiar to. trāsit do. Ant. in cap. ij. de fideius. eo. ibi: vt cōtra vnū bñ posit. adde id quod no. Bar. in l. iiij. §. prætor. de dā. infec. Adde, qñ qs dicat̄ p̄sens Bal. cōs. clxxij. lib. iij. Et ꝙ absens dicat̄, q est in alio territorio, ad de Alexan. de Imo. in consi. c. colū. iiij. in v. volumi.

i ¶Familia. Nota formam faciendi excussionē in personali. & ad Barto. se remittit Bal. in auth. sed hodie. C. de act. & obl. in l. cū nō solū. §. in fi. de bo. quæ libe.

leg. ij.

Universidad de Deusto Biblioteca

leg.ij.l.cum quidam.§.si.cum l.seq. Nono
17 quærit,†vtrū vni correo sit dandū tempus ad reducendum absentē, sicut fideiussori. Gl.tenet ꝙ non. C.eo.aut.hoc ita. & C.de fideius.aut.præsente.& in aut.eod. §.si vero minus idonei. Plura sunt alia q̄renda circa materiam huius l.quæ dicam j.eo.l.si ex duo.§.si a Titio.

DVo rei. Siue vna conuocatione, siue pluribus respondeatur, non vitiatur constitutio duorum reorum.

1 *Operæ, quod ficte sint eædem, quando est eadem peritia in præstatibus. & quæ requiratur copulatiue. & n.4.*
2 *Factum alienū, quando non haberetur respectus ad ipsum fieri, sed ad ipsum factum perfectum, promitti potest. Adde Bar.hic, Are.in c.fi.de iudi.*
3 *Duo rei quādo possint cōstitui in operis eo. & nu.6.& 7.*
5 *Doctor legens, quādo possit per substitutum legere.*
Duo rei debendi qualiter constituātur in obligatione facti.
7 *Plures rei credendi, qualiter constituantur in obligatione facti.*
8 *Interesse singulare qualiter probetur, & quomodo debeāt deponere testes.*

NEmo, est [a] qui nesciat. Obligationi operarum pōt accedere fideiussor: & in ea actiue & passiue possunt duo rei constitui.h.d. Ista est singularis lex.& gl.diuidit eam in gl.quę incipit, i.operā.ibi: patet ergo. Sed ego diuido secundū Iac.de Are. Primo loquit̄ in simplici promissore. Secūdo in fideiussore & principali. Tertio in duobus reis. Partes apparent in litera. Reperio in le-
1 ge nostra duas lec. Vnam gl.† No. ꝙ vbi est eadē peritia, ficte sunt eædem operæ. Oppo.de l.stipulatio ista.in prin.s.tit.j.& l.sicut.j.de fideius.vbi factum alienū promitti non pōt. Gl.videt̄ dicere ꝙ potest, qn̄ sunt eiusdē peritiæ. Iaco.de Aret.dicit
2 aliter.† ꝙ sicut in promissione facti, ita operarum potest cōsiderari, primo ipsum fieri: & tunc nemo pōt promittere factū alienum. Quandoq; non habet̄ respect⁹ ad ipsum fieri, sed ad factum perfectum: vt promittis librum scriptū, & factū manu talis magistri: & tunc quis potest promittere factum alienum. De hoc est casus in l.continuus.§.si ab eo.s.ti.j. Et ita intelligit hanc legem. quæ lec. vera est in se, & tene menti. Sed in proposito credo ꝙ melius dicit gl.per fi.legis, quæ dicit, eiusdē peritiæ. & secundā dictū Iac.de Aret. qn̄ habetur respectus ad opus perfectū, etiā qui non esset eiusdē peritiæ, posset promittere: & sic non bene sua lec. applicatur textui. Op.dicit̄ in ij.rn̄.ꝙ fideiussor pōt adhiberi obligationi operarū: contra l.sicut j.de fideius. Sol.non dico hic.& gl.tetigit in l.cum filius.§.j.s.tit.j.dico in l.si qs
3 pro eo.j.de fideius. Dicit̄ hic,† duo rei cōstituunt̄ in operis. Contra, quia ex mutatione personarū dicunt̄ aliæ & aliæ operæ: vt l.seruus patroni.cū l.se.s.de ope.li. sed qn̄ alia & alia res promittit̄, non sunt eiusdē rei credendi. vt l.si id quod.§.j.j.e. Sol. Contraria loquuntur in operis, quæ cohærent personæ: & tunc in illis nō possunt constitui duo rei: qa aliæ & aliæ sunt quædā, quæ non cohærent personæ: & in his possunt duo rei constitui. Sed opp. ꝙ nō possunt dici duo rei: qa nō possunt debere insolidum: vt l.ij.s.eo.ti. cū iuncta l.qui insulā.s.tit.j. quia si solū est alienū, & stipulamur insulam fieri, nihil interest nostra si est cōe tunc pro parte. Sol.intelligo in operis quæ nō cohærent solo, sed cuilibet insolidum pn̄t attribui, vt hic.ij.rn̄so. Demum op.ad tertium rn̄. Dicitur hic, ꝙ possunt constitui duo rei debendi: quia sunt eædē. Contra: qa eiusdē hoīs operę non dicunt̄ eædem vt l.si non sortem.§.libertus.s.de condi.iude.multo minus si diuersorum. Soluit gl.hic in operis incertis ibi certis. Sed non est verū, quia hic eiusdē peritiæ: ergo certæ operæ: qa aliter nō posset apparere, an essent eiusdē peritiæ. Soluit gl.ꝙ vere nō sunt eædē, sed fictione iuris finguntur eædē. Sed cōtra, qa secundum hoc operæ pn̄t repeti: ꝙ est con-
4 tra dictum §.libertus. Sol.† Dic ꝙ ad hoc ꝙ operæ duorum hominū fingantur eædē, duo requirunt̄ copulatiue ꝙ hoc agat̄ inter contrahentes: & sint eiusdē peritiæ:
5 vt hic dicit gl.& no. Induco ad quę.† Doctor promisit legere librū, pōt ne per substitutum legere. In l.j.§ ne autē.C.de cad.tol.format Cy.istā q.& dicit secundū Pe. ꝙ §.ne autē.non facit, qa ibi loquit̄ in addiscēte, ꝙ non pōt p substitutū addiscere sed docens bene seruire pōt per substitutum, si est eiusdem peritiæ, per hanc legē. sed non placet, quia oportet quod sint eiusdem peritiæ, & quod hoc inter contrahentes sit actum: vt hic. Sed si erat doctor, q ex casu cōsueuerat sæpe hoc facere ex conditione personæ, quæ nō pōt seruire, vt̄ actū.C.de loca.l.excep.& Insti.loca.circa prin.vel si esset consuetudo stu-
b dij:[b] vt l.ꝙ si nolit.§.qa assidua.s.de ædil.edic.& de aqua plu.
6 ar.l.si prius.§.j. Vnde circa† materiā huius legis distingue qualiter duo rei debendi cōstituant̄ in obligatiōe facti. Dic, qn̄q; in obligatione habetur respect⁹ ad opus pfectū, ita ꝙ est explicabile per aliū: vt l.cōtinuus.§.si ab eo.s.ti.j.& isto casu sine dubio pn̄t cōstitui duo rei, vt hic scd'm lec.Iac.de Are. Qn̄q; habet̄ respectus ad ipsum fieri, & ad personæ industriā: & tūc aut pmittētes sunt eiusdē pitiæ: & pn̄t cōstitui duo rei: vt hic.
7 Aut sunt diuersæ peritiæ: & nō pn̄t, vt ibi. Circa reos† credēdi dic, aut in obligatione venit tale factū ꝙ concernit personā stipulātis: vt promitto seruire in camera, vel mensa, vel curare ab infirmitate: & nō pn̄t constitui duo rei: vt l.si id ꝙ.j.eo.iuncta l.seruus patroni.§.fi.& l.seq.de ope.lib. Aut non concernit personam stipulātis: & tunc aut vtriusq; interest æqualiter, & insolidū: vt promitto Titio & Seio insolidū scribere librum vel operas incertas, puta zappatorias, pictorias, vel si. & possunt constitui duo rei, vt hic. Aut non interest æqualiter: vt facere domū in fundo vnius, vel cōi: et ideo pn̄t duo rei constitui; quia non interest cuilibet insolidū: vt l.qui insulā.s.
8 tit.j. Vltimo hæc lex inducit̄ † ad q.qualiter pbetur interesse singulare. quod tangit glo.C.de sen.quæ pro eo.l.vna in glo. super verbo, subtilitatē.in fi. Alij doc.dicūt ibi ꝙ possunt deponere de affectione eorum, si sunt eiusdē peritiæ: et sic videtur affectio actoris, per hac legē. ꝙ non placet: quia ista affectio habet locū demū duobus concurrentibus, vt s.dixi: quæ cessant in testib⁹. Dic ergo ꝙ testes deponent, ꝙ ipsi viderūt homines eiusdē conditionis habere rem illius qualitatis tantī charam: vel nollent pro tanto carere ea: vt probatur s.ti.j.l.cōtinuus.§.cum ita.

DVos. Ex duobus interrogatis, vel interrogantib⁹, qui respondet, obligatur, & cui respondetur quæritur obligatio: & ab vno tantum ex correis pōt accipi fideiussor.h.d. Et gl.assignat arg. contraria: & non soluit.ibi.§.habet sed illud intelligitur ibi ex præsumpta mente contrahentium: quia aliud tempus commissionis non habet annexum. Hic enim extra propositum diceret̄ intelligi Dy. vel aliter ibi verba stipulationis sapiunt vim conditionis, hic non. Ray.

a ¶ Nemo est. Induco ad q.de qua p Bart. in l.pe.de var.& extraor.cogni. Bald.in l.parabolani.de epis.& cle. Vide quod no.per Bart.in l.de functo.de asses. Ita vide Barto.in l.j.de priu.agen.in rebus.lib.xij.& quod not. Cy.de epi.& cle.l.qsquis.& ibi doc. Et adde secūdū Bal.i c.j.§.si qs decesserit.si de feu sue. cōtrouersia inter do.& agn. ꝙ officia solēnia, sicut est officiū Potestatis, & Capitaneatus, per aliū non pn̄t explicari, nisi in causis necessitatis: vt in auth.de colla.§.ad hoc phibemus.& l.j.§.eius rei.de offic. eius cui man. est iurisd.& de q.Bar.hic & similibus vide p Spec.i ti.de salarijs.§.si.versi.qd si doc. cū seq.& in materia qd not.Bald.in l.cū antiqtas.C.de vsufru.& quod not. in l.Arethusa.ff.de stat.ho.ꝙ dixi, nisi i casu necessitatis, p Bar.i l.de pollicitatiōibus j.de pollici.& de materia p Iaco.de Bel. in d.l.qsquis. C.de episcop.& cleri. Et facit an vasallus possit subinfeudare fundū alteri vasallo: de quo vide Bal.in auth.nisi in iiij.col. C.ad Treb.& vide in materia Bal.in c.j.§.mutus. Epm vel Abbatē.& in tub. q feu.da.pos.& qn̄ alicui est iniunctū ꝙ psonaliter exequatur, nō pōt alteri cōmittere, etiā de partiū volūtate. Ita dicit Spe.de iudi.delega.§.excipitur.vers. itē quod iniūcti.& de materia post Ioā. An.in regula. cōtractus.in mercu.& plene per eū in ista q.in regula, qui facit.& vide tex.in l.sciēdū.§.legati.j.de leg.qd legati non pn̄t dare vicarios alios quā filios suos. Et an rector posset facere vicariū. Imo.in l.obseruare.vbi p Bart.& ibi dixi.s.de offi.pcōsul. Adde do. Alexā.tāgit an vasallus possit subinfeudare, quod Bal.cōsil.lxxij.j.refert Mar.de fano in trac.de iur.emphy.q.xxij.quod si de aliquo honorifico castro fuerint inuestiti nobiles, quod ad ignobiles trāsire non poterit.

b ¶ Consuetudo studij. Et sic not. ꝙ contractus censetur initus secundum consuetudinem. & hoc in terminis Barto. hic sequitur do. Abba.in c.ad nostrā.de reb.eccl.nō alie. bene facit quod not. in l.si prius.§.j.de aqua plu.arcen.& quod not.Bal.in l.j.C.pro socio.in iiij.qō. Item cēsetur initus iuxta dispositionem statutorum, iuxta not. in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.s.de ope.liber.in versic. sed in isto casu.pro Barto. & Bald.in l.liberti.in xij.colum. C.eodem.ver.sed quid si esset. Et cum Barto. concor. Io. And.in regula, qui facit. in mercu. vbi plus dicit ꝙ idem est si erat consuetudo solum pmittētis. vide Bartol.in l.magistratus j.ad munic.& Bartol.in l.j.§.iudi.j.de var.& extraordin. cog.in vltima quæstio.& vide in l.j.in vltima quæstio.in prin.C.de sentent. quæ pro eo quod interest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Duo rei. Non vitiat. Vide plene per Bart. in repe. auth. hoc ita. C. eodem in xii. q. vide in l. fi. j. e. vbi idē dicit, quod iu d. auth. Et an habeat isto casu beneficium diuisionis hodie, vide Bart. in l. si ex duobus. j. eo.

b ¶ Singularis est. Et eam notanter allegat Bald. in l. in bonæ fidei. in j. colū. Cod. de pact. vide ibi per Salic. plenius ad dicta per Bar. in repe. Alex.

c ¶ Ex duobus reis. Vide per Bar. in repetitio. auth. hoc ita. de duobus reis. in xii. q.

d ¶ His verbis. Pro intellectu huius legis vnde Sali. in l. legem. in iij. qō. C. de pac.

e ¶ Tene. Not. quod lex non pōt fingere id, quod est impossibile in genere: secus si in specie. Vide Bald. j. de solut. l. sub conditione. sed secūdum Angel. fallit. l. ita vulneratus. j. ad legē Aquil. vbi fingit impossibile de natura in suo genere, videlicet hominē bis mori. Sed illud est speciale fauore vltimæ voluntatis, ne delicta remaneant impunita. And. Barb.

1 *Modicum tempus, nec actus contrarius non vitiat constitutionem duorum reorum.*
2 *Longum interuallum inter obligationem vnius, & alterius, non vitiat constitutionem duorum reorum.*
3 *Interrogatus si dicit, facias scribere, & postea respondet: dicitur incontinenti respondere.*
4 *Actus necessarius naturæ intermedius inter interrogationem & responsionem, non vitiat obligationem.*

Duo rei. Modicum interuallū constitutionem duorum correorum non vitiat, a nec actus medius cōstitutionē correorū, nō cōtrari". hoc dicit. 1 †No. ꝙ modicū tps nō vitiat: ergo lōgū tempus vitiat. Itē no. ꝙ actus nō cōtrari" cōstitutioni, nō vitiat. Op. §. e. l. iij. in prin. gl. sol. vt ibi vera sol. est illa. Inter interrogationē, & rñsionē eiusdē, actus cōtrari", vel †longum interuallum impedit constitutionem, vt hic: sed longū interuallū inter obligationem vnius, & alterius nō vitiat. Quæro † qd si instrumento interrogas me, dico, facias scribi: deinde respondeo. Dicit gl. ꝙ incontinenti videor rñdere: tene menti, quia singularis est b. Quæro quid in alio † actu medio interueniēte, qui nō pertinet ad hoc? Et gl. dicit, ꝙ oīs actus dicitur cōtrarius, ab obligatiōe nō pertinēs. Gl. nō bene dicit simpliciter: sed debet determinari p l. cum antiquitas. C. de testa. quia ibi vides, quod actus necessarius naturæ interueniēs, non dicit actus contrarius.

1 *Hodie an interrogatur, vt ille qui est obligatus pure, possit opponere beneficium diuisionis, conditione alterius pendente.*

c EX duobus reis. c Bi spari tas qualitatis quæ speratur reduci ad paritatē, nō vitiat cōstitutionē correorum. h. d. Opp. de l. eandē. §. j. j. eo. Sol. plures dantur hic, tene vltimā. quia hic est disparitas in tempore, ibi in culpa. Et ratio est, quia hic aduenientē conditione reducitur ad paritatē: ibi nunq̄ reduci sperat. Opp. de l. si id ꝙ. Sol. ibi est disparitas in re: hic in qualitate. † Quæro, vtrū hodie sit correctū per ius Authenticorū: vt ille qui est obligatus pure, possit opponere, beneficium diuisionis pendente conditione alterius. Gl. tangit C. e. auf. hoc ita. Dy. tangit hic. Dicam j. e. l. si ex duobus. §. si à Titio.

1 *Dicto, que, quando est coniunctio, debet scribi per e, breue, alias longum.*

d His uerbis. d Si in vnius persona non consistit obligatio, alter tenetur insolidum, si tanquam duo rei se obligabant: alias in virilem. hoc dicit. 1 †Nota quod dictio que, debet scribi per e, breue, quando est coniunctio: alias longum: vt in glo.

1 *Duo rei debendi in mutuo constitui possunt.*
2 *Lex super impossibili, quod in genere potest esse possibile, licet non in specie fingit.*
3 *Duo rei qualiter constitui possunt in deposito, & commodato, tam in primitiua, quam in secundaria obligatione.*
Obligatio, rem restitui, quo ad obligationē est diuidua, sed quo ad solutionē indiuidua.
4 *Duo rei an constitui possint, quando in obligatione est quid indiuiduum, vel factum, remissiue.*
5 *Obligati accessorie, quando teneantur insolidum, si non exprimatur.*
In mandatoribus accessorie se obligantibus hodie nihil est innouatum.
6 *Plures accessorie se obligantes, posito quod insolidum teneantur, an sint duo rei.*
7 *Gerentes aliquod officium, vel aliquam administrationem, an obligentur ciuiliter, vel insolidum, vel sint duo rei.*
8 *Intellectus ad §. duobus. in l. creditor. j. mandati.*
9 *Mercatores plures qui vnam mercantiam gerunt, vel vnam negotiationem, an ex contractu vnus quilibet teneatur insolidū, & quilibet insolidum agere possit, & an sint duo rei.*
10 *Proponens institorem, vel exercitorem, licet possint insolidum conuenirī, sunt institor & exercitor: non tamen dicuntur duo rei: sed vnus teneatur principaliter, alius accessorie.*
11 *Plures domini eiusdem serui, licet de peculio teneantur insolidum, an sint duo rei.*

LEandem. Re, verbis, testamētor consensu pūt cōstitui duo rei. h. d. Opp. in auf. eo. in prin. Sol. dicit gl. aliud olim, aliud hodie. Tu dic, ꝙ in modo cōstituēdi nil est innouatū, vt dixi §. eo. l. ij. Pro declaratione huius legis & † materiæ quæro primo, an in obligatione quæ re cōtrahit̄ ad diuidua, vt rātūdē reddat̄ in gñe, vt in mutuo, possint constitui duo rei? Videt̄ ꝙ sic: vt C. si cert. pet. l. si nō singuli. & C. eo. l. propter. Contrariū dicit do. Mar. Sis. dicēs ꝙ ante possent cadere sydera de cœlo, q̄ obligatio, quæ re cōtrahit̄ vltra quā puenit: vt l. si tibi. in prin. §. de pac. & in legibus cōtrarijs fuerunt cōstituti duo rei verbis. cōiter omnes tenēt cōtrariū, per prin. huius legis. & C. e. l. propter. & C. si cert. pe. l. nō singuli. Ad cōtrariū rñdeo, ꝙ si vni numeraretur aliorū volūtate, omnibus numeratū videt̄ iuris fictione: vt no. p gl. in d. l. si non singuli. Sed cōtra hoc instatur: Id quod est impossibile de natura, nō pōt fieri per legē. l. si pater. in fi. §. de adop. & loca. l. qui ad certū. sed impossibile est secundum naturā, vt eadē pecunia perueniat ad plures insolidum. ergo nō pōt fingi. Huius timore dicit Pet. ꝙ nō fingit̄ ad plures peruenisse insolidū, sed ad oēs simul puenit in veritate: & sic nō nascūtur plures obligationes, sed vna, quæ tenet plures homines: sicut vnus funis ligat plures. Et hoc tenet Cy. in d. l. si nō singuli. & C. e. l. propter. Hoc nō placet: quia in pluribus reis licet sit vna obligatio in effectu, tamen in veritate plures sunt obligationes, quilibet tenet̄ propria obligatiōe: vt hac l.

e §. fi. l. si re". & de fideiuf. l. gñaliter. Tene e ergo solutionē gl. ꝙ fingitur pecunia ad quēlibet peruenisse pro solido. Nec obstat si dicat̄, † ꝙ lex nō fingit̄ sup impossibili: quia verū est super eo, q̄d est impossibile in gñe, vt q̄d filius sit antiquior patre: sed si īpossibile, licet sit impossibile inspē, vt in his terminis, in qbus loquimur: tūc lex fingit. Excēplū. Impossibile est, ꝙ ille qui est filius Titij, sit filius meus: tamen quia in genere possibile est ꝙ habeā vnū filium talē, & eius ætatis, pōt fingi per ius ꝙ talis sit meus: vt d. l. si pater. in fi. cū l. seq. de adop. Sic impossibile est, ꝙ ille, qui fuit apud hostes, semper fuerit in ciuitate: tamē quia in genere suo possibile est, videlicet ꝙ talis semp fuerit in ciuitate: ideo lex pōt fingere ipsum fuisse in ciuitate. Ita hic, possibile est, ꝙ in genere suo talis pecunia puenit ad me. Idē ꝙ peruenit ad te & ad aliū: ideo hoc inducit̄ per fictionē: licet in casu, in quo sumus, s. donec pecunia est apud vnū, impossibile sit esse apud alium. Et ista ego dixi in l. his q pro emp. §. de vsuc. Vel aliter: Impossibile est ꝙ eadē res peruenat ad plures insolidum. Dico, verum est in effectu: sed hic non potest puenire ad plures, sed apud vnū remanet in effectu:

3 quia vna exactio sufficit. Cōcludo ergo † ꝙ plures rei debēdi possunt re cōstitui, si hoc agatur, sine aliqua stipulatione, sicut §. dictū est in alijs obligationibus. & idem dico de duob' res credēdi: vt C. si cert. pet. l. cum te. Secūdo quæro, qd in obligatione, quæ re cōtrahitur, vt eadē species reddat̄: vt in depo. & commodato, & si. Respōdeo, debes scire, ꝙ ex hoc contractu duæ oriunt̄ obligationes: vna primitiua ad rei restitutionem: alia secūdaria ratione doli, vel culpæ commissæ in rem. Aut ergo quæris de illa primitiua obligatione ad rem restituēdā: & tūc ita demum cōstituūtur duo rei debēdi, & si est actū: vt C. loca. l. si diuisa. alias quilibet tenet̄ ꝑ parte: arg. §. cōmo. l. ij. §. hæres. & depos. l. si duo. licet tamen quilibet ꝑ parte teneatur, & sic est obligatio diuidua, diuisa quo ad obligationē tū vnus soluēdo partem non liberatur: & sic est indiuidua quo ad solutionem: vt d. l. si duo. Et de hoc plenius dixi in l. eadē. §. Cato. §. de ver. ob. licet gl. circa hoc nesciat quid dicat. §. depo. l. j. §. si apud duos. Si vero quæris de obligatione secūdaria, q̄ cōtrahitur ratiōe doli, vel culpæ: tūc aut est actum ꝙ sint duo rei, & sunt: aut nō est actū: & tūc aut vnus tantū commisit dolū, vel culpā: & ille solus tenet̄: vt l. j. §. si apud duos. in fi. §. depo. Aut vterq̄ cōmisit: & tūc vterq̄ tenet̄ insolidū tāq̄ duo rei: vt d. §. si apud duos. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. in fi. §. cōmo. & l. si duo. §. depos. Et hoc de reis debendi. Rei verō credendi in tali obligatione nō constituuntur, nisi hoc agat̄. §. depo. l. j. §. sed si duo. Tertio quæro, † quid si in obligatione veniat aliquid q̄d sit indiuiduū, quo ad obligationē, & solutionē? Dic vt dixi §. eo. l. ij. Quarto quæro, qd in obligatiōe factū, an possint cōstitui duo rei? Dic vt §. eodem. l. nema.

Quinto

Universidad de Deusto Biblioteca

Quinto quæro, quid in his qui obligant accessorie. Ista quę. habet duo capita. Primo, vtrū teneantur insolidum, etiā si nō exprimatur. Secundo posito ꝙ insolidū teneāt. vtrū sint duo
5 correi siue duo rei debēdi? Circa primū dico † qd̄ qnq; ꝗs obligat accessorie i. ꝑ alio, alienā obligationē princi; aliter suscipiendo: & isto casu non tenet insolidū, nisi sit actum: vt C. ad Velle. l. si paternā. & ibi no. Idē no. §. de fideius. l. si Titi⁹. Qn̄que obligant plures pro alio, cōstituendo plures: & tunc idē quia quiquilibet tenet ꝑ parte, nisi sit dictum ꝙ teneant insolidum, vel obligauerunt se alteruatiue: vt C. de constitu. pec.
a authen. si quādo. Quādoq; aliqui obligant pro alio proprie fideiubendo: & tunc quilibet tenetur insolidū, etiam si nō sit dictum: vt Insti. de fideius. §. si plures. & C. de fideius. l. nō recte. Quandoq; plures obligant pro alio mandando: & tunc diuersæ sunt gl. Nā glo. quæ est §. manda. l. si mandato Titij. §. Paulus respondit. Vnum videtur velle ꝙ hodie requiratur
b quod expresse agatur. expressius in l. creditor[b]. §. duobus. eo. ti. Contrarium, s. quod in mandatoribus nil sit innouatum hodie, no. glo. §. ꝙ iussū. l. j. §. fi. & hic in gl. quæ incipit, & manda to. Et istud puto verius per id ꝙ not in d. §. si plures. Insti. de fideius. & d. l. non recte. Et hoc cōmuniter tenent doct. quia ꝑ auth. nil est innouatū in modo constituēdi, vt §. dictū est. Sed
6 quæ est ratio diuersitatis inter prædictos casus? Circa scd̄m † credo quod primo casu qn̄ principaliter obligationē alterius suscipiunt: si hoc agatur vt teneant insolidū, sunt duo rei: vt vt d. l. si paternā. & qd̄ ibi no. & videt expressum §. ad Velle. l. vir vxori §. fi. cum l. seq. In his vero, qui obligantur cōstituēdo, nō obligantur insolidum, nisi agatur, vel alternatiue promittatur: tunc dicunt duo rei. Et dic vt statim dicā in duobus fideiussoribus, vel mandatoribus: quia eadem est ratio: vt l. fi. §. de consti. pe. In duobus vero fideiussoribus, vel mandatoribus, licet teneantur insolidum, etiā si non sit dictū: & licet dicantur confideiussores, vt j. de fideius. l. Titius. non tamē sunt duo correi. Patet ex diuersitate nominū, & titulorū. Nā si idē esset, quare fecisset per se titulū de duob⁹ reis. & ti. de fideiussor. & manda. Præterea, patet ex hac l. & l. j. C. eo. coniuncta l. vt fideiussor. j. dę fideius. Præterea, licet factum vnius correi alteri noceat: vt j. eo. l. pe. non tamen factum vnius fideiussoris nocet alteri, sed solum sibi, & suis successoribus: vt §. tit. j. l. si seruū. §. nunc videamus. & ibi no. Ad hoc ergo vt iura duorum reorum haberent locū inter eos, esset necesse ꝙ hoc exp̄ſ se ageret, ꝙ tanq; duo rei intercedunt: vt expresse dicit in d. l. vir vxori. in fi. cū l. seq. §. ad Velleia. Plus dico qd̄ ēt si exp̄ſse ageretur quod insolidum tenerentur, hoc casu non sufficeret ad constitutionem duorum reorum: quia esset expressio eorum quæ tacite insunt: vt C. de fideius. lege non recte. Est ergo necesse ꝙ exprimatur ꝙ tanquā duo rei ꝑmittūt. Et hoc de reis debendi: plures vero rei credendi accessorie nō cadūt.
7 † Sexto quæro, quid in pluribus, qui gerunt aliquod officiū, vel aliquā administrationē, an obligent viriliter, vel insolidū & an sint duo rei? A duertatis: an quilibet habeat insolidū administrationem? Dixi in repe. l. j. §. si plures. §. de exerc. nūc dico qualiter obligentur. Circa ꝙ dico, ꝙ qn̄ plures gerūt aliqd̄ negotium sponte, nullo præcedente mandato: & tunc non tenentur insolidū, sed prout quisq; gessit: vt l. cū alicui. in fin. §. de neg. gest. & ꝙ ibi no. in gl. quādoq; præcedit aliquod mandatum à lege, vel ab hoīe: & tunc aut officiū, seu administratio quæ geritur, est publicū authoritate & vtilitate: aut publicum authoritate, sed priuatum vtilitate: aut authoritate & vtilitate priuatum. Primo casu, quilibet tenet insolidū: vt l. Imperator. ad munici. & de ma. conue. l. magistratus. & sunt duo rei debendi, licet non per omnia: vt l. si pupillus. §. de admini. tut. Et hoc dico, siue sit administratio ordinaria, siue delegata arg. l. ex facto in fi. §. de neg. gest. & de man. conue. l. fi. & ꝙ ibi no. in vlt. gl. licet inter hæc sit aliqua differentia in illa materia quā tractam in §. si plures. Secundo casu: quando est munus publicum authoritate, sed vtilitate priuatum, & tunc idē: quia quilibet tenet insolidum, & sunt duo rei debendi. licet non per oīa: vt d. l. si pupillus. §. de admi. tu. & l. j. §. nunc tractemus §. de tute. & ra. distra. & de adm. tu. l. iij. cū fi. & ꝙ dico in tuto
c ribus, idem in actoribus constitutis ab eis: argu. d l. ex facto. in fine, supra de negotijs gestis. Tertio casu, quando administratio est priuata authoritate & vtilitate: & tunc aut sunt institores, aut exercitores: & tunc qa eis vī mandata administratio insolidum, credo eos teneri, & esse duos reos, licet non per oīa: vt l. j. §. si
d plures. §. de exer.[d] cum sua gl. quæ æquiparat eos tutoribus. & l. si pupill⁹. de admiñ. tuto. Aut loquimur in pluribus procura-
8 toribus: & tunc aut fuerūt facti insolidū † & quilibet tenet insolidum, & erunt duo rei, sicut duo tutores, vt l. creditor. §. duobus. §. man. & ꝙ ibi no. in prin. glo. & iste est verus intellectus illius §. quia officiū erat eis cōmissum insolidum, sed erat dubium, qualiter obligatio, quæ contrahit rōne doli, vel culpæ committat. Et dicit ꝙ insolidū. Nā si intelligis ꝙ esset actum ꝙ insolidū tenerent, nullum esset dubiū illius §. nec in hoc est aliquid innouatū ꝑ iura Authenticorū, licet gl. ibi aliter dicat & male: qa in modo cōstituēdi nil innouatur, vt pluries dictū est. & hic est regula: ꝙ qui pñt administrare insolidū, insolidū tenent: vt l. si plures. §. de cura. bo. dan. Si vero administratio nō fuit concessa insolidum, tunc vnus nō pñt contrahere sine alio: & qlibet tenet tm̄ de suo facto, nec erunt duo rei: vt l. cū alicui. in fi. de ne. gest. & arg. de exerci. l. si tm̄ plures. in princ. Et hoc de reis debendi. Plures vero reos credēdi, hoc mō nō admitto posse contrahi: qa quilibet ageret ꝑ suo interesse. Septi-
9 mo † quæro[e] plures mercatores vnā mer-
e cantiam gerunt, vel vnā negotiationem an ex contractu vnius quilibet teneat insolidum? & qlibet possit agere insolidū? & an sint duo rei? Pe. & Iac. de ra. dicunt ꝙ sic. & Cy. sequendo eos §. si cer. pet. l. ꝙ te. ad silitudinē tutorū, & magistratuum. Certe male dicunt, & cōtra casum l. si tm̄
f plures. in prin. §. de exerci. Vñ tu dic[f] qd̄ aliqn̄ à pluribus, q̄dā gerit negotiatio q̄ eis decernit ex publico: & tūc fateor qd̄ sunt duo rei actiue, & passiue: vt l. si vnus in prin. §. de pac. & l. si duo. §. de arbi. & de pac. l. idē in duobus. vbi loqt̄ in pluribus argentarijs, quibus officiū decernebatur ex publico: vt l. argentarius. in princ. §. de eden. & no. in l. quæ dā. §. nūmularios. eo. tit. Et facit quod dixi §. de tuto. & curat. & magistra. Facit §. de lo. publi. fru. l. j. vbi vterq; sociorum insolidū habet actionē. Si vero talis negotiatio propria volunta
g te[g] fuerit assumpta, nō ex publico: tūc aut plures gerūt istā negotiationē & mercantiā ꝑ suos īstitores, seu exercitores, qui in vulgari appellant factores: & quilibet eorū tenet insolidū institoria: seu exercitoria: vt §. de exercit. l. j. in fi. & l. sequē. & de insti. l. habebat. §. fi. & l. seq. & satis arbitror eos esse tanq; duos reos debēdi: qa ad idē, & eadē obligatione tenet vterq;. Constat em̄ ipsos esse obligatos: vt l. j. §. pe. de exerci. & sic talis actio est natiua, non datiua. Itē snīa lata pro vno, ꝑdest alteri: vt d. §. pe. l dē puto ꝙ l. fi. §. eo habeat locum in eis ꝑ illā rōnē, ne in plures, &c. vt §. de exerci. l. ij. Dico ergo ꝙ sunt duo rei debendi. Duo vero rei credēdi nō ita cōstituūt: qa ex cōtractu institoris, seu exercitoris ñ q̄rit actio dñis, nisi cessa actiōe & nili in subsidiū: vt l. j. ī fi. cū l. fe. de insti. & l. si eū. §. j. de exerci. Si vero talē negotiationē gerūt ꝑ seipsos: tunc aut ambo simul: & quilibet tenet ꝑ portione, quā habet in negotiatione vt l. si tm̄ plures. in prin. de exerci. Aut exercēt separatim: puta sunt duo socij: vnus exercet Perusij, alius exercet Florentię:

a ¶ Quandoq; Nam secūdū Ang. est verū, nisi delictū committat circa rē, quæ sui natura est diuersa: vt pecunia l. si duo. ī. deposi. Andr. Barba.

b ¶ In l. creditor. De cuius legis intellectū vide in ꝑxi. qū. ✠ POMATES.

c ¶ In tutoribus. Vide de Raph. Cu. consil. xxiiij. & Are. xxix. col. iij. & vj. i v. dubio. vbi sequitur intellectum Bart. ad l. creditor. §. duobus. alleg. ✠ POMATES.

d ¶ De exerci. Vide Panor. consi. xxj. ad fi. vol. ij. & Are. consi. lxvj. col. §. & seq. cum seque. vbi pulchre tangit dicta Bar. hic, & col. v. in ij. dubio.

e ¶ Septimo quæro. Per Bal. in rubr. C. de exerci. ad fin. in l. prædia. in iiij. col. ī. de acq. poss. vbi remittit se ad not. per Barto. in repe. in l. j. §. si plures. de exerc. Adde qualiter vnus mercator socius obliget socios quando sunt plures. Pet. de Anchara. consi. cccxxxiij.

f ¶ Vnde tu dic. Vide de Bald. in l. cum in Gallia. ñ cert. pet. & quod not. Bald. in l. certum. in ij. col. C. fami. erciscunde per Angel. & Paul. de Cast. in l. si vnus. in princip. §. de pact. & Fulgo. in l. si plures. eod. tit. Et an vnus possit liberare, vide per Ang. in dicta l. si vnus. in prin. & ibi etiam an vnus possit cōpromittere.

g ¶ Voluntate. Quando obligē dñs ex facto istorum administratorum, vide qd̄ no. Bal. post Bar. in authē. hoc ius porrectum. de sac. sanc. eccle. in v. col. & Bal. in rub. C. de constit. pecu. in iiij. col. & ꝙ habetur in l. cuicunque. §. sed & cū fullo. §. de instit. & tex. ibi Barto. in l. ex facto. §. de neg. ge. Ad de qualiter institor obliger domi. Abb. consi. lxxiiij. lib. ij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

a ¶ Non impedit. Et q diuersitas spediat constitutionē duorū reorum, plene vide Bar. in reperi. auth. hoc ita. in xij. qd. C. de duo. re. Et an hodie in casu isto habeat locū bñficium diuisionis, vid. bart. in l. si ex duobus. §. j. j. eo. in fi.

b ¶ De Roma. Vide q dicit Bart. in l. cū qs. circa fi. j. de so. & Bar. j. ea. l. in prin. et Bar. in l. fi. in fine. ij. colū. j. eod. & qd in obliga. & fideius. vi de Bart. in l. Græce. §. si quis Stichum. j. de fideius. Et ad primum vide Paul. de ca. in d. l. si reus. j. eo. vbi tex. videt velle q sint duę obligationes.

c ¶ Reos. Omnia dicta reassumit Bart. in auth. hoc ita. C. e. Istū tex. alleg. Bart. in l. hæres. §. seruo. in prin. j. de fideius. Add vt refert Pau. de Ca. q iste tex. inducit p Ange. ad q. q si duo fuerunt capti p maleficio, pro quo venit imponenda pœna pecuniaria q vnus p altero poterit fideiubere tñ dicit Pau. q iste tex. nō multū facit, & se remittit ad l. penū. de tuto. & curat. da. ab his. Itē inducit p eūdē Ang. cōtra Bar. in l. q seruū. de fur. q dixit q qs non tenetur tantūq̃ fur, & tan quā pstans opem in eodē: quia Ange. dicit eē cōtrariū, q q libet ēt principalis, & qlibet q præstat opem alteri. nec est inconueniēs: arg. huius l. & ita dicit qd practicatur Pau. de ca. q cū ipso trāsit.

d ¶ Inuicē fideiubere. An duo rei debendi adinuicē videantur fideiubere, aliqd p Bal. in d. l. j. C. eo. ti. & vide in l. in duobus. §. vbi duo. j. e. Adde an duo rei dicantur adinuicē fideiubere, vide Bal. consilio clxviij. iij. volumi.

tūc quilibet tenet insolidū. Videntur enim inuicē institores ꝓposiri: arg. §. si cer. pet. l. ei q in ꝓuincia. in fin. C. de fab. l. iure ꝓuisum. li. xj. Facit de acq. re. do. l. traditio. §. fi. Pro hoc facit illa rō, ne in plures, &c. q tenet Iaco. de Are. in d. l. si tñ plures. in prin. licet gl. in l. j. in fi. eod. titu. vacillet.

10 Octauo ꝗquero: institor, & exercitor pñt cōueniri ex eorū cōtractu. Itē ꝓponēs, et qlibet insolidū, an dicantur duo rei? Qd vī, vt l. j. §. peñ. §. de exercito. Cōtra puto q vnus teneat principaliter, alius accessorie & iō magis æqparē eos fideiussori, & principali: sicut dicimus in patre & filio: vt l. cū filiū. in prin. §. de verb. ob. Cōstat aūt fideiussorē & principalē nō eē duos reos: vt no. j. de sol. l. cū quis. §. si qs ꝓ reo. & q

11 not. per doc. C. e. l. fi. Nono q̃ro, ꝗplures dñi eiusdē serui tenent de peculio insolidū: vt §. de pecu. l. & ancillarū. §. si quis cū seruo. cū si. an erūt duo rei? Breuiter dicerē, qñq̃ quilibet insolidū tenet ēt respectu peculij, q est penes sociū: qñq̃ tenet insolidū tñ respectu peculij, q est penes se, vt ꝓbatur §. de pecu. l. si noxali. §. fi. cū l. seq. Prio casu, dicerē eos eē duos reos: quia ad idē, & eodē respectu tenent, & eadē obligatione, sicut duo rei: & sicut supra in pluribus ꝓponētibus vnū institorē. Secundo casu, dico eos non esse duos reos: quia in singulis personis propriū est per se id q debet, ergo &c. vt l. si id. j. eo. Ista enim actio de peculio habet naturā actionis realis: vt l. quæsitum. in prin. de pecu. & no. per Cy. C. q cum eo. l. dominū. sic quilibet per se videtur teneri ad diuersam rem. Alia, quæ circa hanc materiā de modo constituendi deficiunt, dicam in l. si id quod. j. eo.

Sed si quis in deponendo.

Imparitas culpæ, ab initio vitiat cōstitutionem duorū correorū: secus si ex post facto. h. d. Op. q factū vnius ex reis debēdi ꝓdest alteri, si sunt socij. Opp. §. eo. l. ex duobus. & Institu. e. §. fi. Gl. dicit sol. quia hic imparitas culpæ: & ibi diei, vel conditionis, qa posito q ꝓmitto pure: tu sub cōditione, nō est imparitas: qa tu interim nō teneris. Præterea, imparitas diei speratur reduci ad paritatē: imparitas culpæ nunq̃ sperat reduci ad paritatē. & ista est vera. Oppon. quia vitiatur res si deuenit ad eū casum, à quo incipere nō pōt: vt l. plurib. §. & si placeat. & l. si sub vna. §. j. §. titu. primo. & l. si pro patre. §. versum. §. de in rem verso. & l. sufficit. §. de cōdictio. indebiti, & l. si à reo. §. sub diuersis. j. de fideiussori. Sol. Nego maiorē: quod deueniat ad eum casum à quo incipere nō potest, quia si remittatur culpa pacto, ex postfacto: tunc exceptionē parit: & remanet obligatio, quæ ab initio fuit, & nūc est par. Secus si à principio remittatur culpa: quia tūc nō est par obligatio. Dicitur hic quod pactum factum vni ex reis debendi, q sunt socij, alijs prodest si communis culpa interueniat. quero ergo vtrum pactum vnius ex reis debendi prosit alij. Et dic vt plene dicam j. eo. l. ex duobus.

a **Cum duos.** Disparitas locorū nō impedit constitutionē correorū. h. d. Opp. §. ti. j. l. j. in principio. vbi dicitur, q inter absentes nō valet stipulatio. Glo. dicit q fuerunt duo rei constituti cōsensu nō verbis. Vel pōt esse q hodie stipulor hic, & seru meus Florētię, ar. l. fi. §. si inter eos. §. ti. j. Vel aliter stipulor hodie hic ab vno, & alibi stipulor ab alio recto tramite eūdo. Sed nō hoc oportet te ponere: qa interuallū tpis inter vnā obligationē & aliā, nō vitiat, si agatur hic q sint duo rei: vt l. iij. in prin. §. e. & propter hoc inculcatio gloss. nō fuit necessaria. Vel pōt esse q existens Carthagini à duobus fuit stipulatus, ex diuersis locis, hoc est, q vnus moue

b ret se de Florētia, & alter de Roma ad eundum Capuā. & sic primo posui casum, q placet Dy. sed qd supra dixi, pl' placet. Itē hic dicit, q sunt plures obligationes. Oppo. de l. iij. in fin. §. eo. Sol. duæ sunt veræ: in effectu vna. non habetis alia. 10.

SI duo rei. Correus nō socius nō opponit cōpensationē de eo, quod alteri correo debet. h. d. Opp. de l. si quid. §. de cōpē. Sol. Aliud in fideiussoribus vt ibi: Aliud in duobus reis, vt hic. Et ex hoc cō cōcludit Ioan. pro sua opi. quia duo rei nō videntur inuicem fideiubere: vt dicam de hoc j. l. proxima.

1 *Duo rei debendi, an videantur inuicem fideiubere.*
Obligatio duplex oritur ex fideiussione.
Fideiussor potest strictè, & large intelligi.
2 *Plures tutores licet non sint propriè fideiussores, tamen de iure antiquo exemplo fideiussorum conueniebantur.*
3 *Correus qua actione repetat à correo quod soluit.*
4 *Plures tutores curatores, vel administratores ciuitatis, si unus soluit, qua actione repetat ab alijs. remissiuè.*
5 *Si unus ex pluribus depositarijs, vel commodatarijs soluit, qua actione repetat ab alijs.*
6 *Si unus ex correis sub iuramento liberat alium, non potest à correo repetere partem.*
7 *Correus, qui liberat alium acceptilatione sibi facta à creditore, quando repetat partem à correo.*
8 *Correus damnificatus culpa alterius, potest ab illo repetere.*
9 *Alter ex correis credendi qua actione repetat à correo, qui solutionem recepit.*
10 *Alter correus credendi potest à correo, qui liberauit debitorem acceptilatione, repetere eo modo, quo quando solutionem repetiisset.*
11 *Qua actio cedi debeat uni ex reis debendi, & quando, & quo iure, & in quantum cedi debeat. remissiuè.* 11.

c **REos.** c † Duo rei possunt inuicē fideiubere: & pōt
1 actor actionē diuidere quo ad quantitatē, & quo ad pētendi modū. h. d. Opp. in auth. eo. in princi. posita C. eo. auth. hoc ita. Solu. hodie habent beneficiū diuisionis, olim nō. quod plenē dixi supra, eo. l. iij. §. fi. Opp. de l. j. §. nunc tractemus. §. de tute. & ra. distra. Sol. ibi loquitur in pluribus tutoribus. Oppo. Institu. de fideiussoribus. §. si plures. Sol. ibi loquitur in his qui tenētur accessoriè, vt plenē dixi in l. iij. supra, eodē. Restat videre, an duo rei inuicē videantur fideiubere. & ideo pro declaratiōe plena huius materiæ principaliter videndum est, qualiter vni cōtra alium succurratur. & primo circa duos reos debendi. Ad quod inuestigādū primo

d videndū est, an videātur inuicē fideiubere? d Ista quæstio tangitur hoc titu. & C. eo. in multis locis, vt in l. vir vxori. supra. ad Velle. & infra, de fideiussoribus. l. Vrannius. C. eo. l. j. & fuit magna cōtrouersia inter doctores olim, & hodie. Mar. tenuit q videantur fideiubere. Ioan. cōtra, s. q non videntur fideiubere. & Azo distinxit, vt plenē not. in lege, vir vxori. & ibi glo. tenet opin. Azo. & in auth. eo. in prin. sed glo. tenet C. eo. l. j. opinio. Ioan. Sed cōtra opp. fideiussor nō pōt obligari, nisi verbis: vt C. de fideiussoribus. l. blanditus. & §. tit. j. l. v. §. satisacceptio. & mand. l. si hæreditatem. §. j. Sed si duo rei possunt inuicem constitui: vt C. eo. l. propter. & supra, eod. l. eandem. ergo non videntur inuicē fideiubere. Dy. tenet opinio. Azo. Ad hanc rationem respondit, q ista ratio concludit in fideiussione expressa, sed non tacita. Pet. & Iac. de Rauen. & Cy. sequendo eos dicunt, q duo rei nullo modo videntur fideiubere. Nam in duobus reis, quilibet æqualiter debet obligari insolidū, vt principalis: nec attenditur ad quem pecunia peruenit: vt infra, eo. l. penul. & C. si cer. peta. l. si non singuli. sed secundū eos, qui dicunt q videntur fideiubere, hoc non esse: ergo &c. Præterea, non reperies quōd de iure Digestorum, & Codicis, duo rei habeant beneficium diuisionis ergo &c. Item hoc nulla lege cauetur quōd videantur fideiubere: ergo &c. Et in hoc residet Cyn. C. eod. l. j. licet per multa verba. Vides ergo q ex dictis eorum nullam claritatem habes. Quid ergo dicemus? Iaco. de Bel. disputauit istā q. & posuit eam in auth. eo. qui melius attingit veritatem, quā aliquis: tamen multū obscure loquitur. Tu ergo clarius, & melius ad declarationē præsentis materiæ, debes scire, q ex fideiussiōe oritur

Universidad de Deusto

a ¶ Tunc si sint socij. Aduerte q̄d bar. hic distinguit qn̄ iurat super iure psonæ, ꝙ aut sunt socij: & ꝓdest: aut nō sunt: & non prodest. ꝙ imo videt̃ ꝙ indistincte ꝓsit. siue sint socij, siue nō: qa iuramentū equiparatur solutioni. ĩ l. iusiurādū. par. ua. ꝭ. de iureiur. Sed sol. vt ꝭ. in j. q. cōclusum est. prodest siue sint socij, siue nō: ergo & iuramentum. Et ita tenet Pau. de ca. in d. l. duobus. §. ex duobus, reprobādo ibi glo. posses tñ dicit, ꝙ iuramentū habet vim solutiōis est verū, qñ sup toto iurat: vt hic inqt Besutius, allegando no. ꝑ doct. ĩ l. fi. ꝭ. de iureiurā. qd̄ not. qa hoc no. bar. saluabit.

POMATES.
b ¶ Vim solutionis. Aduerte tamen, dū Bar. hic inquit ꝙ in dubio videt̃ iuratū sup facto, qa iuramētū habet vim solutionis, ꝙ hoc est, vt dicit hic Besut. ponere plaustrū ante boues: qa ad hoc vt iuramētū habeat vim solutiōis, necesse est ꝙ primo constet esse iuratum sup facto sit causa, ꝙ iuramētū habeat vim solutionis. Aliā etiā assignat Bar. cōem inter iuramētū & sentētiam, in d. l. §. j. in iiij. col. i ver. de ope.

POMATES.
c ¶ Secūdo est vidēdū. Inquantū autē Bar. hic in ij. membro. vide ꝙ si vnus ex reis debendi alteri iuramētū detulit, ꝙ noceat correo solū quātū ad præscriptionis interruptionem. hoc limita vt per Salice. ĩ d. l. duobus. vbi d. Alex. vide.

POMATES.
d ¶ Nam cū hoc iuramētū. vult circa doctrinam Bar. esse aduertendū, ꝙ Bar. nō tetigit qd iuris esset, si delatum esset iuramētū vni ex reis credendi litē cōtestādo jus alterius: vt hic dicit, ꝙ etiā præstito iuramento perimat, habeat vim lit. contes. vt l. nā postea. §. si is qui temporali. ꝭ. de iureiur. hoc tenet idē Besu. & quidam Peruſ. & Bar. in d. l. dubus. ꝭ. de iureiur. Preterea habes notare ex doctrina Bar, vt hic inquit Besu, in sua generalitate, & hoc qd̄ dicitur, ꝙ juramentum habeat vim litis contestatę, verū ĩ iuramēto extraiudiciali. & est cōmunis doctrina d. §.

præoccupat debitū ille agēs, siue sint socij, siue nō: vt l. fideic. §. plerūq; de leg. iij. & hic ergo &c. & est casus ĩ hac l. ex duobus secundū vnā lect. hic positā in gl. s. ꝙ egit & succubuit. Dices tu, hoc est cōtra casum l. si duo. de arbi. vbi lata snīa cōtra vnū ex reis credēdi nocet alij ita demū si sociꝰ est: sed ibi in snīa arbitri, ex qua nulla orit̃ actio: vt C. de arbi. l. j. & lit. cōtest facta corā arbitro, non habet illū effectū, de quo dixi s. ꝓxi. q. sed solū ius si qd̄ est, orit̃ ex cōpromisso. de quo dicemus j. in
19 vj. q. Quinto q̄ro, †de iureiurando. Et videt̃ quodāmodo dicēdo idē qd̄ in snīa. Nā primo vidēdum est de iuramēto delato vni ex reis debēdi, qui iurauit se nō teneri, an alijs prosit? Et dic, aut iuramētū fuit sup facto quasi nō sit debitū: & indistincte ꝓdest alij, siue sint socij siue nō. ar. d. l. duobus. §. fideiuss. s. de iureiur. Aut sup iure, quasi ꝑsona iurātis nō teneant̃:
a & tūc si sunt socij, [a] ꝓdest alteri, alias secꝰ vt l. duobus. §. ex duobꝰ. de iureiur. & ibi no. Aut dubitat̃, vtrū sit iuratū sup facto, vel sup iure: & in dubio videt̃ iuratū sup facto: vt l. si. de iureiu. & glo. hoc tenet in d. l. duobꝰ. s. de iureiur. & qua. re. ac. nō datur l. j. §. si fideiuss. Et si dicis, quare secus in sentētia, vbi nō videtur in dubio iudicatū sup facto, vt s. ꝓxi. q. est dictū. Rñ.
b qa iuramentū habet vim solutionis. [b] qd̄ secus est in sentētia: & hoc videt̃ de mēte
20 illorū gl. cōtra allegatarū. Secūdo est vi
c dēdū, [c] qd si vnus ex reis debendi alteri detulerit iusiurādū, an correo noceat? Dico ꝙ nō: vt s. dixi in sentētia: vt l. iij. §. pe. s. de iureiur. et l. nā postea. §. fi. cū l. seq. eo. ti. Istud est verū quātū ad actionē q̄ orit̃ ex iureiurādo: sed quātū ad pręscriptionē interruptionis alteri nocet. dic vt C. eo. l. fi. cōiūcta l. nā postea. §. si is qui tpali. s. de
21 iureiu. †Tertio videndū est de iureiurā. delato ab vno ex reis credēdi: vtrū alteri noceat? Et dico ꝙ alteri nocet indistincte siue sint socij, siue nō. Nam quū hoc iura
d mētū[d] habeat vim lit. contest. vt d. §. si is q tpali. & ꝓ cōtest. vnius alteri præiudicat̃, vt dictū est in l. fideicō. §. plerūq;. de leg. iij. ergo &c. Sic loquit̃ l. duobꝰ: in pri. s. de iureiu. & gl. hoc sentit in l. si vnus. in prin. s. de pac. Vñ gl. in l. duobus. quę ibi distinguit, sunt socij, aut nō: male loquit̃.
22 Sexto quæro, †de pacto: & primo an pactū factū vni ex reis debēdi, prosit alij. Et cōis doctrina est, ꝙ pactū vni factū ꝓdest alij, si socij sunt: alias secꝰ. Ita no. s. de pact. l. idē in duobus. & tex. videt̃ s. eo. l. eādē. §. j. de arb. l. si duo. de hoc de lib. leg. l. iiij. §. nūc de effectu. Sed certè text. in d. l. eādē. §. j. videt̃ regrere duo, s. ꝙ sint socij & cōis culpa interuenerit. Itē gl. ĩ d. §. nūc de effectu. videt̃ sentire idē, qñ non sunt socij. Vnde ꝓ isto passu declarādo primò oportet videre, qualiter debet intelligi illud qd̄ iura dicūt, siue socij sunt, siue nō de qua societate hic ĩtelligit̃, de hoc sunt multæ glo. Vna est ad Velle. l. vir vxori. §. fi. in gl. magna quæ dicit, ꝙ licet cōiter cōtrahāt, & in cōes vsus accipiāt, nō tñ dicunt̃ socij. Alia glossella in l. seq. ibi idē dicit ꝙ ita demū sunt socij, si hoc est actum: alias secus. Alia gl. est in l. si duo. s. si quis

cau. quæ dicit, ꝙ debet intelligi de socijs oīm bonorū, vel eiusdē obligatiōis. Sed certè inquātū gl. prædictæ intelligūt de socijs omniū bonorū, bene dicūt: sed inquātū intelligūt de socijs eiusdē litis, vel eiusdē obligationis, etiā bene dicūt. & est casus. j. rē ra. ha. l. si qs vni. Sed debes intelligere hoc acto, ꝙ oē cōmodū, vel incōmodū proueniēs ex illa lite, vel obligatiōe sit cōe: & tūc verè sunt socij: vt s. pro socio. l. si vnus ex socijs. in prin. Ita Iac. de Are. tenet s. e. l. eādē. §. j. & l. si duo rei. Hoc pręmisso dico, ꝙ pactū factū vni ex reis debēdi, prodest alteri, s. quantū interest eius cui pactū factū est, secūdū regulā positā s. de pact. l. & hæredi. §. fi. & hoc siue sint socij, siue nō. declaro primò in nō socijs, si factū est pactū vni de non petēdo: si alter cōuētus & exactus haberet regressum cōtra eū cui pactū factū est in totū: qa fortè tota pecunia ad eum peruenerat, vel in partē, si pars pecuniæ tātū peruenit, eatenus sibi pactū proderit. quatenus eius interest, cui pactū factū est. & hoc tenet gl. in d. l. iiij. §. nūc de effectu. de lib. leg. sed si sunt socij tūc idē: qa si alter cōuētus nō esset habiturus regressum cōtra illū cui pactū factū est: vt puta, si ex propria culpa cōuenit̃, tūc pactū factū vni, nō prodest alteri, si esset habiturus regressum ꝑ actionē pro socio: vt quia ex cōi culpa cōuenit̃. Et hoc est qd̄ dicit tex. in l. eādē. §. j. s. eo. ibi si socij sunt, & cōis culpa intercesserit. quasi dicat, secꝰ si ex culpa propria cōueniat̃. Ad vnū

si is qui temporali. & qcquid dixit ibi Gul. de Cu.

23 †tñ aduertēdū est, quia eo casu quo socius cōtra sociū est habiturus regressum: tūc pactū factū vni prodest alijs insolidū: & in hoc differūt à nō socijs. Ad cuius intelligētiā pono exēplū sunt duo rei socij in viginti, facio vni pactū, aliū nō potero cōuenire in decē: quia si ille solueret quicquā repeteret à cōsocio & eodē mō si vnū minimū denariū peterē, illius partē repeteret ab eo cui pactū factū est: cū omne cōmodū, & incōmodū debet esse cōmune, vt s. dictū est. & ideo quia nō potest alter conueniri quin inquietet̃ ille, cui pactū factū eū: iō pactū sibi prodest insolidū. Et hoc vult dicere tex. si bene aduertat̃, s. de arbi. l. si duo. prout loquit̃ in duobꝰ reis debendi. facit s. si quis cau. l. si duo. in prin. & quod ibi no. Sed cōtra prædicta videt̃ l. si ex duobꝰ. de neg. gest. quæ cōtradicit in duobꝰ. Primò, qa denūciatio vnius ex socijs nō prodest alijs, hic secus in pacto. Sed certè, licet ibi sint cōsocij nō tñ erāt correi: quia quilibet tenebatur ꝓ parte: ideo denūciatio impedit pro parte sua tm̄ actionē oriri, sed hic loquimur cū erāt correi insolidū obligati & cōsocij: ideo pactū factū vni simpliciter, solidā obligationē respicit, cū insolidū teneat̃: ideo alijs prodest: quia paciscentis interest, vt dictū est. Sed si poneres pactū esse factū tantū pro parte eius, cui factū fuit pactū: tunc fateor ꝙ alijs nō proficeret: quia esset eadē ratio, quæ est in d. l. si ex duobus. Secūdò oppo. ad id quod dixi, ꝙ etiam si alius pro parte dimidia conuenitur, haberet regressum cōtra aliū: quia hoc videt̃ cōtra ꝑdictā l. si ex duobus. & qd̄ ibi not. in vltima gl. Sed certè gl. j. illius legis dicit ꝙ illa lex non pōt habere locū in socijs omniū bonorum: & ideo inquātū hic loquimur in socijs omnium bonorum, illa lex non obstat. Sed prout hic loquimur in socijs eiusdem obligationis, illa lex cōtradicit. Sol. fortè illa glo. nō bene loquitur: quia tex. dicit, ꝙ ille, qui prohibuit, non debet damnum pati ex persona alterius, nō autē dicit quòd ex persona alterius lucretur: sed si alius communicaret sibi lucrū ꝓueniens ex gestione, & illud quod soluit gestori nō recuperaret, iam lucraretur. Sed posito quòd illa gl. verum dicat? Respondeo, ꝙ ibi prohibitio habet vim solutionis ꝑ parte prohibentis tantū, hic verò pactum vim solutionis non habet: vt not. in l. si vnus. §. sed si generaliter. s. de pact. ideo quia nihil ꝑ parte sua videtur soluisse ille, cui pactum est factum, alter con
24 uentus ab eo repeteret. Habes ergo †ex prædictis: Quandoq; sunt duo socij nō correi: & loquitur l. si ex duobus. Qñque sunt duo correi nō socij: & loquit̃ gloss. in l. iiij. §. nunc de effectu. & s. dixi. Quādoq; sunt duo socij & correi: & tūc aut pactum fit vni pro parte sua tātū, non alterius: & alius potest pro sua parte conueniri: arg. d. l. si ex duobus. Si verò fit simpliciter: dic vt s. dixi. Sed quæro, quę est ratio diuersitatis in
25 ter pactum, & acceptilationem? †Ratio patet, quia acceptilatio vim solutionis habet. Itē quęro, quare aliter distinguit̃ in sententia, & iuramento, & pacto. Respōdeo, ratio est, qa sen

tentia

Universidad de Deusto Biblioteca

tentia & iuramentū declarant debitum non subesse: secus ī pacto. Item iuramentū habet vim solutionis, vt dixi. Vidimus,
26 vtrū pactū factū vni reo debendi, prosit alteri. † Sed q̄ro, an factū ab vno alteri noceat: Dico quantū ad interrūpendā prescriptionem alteri nocet: vt C. eo. l. fi. quo ad alia non reperio q̄ debeat nocere: ergo &c. vt l. si vnus. §. ante omnia. de pact. Non obstat l. penul. j. eo. quia ibi de alio facto loquitur: vt ibi
27 dicemus. Superest, | vt videamus de reis credendi: an pactū vnius prosit, vel noceat alteri. Et hic est aduertendū, quia quędā sunt pacta, quæ pristinam obligationem totaliter perimūt vt acceptilatio, & de hoc dictū est ś. Quædā sunt pacta q̄ pristinam obligationem nō tollunt totaliter, vt pactū de non petendo. Item pactum de cōstituēdo: vt l. item illa. §. fi. ś. de consti. pecu. Quædā sunt pacta q̄ licet primā obligationē totaliter habeant perimere, tamen reliquę remanēt: vt nouatio. Nā noua obligatio loco primæ cōstituitur. Et ista duo genera pactorū quantū ad propositū videntur esse eiusdē naturę: & sic videtur q̄ vnius pactū alteri non nocet: vt ś. de pact. l. si vnus. in prin. In contrariū videtur q̄ nocet. de cōsti. pe. l. idem est. de noua. l. si rem. §. si duo. Glo. in d. l. si vnus. ponit quasdā solutiones, quæ continent merā diuinationē: sed in d. ś. si duo. ponit alias, inter quas ponit hanc. Aut sunt socij: & pactū & nouatio vnius nocet alteri. Ita loquitur §. si duo. Aut non sunt socij: et non nocet. Ita loquitur l. si vnus. in prin. et ita tenet Dy. Certe ista sol. est cōtra casum dictæ l. si vnus. in princi. vbi expresse loqtur in socijs, licet gl. videatur euadere, sed nō pōt euadere sine magna violentia. Vñ Guliel. de Cu. dicit totū cōtrariū. Aut sunt socij: et pactū vnius nō nocet alteri. Idē in nouatiōe: vt d. l. si vnus. in prin. Aut nō sunt socij: et pactū, et nouatio vnius nocet alteri: vt d. §. si duo. Rō huius est: quia quādo sunt socij, debitū est cōe. Vnde vnus nō pōt pacisci in præiudiciū alterius. Sed qñ nō sunt socij: et tūc debitū est cuiuscū-
a que proprium[a]: vnus potest facere quicquid vult: nec alteri in aliquo tenetur. Pro hoc est tex. ś. ad leg. Fal. l. in lege Fal. hoc
b esset seruandū. [b] Istud idē tenet Iaco. de Bel. in corpore eodē.
c Istam opi. puto[c] verā. Do gl. quæ dicit hāc opi. fuisse Azo. in hac l. si ex duobus. licet iste idē Azo in summa aliter dixerit. Dic ergo latius sic: Aut sunt duo rei credēdi, ex cā onerosa: qa mutuauerūt, vel vēdiderūt: vel alio simili modo. aut sunt duo rei credendi ex cā mere lucratiua: vt puta ex cā legati, vel donationis. Primo casu, pactū vnius nō nocet alteri: quia debitū nō est cuiuscunque propriū, sed cōe est magis si pecunia communiter ab vtroq; processit. Casus est in d. l. si vnus. in princi. prout gl. intelligit ibi in socijs re ipsa, nō cōuētione, vt ibi no. & no. in d. §. si duo. Fateor tñ, q̄ si pecunia ab vno tantū profecta esset, pactū ipsius alteri noceret: quia tūc est debitū suū ꝓ priū: ar. ś. ad Maced. l. sed Iulianus. §. nō solū. et §. fi. Secūdo casu distingue, aut sunt socij aut nō: vt ś. dixi. Et secūdū prædictā distinctiōnē debet intelligi. ś. ad Velle. l. quāuis. §. quāquā. & quod ibi no. in gl. Sed hoc videt cōtra l. si duo. ś. de arb. sed statim apparebit. Et aliud genus pactorū, per qd prima obligatio nullo modo perimit: sed persona paciscētis obligat ad pœnā, si cōtrafecit vt cōpromissum. Nā si arbiter vetuit non petere: ius primū remanet incōcussum sine alicuius exceptionis obstaculo: vt l. j. C. de arbi. sed petens incidit in pœnā si socij sunt: alias secus: vt d. l. si duo. Dicetis vos, quæ est rō q̄ hic magis præiudicat factū eius, qui socius est, quā eius qui nō est socius, cum supra proxi. contrarium dixi in pacto? Respond. iste qui promisit, nō culpa gessit: cū negotia cōia gessit ea diligentia, qua sua gessit: vt l. Iocius socio. ff. ꝓ socio. ió si alius socius petit quicquid egerit, debet ei cōpromittēti cōicare: et sic si petit nomine eius videtur peti ad eius vtilitatē: merito ī pœnā incidit. Et hoc dicit tex. in d. l. si duo. Sed in pacto paciscen-
d ti [d] culpa imputatur, cur debitorē liberauit: ió alius socius pōt pro parte sua agere: nec repellitur pacti exceptione: quia illud quod exigit, socio communicare non debet, propter sui culpā: & sic nomine paciscentis non videtur agi. Sed si poneres q̄ id, quod exegit, deberet cōicare paciscenti: dico q̄ nō obstaret pacti exceptio, per d. l. si duo. et si quis cau. l. si duo. in prin. & ibi no. vbi eis casus. et ista sunt subtilia, & de mente iuris ꝓ-
28 cedunt. † Septimo quæro de nouatione: et primo de reis debēdi. Dic aut vnus promittit animo nouandi, & liberādi aliū: et tūc nō est dubiū q̄ alij prodest: qa hoc posset quilibet extraneus: vt l. si Stichū. §. fina. de noua. & l. si debitor tuus. infra de sol. Aut vnus promittit animo nouandi obligationē qua ipse tantum tenetur, hoc expresso q̄ ad alium non prorogetur: et alius nō liberat, quia idem contingit in solutione, vt supra man. l. Papi. de sol. l. Modestinus. & ibi p Dyn. et licet in acceptilatione idem contingat, vt supra dictū est. Aut simpliciter animo nouandi promittit: et tunc dico q̄ vterque liberatur: vt C. ad Velleia. l. si ꝓ vno. & no. eo. ti. l. quāuis. §. quāquam. De pluribus vero reis credendi, an si vnus stipulatus animo nouādi alteri noceat. ś. ꝓ-
29 xi. q. dictū est. Sed circa † vnum posset dubitari qualiter acceptilatio vnius prodest indistincte, et nocet alteri, sed in nouatione distinguitur, cū nouatio habeat vim solutionis, sicut acceptilatio. vt d. l. si rē. §. si
e duo. de noua. Cogita[e], tu prouecte. Sed pone q̄ erant duo rei credendi ex contractu iuris gentium: vnus liberauit reū per stipulationē, et subsecutā acceptilationē, an alteri correo præiudicet secūdū ea quę dicta sunt? Item acceptilatio in eo qd per nouationē nō perimitur, valet iure pacti, non iure acceptilationis, vt infra de acce. l. si acceptolatū. sed pactū non præiudicat simpliciter, vt dictū est. ergo &c. Est ergo in quæstione, an pactū hoc, qd ex acceptilatiōe resultat, hēat eā dē vim, quā habet vera acceptilatio ī p̄iudiciū correi. et vī q̄ sic, vt l. & per iusiurādū. §. et si fideiussor. j. de accepti. Cōtra dico per dicta l. si acceptolatū. & de pactis. l. si vnus. §. pe. Nec obstat §. si fideiussor. quia ibi fideiussor tenebatur verbis, cū aliter teneri nō posset: ideo id eius personam valuit iure accepti-
30 latiōis. Sed quid † de nouatione quæ e fit per delegationē? Respon. siue vnus ex reis credendi delegauerit, siue vnus ex f reis debēdi fuerit delegatus: dico idē ꝓ omnia quod est in vera solutione, et acceptilatiōe: vt d. l. si rem. §. si duo versi. alioquin de noua. Soluit enim qui delegat, vt g supra ad l. Vellei. l. quamuis. §. interdum. & man. l. inter causas. §. abesse. Item ꝓ hāc delegationem liberatur quis a creditore totaliter, sicut ille qui soluit, & cui acceptū ferē, nec pōt vti exceptiōe cōtra ipsū cui delegatus est, vt l. doli exceptio. de noua. Sed ī nouatiōe qñ ꝓmittit eidē cui tenebat prīo: hoc non
31 cōtigit. Facit de noua. l. aliā do. l. q̄ id qd. ī prī. et §. fi. Octauo †
f quæro[f] de cessione. Circa quod dic, aut cessio fit reo debendi, contra quem fit consentiente eo, et tunc idem quod in delegatiōe dictū est, vt d. l. si rē. §. fi. ibi, vel nuptura ipsa. secūdū vnū ītellectū. Aut eo nō cōsentiēte, et tūc aut fit correo suo, et iste correus, cui ceditur, ista cessiōe est liberatus. Casus est singularis ś. de le. ij. l. q̄ duos. Facit de li. leg. l. si is qui duos. Aut fit cessio extraneo, & tūc hæc q̄stio est dupliciter cōsiderāda. Prīo ex parte reorū credēdi. Si ēm vnus cedit actionē sine alio, ille cessionarius ē loco rei credēdi. et sic iter eos erit locus iuri p̄occupatiōis, & solutiōis recipiēdæ sicut primo, vt l. qd ipsis. et l. hæredē j. de reg. iu. & l. minor. in fi. ś. de procur. Scdo ex parte reorū debēdi, vt si cōtra vnū fiet cessio alio inuito, vel ignorā
g te ꝓ hoc alter nō liberat, sicut nec petitiōe[g] facta ab initio, nec ꝓcuratoris cōstitutiōe: vt C. de fideiu. l. fi. tū si cedēs exigeret ab eo, cōtra quē nō facta est cessio, onerat se, cū facto ei' ali',

a ¶ Cuiuscunque. ꝓprium. Pau. de Ca. tenet cōtra in l. si vnus. ī prī. ff. de pact.
b ¶ Hoc esset seruandum. Vide Barto. in l. reos. et quod ibi dixi. ś. eo.
POMATES.
c ¶ Istam opinionē puto veram. Vide Ro. consi. ccix.
POMATES.
d ¶ Sed in pacto paciscēti. Aduerte: quia Bar. hic tenere videt contrariū, cuius tenuit in l. si vnus. ś. ā pact. vbi vult, q̄ imo alter socius possit in totū agere. Sed certe opinio eius hic est verior: vt p Pau. de Ca. ī d. l. si vnus. licet ipse non faciat mentionem de Bar. hic. Et ex tex. hoc habes īferre, q̄ regula l. si socer. §. Lucius. ī. sol. matri. dolo facis. &c. non solū habeat locum quādo sum restituturus ei, a quo peto: sed ēt alij a quo ille in id quod peto, habeat ea usum. qd not. per doctrinam Barto. hic: licet circa hoc multæ difficultātes a doct. mouēātur vt inquit Imo Are. & Besu. & eam præterea æquam appellat Alber. ī d. l. si vnus. ī. de pact. Quid aūt si ēt transactio: qa Bar. tūm loqtur in pacto: vide hic per Imol. cum quo trāsit Besu. et ad hoc vid. aliquid per Besu. in l. si rem. §. si duo. ī. de noua. & Bart. in l. si vnus. ś. de pact.
e ¶ Cogita. Vide per Pau. in d. l. si vnus. in princ. ff. de pact.
f ¶ Octauo quęro. Vide quæ dixi post Imol. in l. non quocūque. §. qui Cauū. ff. de lega. j.
g ¶ In scripto exēplari legitur: sicut nec p ceptiōe facta ab initio, &c. In veneto autem, sicut nec per cōtestationem factam contra vnum, nec p cur. &c. Ale. Losæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

a ¶ Nono quæro. Vide Ange. & Imo. in l. si seruũ. §. nũc videamus. de ver. obl.

Quid aũt de sciẽtia, an sciẽtia vnius noceat alteri. vide Bal. in l. j. C. ad Macedo.

✠ P. P A V. P.

b ¶ Secũdo casu. Vide Com. cõsi. xxiiij. in ci. testator filio iam nato. in j. & ij. colũ.

c ¶ Vndecimo quero. Cum Bart. concor. Pau. de cast. in l. mora rei. ĩ. tit. j.

d ¶ Duodecimo quero. Adde Bart. in l. si insulam. in v. q. ĩ. de verb. oblig.

e ¶ Vt sic vnus. Vide p Imo. tenẽtẽ cõtrarium in l. pen. ĩ. eod.

f ¶ Noceat alteri. Et facit ad q. Bald. in l. falsus. ad fi. C. de fur. q. si vnus ex reis credendi fuit expulsus, & debitor fuit coactus soluere Reipublicæ, an noceat alteri correo credendi in solutione.

g ¶ Decimoquarto q̃ro. Et ista faciunt ad q. an exceptio litis pẽdẽtię, p̃sit alij correo debendi. Bal. q. nõ, in l. fi. C. eo. per Bar. in l. iij. §. j. ij. colum. ĩ. eo. titu.

contra quẽ facta est cessio, liberatus est
31 vt l. si is qui duos. de leg. ij. †Nono quero [a] de cõfessione: an confessio vnius alteri prosit, vel noceat? Et circa reos debẽdi dic, q' vnius cõfessio põt alteri nocere, quo ad interrumpendã præscriptionẽ: vt C. eo. l. fi. p̃desse aũt nõ põt, sicut nec petitio, nec sententia cõdẽnatoria, vt supra dictũ est. Circa reos credẽdi dic, aut vnus ex reis exigit cõfessionem à reo debẽdi: aut ipsi reo cõfessionẽ facit ad eius liberationẽ. Primo casu, si quidẽ in iudicio: alteri nocet. Cũ em̃ cõfessio habeat vim sentẽtiæ, vt ś. de cõfes. l. j. appropriat sibi totũ debitũ multo magis, quã per litis cõtest. si extra iudiciũ, tunc alteri correo nihil p̃ iudicat: cũ talis confessio solã probationẽ inducat: vt l. Publia. ś. deposi. ĩ fi. p̃desse tamen põt ad præscriptionẽ interrumpẽdam: vt ś. eo. l. fi. Secũdo casu dico, q̃ talis confessi habet vim pacti de nõ petendo: vt l. tale pactũ. in princ. ś. de pact. & no. j. de sol. l. si ex plurib'. in prin. & ideo quæ dixi in pacto, hic eodẽ modo dico. Decimo †quero, de successione. Et hic est ad-
33 uertendũ: aut vnus ex reis debendi succedit alteri correo: vel reus credendi alteri correo credendi: & tũc neutra obligatio extinguitur: sed in vnius p̃sona ¦vtraq̃ obligatio durat: vt ś. eo. l. si reus. & j. de fideius. l. generaliter. & l. si reus. & j. de sol. l. si duo rei. Aut. creditor, q̃ solus erat, succedit vni ex reis debẽdi: & de hoc est casus in l. Vrãnius. j. de fideiusso. Ex qua colligit' talis distinctio: aut illi rei debendi erant socij: & ab alio cui nõ est successum põt solum pro parte peti: vt ibi patet. Aut nõ erãt socij: & tũc ab alio correo de rigore põt creditor petere solidũ debitũ: vt ibidẽ patet in tex. Aut quęris de æquitate inspecto obstaculo exceptionis: & tunc aut fuerũt constituti duo rei ex causa onerosa, q̃a fuit eis mutuatũ: aut ex causa lucratiua, q̃a ex mera liberalitate p̃miserũt, vt duo rei. Primo casu, aut ad correũ, cui creditor succedit, p̃uenit pecunia mutuata ĩ totũ, vel in partẽ: & eatenus creditor agẽs exceptione repellit' has regulas: primo q̃a pro ea parte nõ põt cedere actionem contra seipsum: ergo &c. vt l. Stichũ. §. penul. j. de sol. & no. gl. in d. l. Vrãnius. Secũdo, q̃a si exegisset, tenet' illi ex actio, p̃ parte illã: vt no. C. eo. l. j. & dixi ś. eo. l. reos. vnde dolo facit, q̃a petit, &c. Si vero ad illum reum, qui successit, nil p̃uenit: tũc in illa parte obstat exceptio: cũ causa dandæ exceptionis nõ subsit. Secundo ca-
b su, [b] q̃ñ ex mera causa lucratiua: idẽ, q̃a in nulla p̃te exceptione repellitur, cũ nulla causa dãdæ exceptionis subsit: vt l. in lege Falcidia hoc esse seruandũ. ad leg. Falcid. Idẽ puto, si vnus ex pluribus reis debendi successit creditori, qui solus erat. Nã in modo petẽdi ab altero idẽ iuris est, quod supra dixi. Aut vnus reus debẽdi, qui solus erat, successit vni correorũ credendi: & tunc idem quasi: quia tunc alter correus potest ab eo petere partem, si sunt socij: vel si nõ sunt socij, petat ab eo partẽ, quæ ab eo profecta est. Vel si ex mera liberalitate fuerũt constituti duo rei credendi. alter potest totum petere: arg. eorum quæ dicta sunt. & ś. solu. mat. l. si socer. in prin. Idem si vnus reorũ credendi successit reo debendi, qui solus erat, eadem ratione. Aut vnus vnus ex pluribus reorum credendi successit vni ex pluribus reis debendi vel ecõtra: & tũc quid iuris sit, habes ex prædictis. Sed circa hoc posset dubitari, nõne successio pro solutione est: vt j. de fideius. l. si debitori creditor. & l. Stichũ. §. aliquando. j. de solutio. sed per solutionẽ vnius, vterq̃ liberat', vt dictum est, ergo &c. Sol. patet ex his quæ dixi in l. si his q̃ pro emptore. in penul. q. ś. de vsuca. & tangit' per gl. in d. l. si so
34 cer. ś. solut. matri. & in d. l. Vrãnius. Vndecimo †quero [c] de
c mora, an mora vnius alteri prosit, vel noceat? Et primo videamus de reis debendi. & circa hoc est magna dissentio in glo. Nam in l. mora. §. fina. ś. de vsur. dicit, quod non nocet. C. eo. l. fi. j. e. ti. l. pen. videt' dicere cõtra. & quælibet earũ gloss. variat. Vnde dic, aut quæris vtrum mora vnius alteri noceat quo ad impediendũ cursum præscriptiõis cõtra creditorem, & nocet sicut si vtriq̃ facta esset interpellatio: vt C. eod. l. fi. Aut quæris vtrum noceat quo ad hoc vt quilibet teneatur de interitu: vel ad vsuras: & tunc aut sunt socij: & nocet. infra eo. l. penul. Aut non sunt socij: & non nocet: vt l. mora. §. fi. ś. de vsur. Ita tenet gl. in l. vnicuiq̃. j. de regu. iur. alias est §. in l. in condẽnatiõe. Idem tenet Dy. extra de re. iur. in c. mora. in fi. lib. vj. Ratiõe. Idem tenet Dy. extra de re. iur. in c. mora. in fi. lib. vj. Ratio potest esse: quia sicut pactum vnius prodest alteri, ita no-
35 cet. Sed iuxta prædicta †quero, quid econtra, creditor fuit in mora recipiendi quo ad vnũ ex reis debẽdi, qui ponamus, obtulit pecuniã debitã, quæ postea perempta est. an alteri hoc prosit? Credo q̃ sic indistinctè: q̃a quolibet alio extraneo offerente prodesset vt C. de capti. & postli. reuer. l. cũ & postli-
36 modũ, & c. facit quod no. C. de sol. l. obsignatione. Est etiã †videndũ circa reos credendi, an vnius mora in recipiendo alteri noceat. Et dico q̃d sic indistinctè. Cùm enim quilibet posit solutionẽ recipere, vt l. si vnus. in princ. ś. de pact. & l. si rẽ. §. si duo. j. de noua. & mora eius qui potest solutionẽ recipere, noceat ei, ad quem res pertinet, posito q̃ nullũ ius habeat in re, sed sit nudus minister, vt l. si p̃ te. C. de vsu. & de act. & obli. l.
37 traiectitiæ. in prin. ergo multò magis in casu nostro. Sed †q̃d si mora facta est vni ex reis credendi, vtrũ alteri prosit? Et cõstat q̃ sic quo ad interrumpendã p̃scriptionẽ: vt C. eo. l. fi. Idẽ credo quo ad perpetuandã actionẽ, vt reus teneatur de interitu: quia idẽ esset in quolibet extraneo ĩterpellãte: vt ś. de vsur. l. si quis solutioni. & q̃d no. ś. de verb. obli. l. si seruum. §. nũc vi-
38 deamus. Ite iuxta †prædicta quero: pone q̃ Primo creditor fuit in mora vno ex duobus reis offerẽte. Secdò creditor interpellauit alium reum, qui nõ obtulit: an p̃ hoc videatur purgata mora creditoris. Quo ad primũ dico q̃ nõ: vt l. mora. ś. de
39 ver. obl. Duodecimò †quero, [d] de culpa: an culpa vnius alte-
d ri noceat. Circa q̃d dic: aut duo rei cõstituitur in cõtractu cuius obligatio cõmittit' ratione culpæ ad interesse: & tũc vnius
e culpa alteri nocet, vt sic vn' [e] ex facto alterius teneat: vt C. locca. l. si diuersa. & ś. loc. l. cũ apparebit. & ś. e. l. eandẽ. Si autẽ cõstituũtur duo rei ad aliquã speciem: ad quã statim cõmittitur obligatio sed ratione culpę perpetuet' quia de interitu tenet' & tũc dic idẽ, q̃d supra dictũ est in mora: vt l. pen. j. eo. & ibi est casus scdm vnã lect. Prædicta vera, nisi culpa esset cõmissa in his, de quibus ś. specialiter dictum est: quia tunc dic vt dixi.
40 Sed an †culpa vnius ex reis credẽdi noceat alteri? Respon-
f deo, in acquirẽdo, hoc est, in faciendo cõmitti stipulationẽ nocet si socij sunt: vt l. si duos. ś. si quis cau. In alijs dic vt dictum
41 est ś. de pacto & mora. †Decimotertio quero de rescissiõe, vtrũ recissio facta in persona vnius, cũ omnes essent liberati, ista liberatio in persona vnius rescindat', an alteri noceat. Dic aut liberatio rescinditur in persona eius cui principaliter est facta, & alteri nocet: vt ś. ad Velle. l. si pro vno. & de his quæ in frau. credi. l. fi. circa prin. Idem si ab initio in eius persona ipso iure nõ valuit: vt l. si sponsus. §. j. de do. inter virũ & vxo. Prædicta puto vera, nisi ille actus per quẽ liberatio contingit, dolo creditoris intercesserit ar. j. de fideius. l. si Titius. j. de sol. q̃ res. in prin. Si vero rescissio cõtingit in persona eius, ad quem liberatio porrigit' per quandam cõsequentiam: & tunc alteri non noceret: vt d. l. si sponsus. §. j. de libe. lega. l. si qui duos. & ibi no. Sic debet intelligi de do. causa mor. l. senatus. §. si duo
g bus & quod ibi no. Decimoquarto [g] & vltimo, †quero generaliter de qualibet exceptione: vtrum exceptio cõpetens vni
41 ex duobus reis debendi porrigatur ad alium. de exceptionibus loquor, de quibus supra dictum nõ est specialiter. Et dic aut excepsio est mere p̃sonalis. & ad aliũ nõ porrigit' sicut ad fideiussorẽ: vt l. exceptiones. de exce. cum si. Aut sunt aliæ exceptiones, quæ ad fideiussorẽ porrigunt': & tunc aut quæsitus color: quia in veritate fideiussor erat, & non vt correus ad eum porrigit': vt l. sed Iulianus. §. j. ś. ad Mace. Aut non hic color quæsitus: & tunc aut erant socij: & vnius exceptio porrigitur ad alium: vt ś. eod. l. si duo rei. Aut non erant socij: & tunc si quidẽ obligauerunt se ex causa onerosa qui mutuo acceperunt: & tunc eatenus competit exceptio alteri, quatenus ad eum

a ¶ Nono quero. Vide Ange. & Imo. in l. si seruũ. §. nũc videamus. de ver. obl.

Quid aũt de sciẽtia, an sciẽtia vnius noceat alteri. vide Bal. in l. j. C. ad Macedo.

✠ P. P A V. P.

b ¶ Secũdo casu. Vide Com. cõsi. xxiiij. in ci. testator filio iam nato. in j. & ij. colũ.

c ¶ Vndecimo quero. Cum Bart. concor. Pau. de cast. in l. mora rei. ĩ. tit. j.

d ¶ Duodecimo quero. Adde Bart. in l. si insulam. in v. q. ĩ. de verb. oblig.

e ¶ Vt sic vnus. Vide p Imo. tenẽtẽ cõtrarium in l. pen. ĩ. eod.

f ¶ Noceat alteri. Et facit ad q. Bald. in l. falsus. ad fi. C. de fur. q. si vnus ex reis credendi fuit expulsus, & debitor fuit coactus soluere Reipublicæ, an noceat alteri correo credendi in solutione.

g ¶ Decimoquarto q̃ro. Et ista faciunt ad q. an exceptio litis pẽdẽtię, p̃sit alij correo debendi. Bal. q. nõ, in l. fi. C. eo. per Bar. in l. iij. §. j. ij. colum. ĩ. eo. titu.

Universidad de Deusto Biblioteca

ad eum cui exceptio sine dubio cōpetit, peruenit de pecunia: vt dicta l. sed Iulianus. §. item si duos. ad Maced. Si verò obligauerunt se ex mera liberalitate: & tunc exceptio vni cōpetens non prodest alteri, si non sunt socij: vt dicta l. si duo. §. eodem l. si ex duobus. §. j. §. eodem.

1 ¶ Nominatim fieri dicitur etiam quod fit nomine appellatiuo.
2 Nominati per relatiuum quis uel qui, non uidentur nominati nominibus proprijs. 17.

SIue à certis. Hæredes in dubio videntur proportionibus hæreditarijs grauati. hoc dicit. Oppo. de l. Turpia. §. fi. §. de lega. j. & l. nonnunquā. §. ad Trebel. Glo. dicit, ꝙ nominatim potest intelligi nomine proprio: & sic intelliguntur cōtraria. Item nominatim po-
1 test intelligi nomine appellatiuo: vt hic. Et tene mēti, † quia nominatim dicitur fieri etiā nomine appellatiuo. Facit §. de libe. & posthu. l. Titius testamento. in prin. Item opp. ꝙ quilibet videtur grauatus insolidum: vt l. si ex toto. §. j. §. de lega. j. Sol. dicūt quidam ꝙ ibi testator expressit, sed diuinare est. Alij ꝙ ibi verbum dato, bis fuit expressum, & sic duæ fuerunt orationes. quod nō placet: quia tūc quilibet teneretur ad diuersa decē, nec essent duo rei: vt §. eo. l. ij. & ibi dixi in prima quæstione. Alij dicunt, & ista est vera, quòd ibi alternatiuè: hic copulatiuè. Item oppo. §. eo. l. eandem. in princ. vbi etiam copulatiuè. Sol. ibi testator hoc expressit secūdum verā opi. Vltimò aduerte gl. hic in fi. quæ dicit, si testator dicit duos hæredes, quos primò nominaui, &c.
2 videtur eos nominare nominibus appellatiuis: & sic † nominati per relatiuum quis vel qui, non videntur nominati nominibus proprijs. quod est verum: vt l. si pater filio. §. de vulg. & pupil. licet Cy. & vltramontani contra: vt no. in l. fin. C. de impu. & alijs sub. per l. Lucius. §. Lucius. de leg. ij. Sed illa non obstat, vt ibi dixi. Item scias ꝙ glos. quæ est §. de sta. lib. l. si quis testamēto. facit differentiam, vtrum nominetur pars hæredum, an omnis hæres: quod est contra hanc legem. sed pro illa facit l. turpia. §. fina. §. de leg. j. Sed dic vt ibi p. gl. & plenius ibi dixi: & de quibusdam ibi quæsiui, quæ videre potes, si vis. 18.

EX duobus reis. Factum vnius ex reis debēdi nocet alteri. hoc dicit. Oppo. de l. mora. §. fina. §. de vsur. Plures sunt opi. vna Pla. non est vera. Breuiter hic sunt socij: ibi non. & glo. videtur tenere eam in l. in condemnatione. §. vnicuiq;. j. de reg. iur. Dy. in ca. mora. circa finem. de reg. iur. lib. vj. Oppo. de l. fina. C. eo. Sol.
2 quantum ad interruptionem [a] præscriptionis, factum vnius nocet alij: quantum ad alia nō, nisi cum distinctione, aut sunt socij: & nocet, vt hic. aut non sunt socij: & non nocet: vt l. mora. in fi. §. de vsur. Et ratio est interruptio præscriptionis: quia tractatur in præscriptione de lucro captādo, cum iniuria alterius: vt l. si is cui. §. j. & l. si quis vxo. §. pe. & quod ibi not. j. de furt. & quando sunt socij quo ad alia nocet: & tunc ratio est: quia sententia lata pro vno, prodest alij: vt l. si duo. §. de arbi. & l. eandē. §. eo. & ideo cum commodum habeant, incommodum habere debent. Facit quod plenè dixi in l. duobus. §. eo.

1 ¶ Diuersitas quæ sit, quæ impediat constitutionem duorum reorum.
2 Plures si fecerunt pacem cum pluribus, & promiserunt se inuicem non offendere sub pœna, & unus offendatur: an omnes ex parte offensi possint agere insolidum tanquàm correi, & omnes ex parte offendentis teneantur insolidum.
3 Si plures ex delicto tenentur cuiliter, non sunt correi.
4 Plures qui tenentur ex quasi maleficio non sunt propriè & uerè duo rei.
5 Pater & filius in obligatione ex causa peculij profectitij, quòd non sint duo rei.
6 Plures rei debendi dicuntur, quando plures insolidum debent idem uerè uel fictè ex una eademq; causa principaliter, & ex uoluntate.
7 Plures rei credendi sunt, quando pluribus insolidum debetur idem uerè, uel fictè, ex una eademq; causa principaliter, & ex uoluntate. 19.

CVm duo. Si persona vnius ex correis debendi ab obligatione eximitur, obligatione remanente alter non liberatur, & potest illi obligationi fideiussor accedere. hoc dicit. Oppo. & videtur, quòd per deportationem non liberetur, imò remanet obligatus naturaliter: quia retinet ea, quæ sunt iuris gentium: vt l. quidam. j. de pœ. Timore huius contrarij sunt glos. contrariæ. hæc glos. dubitat, nec se firmat: sed in l. vbicunque. infra, de fideiusso. tenet, quòd remanet obligatus naturaliter. Sed in l. si debitori. eo. tit. tenet, ꝙ nullo modo remanet obligatus. In l. j. C. de fideiuss. tenet quòd vtraque obligatio remanet, sed obstat exceptio. Et dic quòd est veritas, quòd omnino est liberatus, non quòd tollatur obligatio, sed transfunditur in fiscū: quia succedit: vt gl. dicit in l. si debitori. j. de fideiusso. Casus est in l. quoties. in fi. j. de noua. quia si contingeret deportatū obligari naturaliter, tūc sequeretur ꝙ nouaretur prima obligatio, prout gl. ibi innuit, & male: quia cōtra illū tex. Et illud est bonū scire, pro exbannitis, quorum bona omnia publicantur. Opp. hic dicitur, ꝙ potest fideiussor accedere, cōtra l. si debitori. j. de fideiusso. Aut accedit obligationi, qua tenetur deportatus: & non possumus, quia nulla est. Aut pro obligatione illa simpliciter: & tunc quia non est extincta, potest fideius-
1 sor accedere. † Primo, quæro gratia huius, quæ diuersitas impediat constitutionem duorū reorū? Circa quod dico, ꝙ qñq; est diuersitas obligationis contractę tempore: quia vnus obligatur vl' obligat vno tempore, alius alio: & tunc aut est diuersitas modici tpis: & nō impeditur constitutio duorū reorū: vt l. duos. §. fi. §. eo. Aut interuenit interuallū longū: & tunc aut fuerunt duo simul interrogati: vel simul interrogauerunt, & vnus statim, alter ex interuallo respondet, vel alteri ex interuallo responsum est: & vitiatur constitutio duorum reorum debendi, & credendi: vt l. si ex duobus in princ. §. eo. Aut separatim quilibet fuit interrogatus, & quilibet interrogauit: & sic separatim est rñsum ex interuallo respectu obligatiōis præcedētis, sed incontinenti respectu factæ interrogationis: & tūc aut in sequēti obligatione fuit habita mentio primæ, vel expresse hoc actū ꝙ essent duo rei: & non impeditur constitutio duorū reorum: vt l. iij. in prin. §. eo. facit de sol. l. Modestinus. Aut in secunda obligatione non fuit facta mentio primæ: & non erunt duo rei: vt Insti. eod. §. j. Quandoq; est diuersitas in obligationis forma: vt puta, ego emi, & ex causa emptionis promisi pretiū, alius promisit idē pretiū per stipulationē cū ipse nō emeret. tunc vitiatur cōstitutio duorū reorū: quia omnes leges, quæ de duobus reis loquuntur, dicunt quod constituuntur eodem cōractu, vel stipulatione, vel alio modo: vt l. j. & ij. & l. eandē. in prin. §. eo. & probatur de in rem ver. l. si pro patre. §. fi. vbi pater, qui obligatur ꝙ iussu, & filius qui obligatur mutuo, non dicuntur duo rei. Hoc etiā patet in principali, & fideiussore, qui non sunt duo rei, vt dictū est: quia diuersis obligationibus tenentur. Præterea, ex diuersitate formæ obligādi inducitur diuersitas causę: vt patet in exēplo præmisso: sed diuersitas causę impedit constitutionem duorum reorum, vt statim dicam, ergo &c. Non obstat l. reos. §. eo. vbi dicit, diuersis actionibus: quia expone vt consueuit ibi dici, & j. dicam. Quandoq; est diuersitas in obligationis substantia, quia licet eadem forma promittant, vnus obligatur naturaliter, & ciuiliter, alter naturaliter tantū: & tunc non impeditur cōstitutio duorū reorum: vt l. si ex duobus. §. j. §. eod. Quandoq; est diuersitas in obligationis causa: quia licet eadem quantitas sit promissa, tamen causa obligatiōis aliter respicit vnū, aliter aliū: & vitiatur constitutio duorū reorū: vt §. de interro. act. l. qui seruū. & ibi glo. magna. & §. eo. l. si id qd. prout loquitur ibi in dote. Quandoq; est diuersitas in re, quæ in obligationem deducitur: & tunc vitiatur cōstitutio: vt l. si id ꝙ. §. eod. Quandoq; est diuersitas in obligationis qualitate: & hic est aduertendum, aut talis diuersitas superuenit post constitutionem reorum iam factam: & non vitiatur: vt l. eandem. §. sed si qs. ij. responso §. eodem. Aut ista diuersitas fuit ab initio: & tunc aut est impossibile talē diuersitatem reduci ad paritatem: & vitiat constitutio duorum reorum: vt d. §. sed si quis. j. respon. Aut pōt reduci ad paritatem: vt si est diuersitas temporis, vel conditionis, vel loci. Nam in quolibet prædictorum possibile est venire tempus, quo vterq; æqualiter teneatur: & non vitiatur constitutio duorum reorum: vt l. ex duobus. in prin. & l. eandem. §. fi. §. eod. Insti. eodē. §. fi. Et si dices, quę est ratio, ꝙ istę diuersitates impediunt cōstitutionē duorū reorum? Respon. licet obligatio duorū reorū in veritate sint plures obligationes, vt. l. eandem. in fin. §. e. & l. reos. in princ. ibi: diuersis actionibus. & l. si reus. §. eodem. & de fideiuss. l. generaliter. & l. si reus. & Insti. eo. §. j. tamen lex vult ꝙ habeat tantum effectū vnius obligationis: vt Insti. eod. §. j. supra eo. l. iij. §. fi. de solu. l. qui hominē. & ideo quia loco vnius habetur talis diuersitas, quę ad paritatem non potest reduci, non admittitur: quia quādo esset tanta diuersitas, ius nō posset fingere quod loco vnius haberentur: vt supra eodem. l. nemo. Sed posset dici, diuersitas qualitatis in diem, vel conditionem, vitiat sti-

a ¶ Ad interruptionē. Vide aliquos casus enumeratos p Bart. §. l. si cōstāte. in vij. q. §. sol. matri. & adde hic ad Bar. §. l. cū qs. §. si qs. p reo. j. de so.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

a ¶ Secundo quæro. Et de hac qõ. vide Bar. in rede. authen. hoc ita. C. eo. & in l. ope. ī. de ope. lib. & Bal. in l. ij. C. de lib. & eo. libe. circa mediũ. & Ang. ī l. ſi ſeruus. §. ſi pluriũ. ī quis cau. & vide Bar. & q̃ ibi dixi ī l. ſi id q̃. ī. eod. & ibi Pau. de Caſt. adde Bal. cõſi. ccxxj. ij. vol.

b ¶ Tertio dico. Oſa vſq; ī fi. ponit Bart. in d. auth. hoc ita. in repeti.

c ¶ Quarto quæro. Qſi plures ſunt obligati ex quaſi maleficio, an ſint correi, dic q̃ nõ. q̃ ſequit̃ in l. i. C. de cõdic. furti. & Bal. ī l. j. in j. col. C. ſi plures vna ſen. Sed pone. ſtatutũ imponit pœnã hoc modo videlicet, imponimus pœnã Capitaneo & antianis in cẽtũ dicit Bald. poſt Cy. in auth. cã quæ fit cõ monacho. C. de epiſ. & cle. q̃ quilibet habet pro dimidia tantũ. Sed qd̃ in obligatione in ſentẽtia ex maleficio, vide Bal. in l. j. in j. col. C. ſi plures vna ſententia.

pulationẽ: vt ſ. tit. j. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. Quare non vitiat conſtitutionẽ duorũ reorum? Rñdeo: quia ibi loquitur in ſtipulatione, quę eſt vna ſecundũ veritatẽ, & ſecundũ fictionẽ: vnde diuerſas qualitates nõ recipit: arg. ſ. de vſuca. l. eũ qui ædes. hic ſunt plures obligationes vere, licet vna in effectu: & ideo potes diuerſas qualitates recipere: vt l. rerũ miſtura. §. fi. de vſuca. †Secundo quero: [a] plures fecerunt pacẽ cum pluribus, & promiſerunt quilibet inſolidũ ſe inuicẽ non offendere ſub pœna mille: vnus fuit offenſus: an oẽs ex illa parte poſſint agere inſolidũ tanq̃ correi credendi? & an omnes ex parte offendentis teneantur inſolidũ, vt rei debendi? Vidi quoſdã, qui ſe reputant multa ſcire, tenere q̃ ſic. ſed hoc falſum eſt. Nã prout in obligatione venit non offendere, cohęret perſonę cuiuslibet ſtipulantis, & promittentis. Alia enim eſt offenſa in perſona vnius, alia in perſona alterius: & ſic nõ ſunt duo rei actiue & paſsiue: qa eſt diuerſitas in re: vt d. l. ſi id. q̃ ſ. eo. Si vero iſtã obligationẽ recipiamus, prout continet pœnã: tunc idem, quia reſultat diuerſitas cauſæ. Nã ei qui eſt offenſus, debet̃ dicta pœna ſuo noĩe, & ſuæ offenſionis nomine. Alijs vero deberet̃ noĩe offenſionis alienę, ſeu alieno nomine: & ſic vitiat̃ cõſtitutio reorũ: vt dicta l. ſi id qd̃. in exẽplo de dote: q̃ eſt verũ, qñ ille prouincialis nõ eſt correus alijs: ſed alij, ſi ſunt plures, & obligatio pœnalis ex vna offenſa eſſet cuilibet. & à quolibet facta inſolidũ: vñ poſſent eſſe correi inter ſe: quia non reſultat diuerſitas cauſæ. Nã quilibet, vel cuilibet debetur
b ex offenſa aliena. Tertio dico, [b] quod ſi pœnalis ſtipulatio fuit ſimpliciter adiecta, quod intelligatur ſecundum naturam præcedentis ſtipulationis. vt quilibet videatur promiſiſſe pœnam pro ſua offenſa tantum, & cuilibet videatur eſſe promiſſum pro offenſa facta in perſona ſua tantum: argu. de vſuris. lege ſi ſtipulatus. & de lega. primo. l. ſi legati ſerui nomine. de dam. infect. l. damni infecti quidam. ſupra. de verbo. obl. l. inter ſtipulãtem. in prin. cũ gl. ſua. Si vero in ſtipulatione fuerit expreſſum, q̃ pro vna offenſa ſit pœna promiſſa cuilibet inſolidũ actiue, & paſsiue: tũc dico q̃ non ſunt correi, per ea quæ dicta ſunt: & de rigore vno ſoluente, alius remanet obligatus: & ſi vni ſoluatur, alteri remanet actio: ſed de æquitate obſtat exceptio: vt l. ſi id q̃
3 in fi. ſ. eodem. †Tertio quæro, plures ex delicto tenentur inſolidum ciuiliter, an ſint correi? Breuiter reſpondeo q̃ nõ: quia nõ tenẽtur ad idem numero, licet teneantur ex eadẽ cauſa. q̃ apparet ex eo q̃ vnius ſolutio nõ liberat aliũ: vt l. ſi quis id q̃. §. fi. ſ. de iuriſdi. om. iud. & l. itẽ Mela. §. ſi plures. ad leg. Aquil. C. de condi. fur. l. j. & ideo nõ põt dici vna obligatio in effectu: q̃ requirit natura correorũ. Item ſententia lata pro vno, prodeſt alteri regu
4 lariter: vt l. denunciaſſe. §. fi. de adul. †Quarto quæro, [c] quid ſi
c plures tenẽtur ex quaſi maleficio, an ſint correi? & iſtud eſt dubium. Videtur q̃ nõ, ſed quilibet teneatur pro parte: vt l. fi. §. plures. & ibi no. nau. cau. ſta. & no. per gl. Inſti. de ob. quæ ex quaſi delic. § fi. In contrariũ videtur. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. in fi. & l. ſequenti. & ſequẽ. q̃ no. ſ. de act. & oblig. l. ex maleficijs. §. is quoq; ex cuius. in vlt. gl. §. quid dicemus? Dico, q̃ nõ ſunt proprie & vere duo rei, ſed quodammodo ſicut plures tutores erunt quaſi duo rei, licet non per omnia: vt dixi. ſ. in l. eadem. vj. q. Qd̃ apparet: quia ſicut illi tenẽtur inſolidũ ex quadam neceſsitate legali: ita iſti ex quaſi maleficio. vt d. l. j. in fi. de his qui deie. Item ſicut inter illos eſt beneficiũ ordinis, vt prius conueniatur gerens, quã nõ gerens: ita inter iſtos, qui tenentur ex quaſi maleficio, vt prius conueniatur faciens quã alij. vt l. ſi vero plures. §. interdũ. de his qui deie. vel effu. & no. eod titu. l. ij. Item ſicut inter illos vnus ſoluens habet contra alios beneficium vtilis actionis: ita inter iſtos: vt l. ij. de his qui deie. vel effu. Item ſicut inter illos eſt beneficium diuiſionis: ita inter iſtos, eadem ratione. Ita intelligi debet d. l. fi. licet noſtri doc. hoc non declarauerint. Item apparet quod vnius ſolutio liberat alios: vt d. l. j. in fin. cum l. ſequen.
5 †Quinto quæro, filius acquiſiuit obligationem ex cauſa peculij profectitij: & ſic etiam hodie acquiritur patri, licet apud filium remaneat naturalis: vtrum pater & filius erunt duo rei credendi? Et videtur quod ſic: quia quamq̃; apud vnum ſit ciuilis, apud alium naturalis: ſi tamẽ ad idem ex eadẽ cauſa, non impeditur cõſtitutio duorũ reorũ: vt l. ſi ex duobus. §. j. ſ. e. & hoc tenet gl. ſ. de condi. inde. l. frater à fratre. in prima gl. magna. Pro hoc videtur tex. ſ. de pac. l. ſi vnus. in prin. Cõtrarium credo q̃ non ſunt correi. Primo, quia hic eſt diuerſitas in cauſa. Nam filio debetur ex ſuo contractu, patri ex diſpoſitione legali. Præterea, ſi eſſent correi, debitor poſſet ſoluere filio etiam patre prohibente, argu. l. vero procuratori. §. j. de ſolu. & l. aliud. ſed filio non poſſet ſolui patre vetente, vt l. quod ſeruus. ſ. depo. & j. de ſolu. l. ſi quis ſeruo. ergo. &c. Præterea, quia pactum filij, vel iuſiurandum ab eo delatum patri, non nocet. ſ. de pact. l. contra iur. §. fin. & l. quanto magis. de iureiu. cum ſimi. quod ſecus eſt in duobus reis, vt j. dicam. Non obſtat gloſſ. l. frater à fratre. quia ibi eſt dictio quaſi, quę eſt nota. improprietatis. Idem dico in l. ſi vnus. filius & pater æquiparentur duobus reis credendi: quia vtriq̃; poteſt ſolui ante prohibitionem patris, non tamen ſunt duo rei: ſed magis eos æquiparo cedenti & ceſsionario: vt l. iij. C. de noua. Sexto & vltimo concludo circa præmiſſa duas regulas. Prima eſt, †quod plu
6 res rei debendi ſunt quando plures inſolidum debent idem vere vel ficte ex vna eademq̃; cauſa principaliter, & ex voluntate. Expone iſtam regulam: plures inſolidum, dixi: quia ſecus ſi pro patre: vt l. reos. §. cum in tabulis. ſupra eodem. & C. eodem. authẽ. hoc ita. Idem, dixi: quia ſecus ſi diuerſum. Vere, vel ficte, dixi: propter ea quæ dixi ſupra eodem. l. nemo eſt qui neſciat. Ex vna eademq̃; cauſa, dixi: propter ea quæ dixi ſupra eadem l. in ſecunda quæſtione principali. Principaliter, dixi: quia ſecus in acceſſorijs. vt dixi ſupra eodem. l. eandem. in quinta quæſtione. Ex voluntate, ideo dixi: quia ſi ex neceſsitate, non ſunt proprie duo rei, vt plures tutores: & dixi ſupra eodem l. eandem. in vj. quæſtione vel plures ex quaſi maleficio: vt hac eadem. l. in quarta quęſtione. vel ex natura rei: quia indiuidua, vt dixi ſupra eodem. l. ij.
7 in tertia quæſtione. †Secunda regula eſt, quod plures rei credendi ſunt, quando pluribus inſolidum debetur idem vere, vel ficte, ex vna eademq̃; cauſa principaliter, & ex voluntate. Principaliter, dixi: quia ſecus ſi vni principaliter, alij ex conſequentia vt dixi hac l. in prima ſecunda & quinta quæſtione. Cætera verba ſunt expoſita ſupra. Et hanc materiam, qualiter conſtituuntur duo rei, habes expeditam inter has leges, videlicet ſupra eodem. lege ſecunda. & lege nemo eſt qui neſciat. & lege eandem. & hac lege.

De ſtipulatione ſeruorum. *Rubrica.*

1 ☞ *Procurator debet ſtipulari ſibi procuratorio nomine domini, non domino.*
2 *Tutor vel curator quando ſtipulantur, qualiter concipiant ſtipulationem. remiſſiuè.*
3 *Hic titulus, qui loquitur in ſeruo, habet locum in monacho ſtipulante ſibi, vel monaſterio.*

LEX I.

Cum ſeruus ſtipulatur.

Opponitur infra eodem. lege ſecunda. & lege ſeruus communis Mæuij. Gloſſa dicit, quod hic eſt regulare. fallit ibi. & in alijs caſibus hic notatis. & in quolibet eorum ratio videbitur. †Quæ
1 ro, an ſit differentia ſi procurator ſtipularetur ſibi, vel domino? Et quidam quod ſi ſtipulatur domino, idem eſt, ac ſi ſtipularetur extraneo: ſed ſi ſibi procuratorio nomine, valet. & vide gloſſam. Iſtam gloſſam non tenui vobis ſimpliciter: quia etiam ad hoc vt actio quæratur ſibi, eſt neceſſe quod verba conferantur in perſonam ipſius: vt dixi: in lege ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. de verborum obligationibus. & dic vt ibi dixi.
2 †Quæro quid de tutore, & curatore? Dic vt in glo. & bene: tamen plene d. §. ſi quis inſulam. dixi. & iſtam gloſſam teneatis.
3 †Vltimo ad oſtendendam vtilitatem huius materiæ, idem dico in

Universidad de Deusto Biblioteca

a in monacho [a] stipulante sibi, vel monasterio, quod hic titulus di
b cit in seruo [b]: arg. eius quod not. §. de acquir. pos. l. cum hæredes. §. fina. & quod ibi dixi.

Si seruus tuus. Stipulatio inutilis non tollit domino rei vendicationem. h. d. Opp. de l. ij. supra, si certum petatur. Sol. hic in stipulatione inutili: ibi in stipulatione vtili.

1 ☞ An per sequentem stipulationem tollatur obligatio nata ex numeratione.

Si seruus communis meus. Stipulatio facta vni, nõ tollit certi condictionem ex mutuo alteri acquisitam. hoc dicit.

Oppo. de l. si ita fuero stipulatus. & l. cum enim. j. de noua. Sol. ibi fuit stipulatus ille, qui mutuauit: hic alius: vt vidistis in. l. qui Romæ. §. Chrysogonus. Quæro, quare vterq; non potest petere. Et ratio est, ne teneatur soluere vterq;: quia bona fides non patitur: vt l. qui bis. §. de verbo. obliga. Sed quæro, quæ est ratio quare magis datur actio illi, cuius nomine fuit mutuata? Dic ra
1 tionem, per l. bona fides. §. depo. & doc. allegant istũ. §. An † per sequentem stipulationem tollatur obligatio nata ex numeratione? quod dic plenè, vt §. si cer. peta. l. certi condictio. §. quoniam. & plenè per Cy. C. si cer. peta. l. ij.

e ¶ Post mortẽ. verũ mandatum conferri posit post mortem meã, & de hoc vide late per Ange.in repe.huius l.per eũdẽ in disputatione sua. A stẽfis miles.in j.dubio.& ibi dicit qd' sic.et dummodo mãdans cũ hærede decesserit: alias extinguitur: qm̃ cũ hæc sint bona vacantia, nõ repræsentant p̃sonã defuncti, sicut hæreditas. l. j. §. an bona.ī.de iure fi. Et sic talis procurator nec nomine domini veri, nec dñi putati ui repræsentati p hẹ rediratẽ posset actũ gerere. Casus ẽ fin. secundum eũ in l. j. secundum vnã lect. C.de acti.& ob. Itẽ dicit de facto fuisse iudicatũ Florentiæ in fauorem egregij militis dom. Pau.de Serui. Et vide Bar. in l.j.ī.de donatiõ.

f ¶ Acceptilatio. An acceptilatio probet solutionẽ, vide in l. Aurelio.in fin.de libe.le.& bar.& bal. in l.j. C.de reuo.his quæ in frau.cred. Et an acceptilatio per appositionẽ dieī vitieī, per Bart.in l.in diẽ.ī.eo. An acceptilatio facta p procuratorem nõ habẽtẽ speciale mandatum habeat vim pacti: Bar.q̃ sic in l.an inutilis.in prin.ī.cod. Ista verba cõfiteor me habuisse, acceptũq̃ tuli, nõ pbãt numerationẽ, & videẽt potius dicta ad solennizandum acceptilationem, quã ad aliud: vt no.bar. in l.si in stipulatiõe. ī.de donat. & vide Bart.in l.si ex pluribus.in prin.ī.ti.px.

vt l.promissor.§.de cõsti.pe. Tertius.ī dote: vt l.j.§.exacti.C.de rei vxo.acti. In cæteris casibus istud tps est arbitrio iudicis: vt hic,& Insti,de inuti.sti.§.fi. Vltimo p hanc l.eius rationẽ nos dicimus,q̃ euentus conditionis nõ constituit quẽ in mora,quia absurdũ est dicere,q̃ ī eo puncto quo quis obligatur,teneat soluere: vt hic. De hoc dixi in l.quoties in diem.de ver. ob.& scripsi in l.sta stipulatus.eo.ti.in qõ. illa,stipulatio incipit ā præcedenti conuẽtione,quæ non habebat diem.

1 ☞ *Facultas soluendi adiecto non tollitur per simplicem renunciationem, nec per partis receptionem.*

Facultas soluendi adiecto, adiecta ex post facto tollitur simplici reuocatione unius. 106.

a ALiud est.[a] Ius quæsitũ ex conuentione, nõ tollitur vnius partis reuocatiõe,† secus in mandato. De hoc dixi §.eo.l.vero procuratori. Opp.ad primũ dictum de l.si quis stipulatus fuerit decẽ in melle.§. eo.ti. Sol.† Per litis contestationẽ põt tolli facultas soluendi adiecto, vt ibi not.per simplicẽ renũciationẽ non, vt hic nec ẽt per partis receptionẽ, vt l.cum decẽ mihi in prin §.eo.ti. Secundo opp.ad idẽ de l.si cum Cornelius.§.eo.ti. Responde q̃ ibi loquitur, quando conuentio de soluendo alteri fuit facta ex postfacto: sed hic quãdo inest in ipso tempore contractæ obligationis.

1 ☞ *Si scholaris veniens ad mortem, pecuniam, quã habet ad campsorem, faciat alicui monasterio promittere, ipso conualescente reuocatur promissio.* 108.

EI qui mandato. Duas partes habet & finis eius est aliquãtulũ fortis. Pręterea, in primo casu huius l.fuit mandatũ alicui q̃ stipularet, & stipulatus est: in secundo fuit mandatum q̃ sibi solueretur, nec fuit solutũ. Contra primũ dictum opp.de l.si cum Cornelius.§.eo.tit. Res.ibi fuit factum pactũ inter creditorem, & debitorẽ, q̃ tertio solueretur: vñ illi tertio nullum ius fuit quæsitũ: sed hic ille tertius fuit stipulatus: vnde ius fuit sibi quæsitum. Item opp.§.[b] de le.iij.l. cum quis.§.j.So.& aduerte, quia est difficile et vtile contrarium. ibi ille tertius addit[9] fuit stipulatus sibi contemplatione legati: qd' sibi faciebat testator, vel contemplatione donationis causa mortis: & ideo sicut legatum & donatio potest reuocari: sed hic fuit stipulatus simpliciter, non contẽplatione legati, vel donationis causa mortis. Et per hoc põt determinari qõ, quæ fuit Bononiæ contra fratres prædicatores,† Quidam scholaris[c] veniẽs ad mortẽ habebat pecuniã penes campsorem, & fecit eã promitti fratribus prædicatoribus. modo ille euasit. fratres prædicatores volebant pecuniam. Pro eis facit hæc lex in princi. Contrariũ est veritas, quia eis fuit facta promissio contemplatione cuiusdam relicti, quod scholaris facere volebat si decederet: quo relicto finito, finitur promissio: vt l.cum quis decedẽs.§.j.§.de lega.iij. Venio ad secundã partẽ. Opp.de l.si ego. §.si res.§.de iu.do. Dicit gl.speciale in dote.& dic plenius vt ibi. Item opp.§.de do. cau.mor.l.mortis[d] cã.§. Titia. Gl.soluit ibi mandatum fuit collatum post mortẽ: hic vero fuit collatum in vita. Et ista est vera. Sed cõtra hoc vī tex.iste ad literã: sed gl. legit tex.transpositiue, vt verba illa post mortem meã, determinẽt verbũ soluitur. quasi dicat, nisi q̃ sibi solueretur in vita: ei non recte soluitur post mortẽ meã. & secundũ hoc nõ obstat aliud cõtrariũ de l.si vero non re.§.fi.& l.seq.§.man.Itẽ op. de l.cum pater.§. Mæuio.de le.ij.dicit gl. ibi fuit mandatum collatũ in vita, tñ effectus eius extẽdebatur post mortem[e] ideo ibi eligitur quædam media via: vt ibi patet. quam gl.tene menti. Sed licet istæ solu. verę sint in se, tñ faciunt violentiã literæ: quia illa verba post mortem: videntur determinare verbum soluere. Vnde quidam alij dicunt, quod licet mandatum cõferatur post mortem: tñ morte finit. Ad contraria respon. Primo ad §. Titia. quia ibi speciale est in donatiõe causa mortis. Et eodem modo respondeo ad legem, si vero non remunerandi.§.fin.& l.seq. Sed istæ sol. non sunt bonæ: quia regula est q̃ mandatum collatum post mortem, non finiatur morte vt legib. contrarijs. Quare dic, quod iste tex. voluit dicere, quod si mandaui alicui solui post mortem meam, ei non recte soluitur me inuito. quod apparet: quia finita est voluntas: sicut in alijs mandatis simplicibus, mandatum morte finitur, quia finitur voluntas. Et sic est ratio hic posita in fi. quia, mandatum morte dissoluitur, nõ refertur ad mandatum, de quo §. proxime dixerat, sed ad subauditum, vt dixi §.

De acceptilationibus. *Rubrica.*

Continuationem huius rubricæ collige ex l.prima supra titulo primo.

LEX I.

f ACceptilatio.[f] Dicitur hic, per mutuam interrogationẽ: contra imo non est nisi vna interrogatio, & vna responsio, vt l.& vno §.j.j.eod.tit. Glo. dicit: interrogatio, scilicet interrogantis, & interrogati: vult dicere mutuam interrogationem: scilicet per mutuam verborũ expressionẽ, & interrogantis, & interrogati. Vel dic quod hoc dicit inspecta nouatione, quæ regulariter acceptilationem præcedit. Et sic est duplex interrogatio: vna creditoris in nouatione: alia debitoris in acceptilatione. Item dicitur hic, ab eodẽ nexu. & sic innuit quod liberentur debitor & creditor. Contra creditor non est obligatus: ergo ei non contingit liberatio, vt §.de verb.ob.l. decem.& §.ti.j.l.si decem. Dicit gl.in debito est quædam obligatio, qua vnus tenetur, & alius tenet. Vnde statim cum liberaretur ille, qui tenet, dicitur liberari ille, qui tenet. Alleg.l.cũ antiquioribus.C.de iur.delibe.sed ista lex cum antiquiorib[9]. non facit aliquid, sed bene faciunt aliæ leges, quas alleg.glo. videlicet l.j.§.non autẽ.§.de exerci.& l.quoties.§.sicut de admi.tu.& eas allegat Azo in summa huius ti. Alij dicũt, quod vterque inuicem debebat. Dicit gl.q̃ hoc non placet, quia essent duæ acceptilationes. Iaco.de Are.dicit quod in vno debito quilibet tenetur. Nam debitor tenetur dare, creditor accipere, vt l.fideicommissa.§.si rem.de leg.iij. Et isto respectu potest dixi, quod vterq̃ est debitor, & vterq̃ liberatur.

1 ☞ *Pupillus in eo quod concernit suum commodum potest obligari.*

2 *Pupillus soluendo liberatur consumptione secuta.*

Acceptilatio æquiparatur solutioni, cui postea secuta est consumptio.

LEX II.

g PVpillum.[g] Op.gl.cum debeat præcedere obligatio per Aquilianam stipulationem quomodo poterit obligari pupillus? Dicit glos. q̃ poterit obligari cum fiat ad suum commodum. Et sic nota

1 †q̃ pupillus potest se obligare, quando esset commodũ suũ. Gl.tamen videtur alibi dicere, q̃ ex tali obligatione pupillus obligatur naturaliter tantum: quia naturalis est efficax ad tollendas præcedentes obligationes, quæ naturalis postea tolle

POMATES.

¶ Pupillum. Et pro cõfirmatione huius gl.facit tex.in l.cum hi.§.eam transactionem. ff. de transact. & facit in proposito glo. quam ibi sequitẽ Bald.in l.contra iuris ciuilis regulas.in prin.ī.de pac. Facit etiã cõtra Ro.ccc. liij.& Ange.vlp.q̃ quidẽ sua dicta ponit Barba.in cõ.suo xxxv.in ij.vol.vbi de forma sua alle.gl. in l.quæcunq̃.C.de boñ.q̃ liber.& vide etiã Barba.in rubr. de reb.ecc.non alie. col.viij.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ An inutilis. Vide Bal. in l. non codicillum. C. de testa. per Canoni. in c. significasti. de homicid.

b ¶ Item opp. Acceptilatio nõ perimit obligationem iuris gentium, nisi deducatur in stipulationẽ animo nouandi factam. Et de ratione vide Bald. post glo. in l. fi. C. eo, & vide Salice. post glo. et Ia co. But. in l. actione. C. de trãsac. in prin.

c ¶ Et per iusiurãdũ. Adde Bar. in l. qui iurasse. in prin. de iureiur. in versi. possumus et soluere, &c. Vide Barto. in l. qui vsumfructũ. de ver. oblig.

tur per acceptilationẽ. Ita no. in l. obligari. in prin. supra de autho. tu† Op. pupillus non liberaretur soluendo: vt l. quod si forte. §. fi. s. ti. j. ergo nec per acceptilationem: vt infra eo. l. in diem. Respõdeo, pupillus non liberaretur soluendo. verũ est: nisi consumptione secuta. Acceptilatio ergo æquiparatur solutiõi: cui solutioni se cuta est postea consumptio. ita debet intelligi hic.

1 *Acceptilatio facta per procuratorem uel procuratori requirit speciale mandatum, nec sufficit generale.*

2 *Procurator non potest facere, nec recipere acceptilationem.*

LEX III.

PEr procuratorem.

1 Quæro† qd mãdatũ requiratur? Respõ. quidã dicunt spãle mandatũ. & ista est vera. Alij dicũt q̃ sufficit gñale mãdatũ cũ libera. & ista non est vera. Nã tutor habet generale mandatũ cũ libera: vt no. in l. mandato generali. §. de procu. & tñ nõ potest accepto ferre, vel ei accepto ferri: vt l. et per iusiurandũ. §. tutor. j. eo. Sed quæro quæ est

2 rõ† q̃ per procuratorẽ nõ potest nobis quæri liberatio p̃ acceptilationẽ? Dicã j. eo. l. et p̃ iusiurandũ. §. tutor. j. eo. ti. Itẽ q̃ro, vtrũ acceptilatio inualida propter defectum procuratoris habeat vim pacti. Dicam infra eo. l. an inutilis.

1 *Solutio non potest fieri sub cõditione: conditio tamen potest apponi effectui solutiõis. Acceptilatio põt fieri sub conditione quando conditio apponitur effectui ipsius acceptilationis.*

2 *Acceptilatio per appositionem diei q̃ sit nulla.*

IN diem.

Opp. de l. quod in diẽ. j. eo. ti. Sol, acceptilatio nõ recipit diem, vel cõditionẽ expressam: vt hic: sed tacitam sic, vt in cõtrario. Sed o opp. solutio põt fieri sub cõditiõe: vt l. sub cõditione, §. ti. j. ergo eodẽ mõ acceptilatio, quæ eius exẽplo est inducta. Aduer

1 te. dicas, sic: † Solutio, prout est actus, nõ põt fieri sub cõditiõe s. quia vere statim soluitur: sed effectus liberatiõis põt cõferri, sub cõditiõe: vt lege cõtraria. Ita hæc verba acceptilatiõis nõ põt esse cõditionalia, vt habeo acceptũque fero, si Impator venerit in Italiã: vt gl. exẽplificat. sed si dicerẽ sic, habeo acceptũ que fero pure, hoc acto q̃ ista acceptilatio liberet te, si Impera tor venerit ĩ l. aliã. Certe credo q̃ ista acceptilatio valeret, exẽ plo solutiõis: vt lege cõtraria. Vñ debes inspicere vtrũ conditio apponat ipsi acceptilatiõi, an effectui: vt videmus in solutiõe. Nã ipsi solutiõi vel acceptilatiõi nõ põt apponi: quia sibi sit repugnantia, seu cõtradictio. qd enim ego receperim in pñti, vel in præterito: et q̃ hoc idẽ pẽdeat ex futuro euẽtu, est cõ tradictio: iõ nõ recipit cõditionẽ vel diẽ: sed effectus liberatio nis hñ põt pendere ex futuro, vt §. dixi. Quæro, dñ hic q̃ ac

2 ceptilatio nõ recipit diẽ. q̃ro † vtrũ acceptilatio sit nulla p̃ appositionẽ diei: an annullet appositio diei, et acceptilatio remaneat valida. Dicũt quidã acceptilationẽ remanere validã: exẽ plo solutionis. Alij dicũt, aliud in acceptilatiõe, aliud in solutiõe quantũ ad hoc. Rõ: quia in solutiõe creditor habet vere: merito contingit liberatio incontinẽti: sed in acceptilatiõe nõ habet vere. Et ista placet mihi rõ: quia quando in acceptilatione apponitur dies, vel conditio: est peccatum in forma, quia ĩ ipsa forma est conditio: vt supra dixi merito nullam liberationem parit, vt infra eo. l. an inutilis. in prin.

1 *Verba liberationis generalia referuntur ad omnes obligationes.*

PLuribus.

Acceptilatio generalis refertur ad omnia, nisi appareat esse sensum ĩ certis. h. d. † No. quod verba liberationis generalia re

1 ferantur ad omnes obligationes: vt hic. et dixi supra ti. j. l. si ex pluribus. §. j. Plenius dixit in l. Aurelius. §. Caius. §. de lib. leg.

1 *Acceptilatio peccans in forma, q̃ non habeat uim taciti pacti: secus si peccat in materia.*

peccatum in forma est maius quãm in materia.

2 *Acceptilatio facta per procuratorem non habentem speciale mandatum habet uim pacti, nisi scienti scire non uelere.*

a AN inutilis.

a Hic est duplex lfa. Vna negatiua alia affirmatiua. et secundũ vtrãq; h. d. Si acceptilatio peccat in forma, nõ habet vim pacti secus si peccat in materia. h. d. Secũdũ vnam lec. habet vim pacti. se

1 cũdum aliam nõ. Quæro, quæ est verior lec. † Gl. hic disputat finaliter, & bene, secũdũ omnes determinat: aut acceptilatio peccat in sui forma, quia sub conditione, vel in diẽ, vel interabsentes: & non habet in se tacitũ pactum: vt hic. Aut peccat in materia: & tũc habet in se tacitũ pactũ: vt infra eo. l. §. acceptũ ferri. & l. si acceptolatum. j. e. No. ergo q̃ maius est pec

2 catum in forma quã in materia. Quæro, quid † si est peccatũ ĩ causa efficienti: quia facta est per procuratorẽ nõ habentẽ speciale mandatum: vt supra eo. l. iij. Certe puto q̃ vim pacti habeat. Pro hoc induco supra de ꝓcu. l. quacunq; rõne. Et prædicta intellige nisi faciens acceptilationẽ fuerit prudens, sciẽ que non valere, nõ facturus si sciret valere. & de hoc oportet q̃ cõstet. Nã licet nõ præsumatur ignorare ius: tamen qa ius vult hanc conuentionem in casibus prædictis, saltem valere iure pacti, præsumitur hoc sciuisse, et quod voluisset hoc modo valere, prout valere potest. De hoc dixi plenius de verborum obligatio. l. j. §. si quis ita.

Seruus communis.

Seruus cõis, qui quærit obligationem, potest quærere obligationis liberationem. h. d.

Acceptum fieri.

Opp. de l. si acceptolatum. j. eo. & l. cum emptor. §. de reicin. vẽ. Solu. Nõ potest tolli per acceptilationem potestate acceptilationis: sed vt pacti sic, vnde habet vim pacti. Item opp. j. e. l. per iusiurandum. §. & si fideiussori. Solue vt ibi. Item opp. C. de transactio. l. vt responsum. Dic vt ibi.

1 *Acceptilatio tollit obligationem ciuilem.*

2 *Acceptilatio, dicitur de iure gentium per fictionem.*

Filiusfamilias.

Obligatio ciuilis tollitur per acceptilationẽ non prætoria. Itẽ sublata principali, tolluntur accessoriæ, vndecunque inductæ. h. d. Opp. d. h. si quis rerũ. §. idem Iulianus. de libe. leg. vbi pater potest liberari per acceptilationem. Sol. verum est iure pacti: non iure acceptilationis. Ratio, quia non tenetur ciuiliter, sed de peculio. Sed contra hoc op. infra proxi. responso. vbi dominus liberatur per acceptilationem, licet dominus teneatur de peculio. Sol. Dominus accepto ferendo ipse sibi non potest liberari iure acceptilationis: sicut nec pater, vt hic. sed p̃ acceptilationẽ factam a seruo, liberato seruo, qui tenetur verbis: & consequentiã quandam liberatur dominus: vt hic. Idem esset pa

1 tre: vt supra proxi. responso. † Item oppo. b q̃ actus ciuilis tol

b lat obligationem iuris gentium, vel de iure prætorio: vt videmus in nouatione: vt supra de noua. l. j. Sol. Nouatio tẽdit ad eundem effectũ, ad quem tendit prima obligatio, scilicet ad obligandum: ideo quælibet obligatio patitur se perimi, et nouari per aliam obligationem, sed acceptilatio directa tẽdit ad perimendum. Vnde non potest perimere, nisi obligationem, quæ de iure ciuili est verbis inducta. Ita no. hic, et Insti. quo

2 mo. tol. obl. §. j. Dicitur hic, † q̃ acceptilatio est de iure gentium. cõtra imo est de iure ciuili introducta à Gallo Aquilio vt l. et vno. §. j. j. eo. tit. Sol. Dicunt quidam iure gentiũ approbato. Hoc non placet. Non enim potuit approbare ius gentium, id quod non cognouit. Vel dic, dicit gl. q̃ est iure gẽtiũ propter pactum quod habet in se. Ista est satis bona, vel aliter est iure gentium per fictionem. Nam acceptilatio est imaginaria solutio, sed solutio de iure gentium est: vt §. de cura. furio. l. consilio. in fi. et supra ti. j. l. penul. ergo &c.

PArs.

Istam legem et sequentem declara vt dicam infra eo. l. et nec iusiurandum. §. j.

QVod in diem.

Opp. de l. acceptilatio. et l. in diem. §. eo. So. Hic habet diẽ vel conditionem tacitam, secus in die expressa: vt ibi.

1 *Iuramentum non inducit obligationem, præterquam in libertis, sed per iuramentũ obligationem iam inductam cogitur obseruare.*

c

ET per iusiurandum.

c Opp. quod non est cõtractum verbis, non potest tolli verbis: vt supra eo. l. an inutilis. §. acceptum fieri. Sol. Obligatio quæ contrahitur iureiurando, contrahitur verbis. Ita dicit glo. Iac. de Are. videtur dicere, q̃

1 hoc non sit verum: † quia iuramentum obligationem non in-

duci-

Universidad de Deusto Biblioteca

ducit:sed obligationem iam inductam quis per iuramentum cogitur obseruare. Sed hoc puto verum in omnibus præter quam in liberto. Nam libertus solo iuramento obligatur:vt plene dixi ſ.de fideicom.l.ſi quis pro eo.in princ.

1 ☞ *Actus poſt quam eſt promiſſus,uel conſtitutus,ab itinere ſeparari non poteſt acceptilatione.*

2 *Vſufructus formalis dicitur pars fundi,non uſufructus cauſalis.*

3 *Item dicitur pars fundi integralis.*

Acceptilatio quando valeat, & quando non,tam in obligatione diuidua quam indiuidua,ponit regulas.

Si id quod in ſtipulationē.

Legam text. vſque ad §.eū qui.& poſtea tradā vobis regulas,ꝑ quas apparebit declaratio iſtius materiæ. Opp.de l.loci.§.j.ſ.ſi ſer.vend.& l.qui ſella. in prin.ſ.de ſer.ruſti.prædio.†Sol.ab initio poteſt ſeparatim conſtitui iter ab actu:ſed poſtquā actus eſt cōſtitutus,vel ꝑmiſſus,non poteſt ab itinere ſeparari per acceptilationem:vt hic.Vlterius oppo.ad §.illud.& videtur†quod vſusfructus ſit pars fundi:vt ſ.de vſufru.l.iiij.ergo videt quod poſsit per acceptilationem tolli.Sol.Lex contraria loquitur in vſufructu formali,qui dicitur pars fundi:hic loquitur in vſufructu cauſali,qui erat in obligatione,qui vſusfructus cauſalis non dicit pars. Præterea cum acceptilatio fit de vſufructu,fit de vſufructu formali,prout eſt ſeparatus à proprietate:ſed ille non erat in obligatione:ſed erat in obligatione vſusfructus cauſalis. Sed contra hoc opp.extra gl.ſ.de fideiuſ.l.ſi à reo.vbi fideiuſſor poteſt accedere in vſufructu,licet principalis promiſerit fundum,ergo apparet ꝙ non eſt aliud.Sol.Aliud eſt in actu obligationis:quia promittēdo vſumfructū habetur reſpect' ad cauſalē, vt vniatur cū proprietate,qui cauſalis erat id obligatione:ſed in actu liberationis cum tractatur de ſeparatione & proprietate,de neceſsitate habet reſpectus ad formalem,q̃ in obligatione non erat. Poſſumus etiam ſoluere alio modo contrarium de d.l.iiij.ſ.de vſufru.& dicamus quod vſusfructus eſt pars fundi,ſcilicet integralis:quia ex vſufructu, & ꝑprietate cōſtituitur fundus:ſicut cæmēta,& paries eſt dom': vt hic dicitur.Sed illud quod tex.hic dicit, quod qui accepto facit,debet totum,vel partē accepto facere:debet intelligi de parte diſcretiua:vt tertia,quarta,quinta,& c.vt ſ.ea.l.pars.vel de aliqua parte certa:vtputa de tali dimidia à tali parte ſic cōfinata.Sed contra hoc videt,quod hic dicitur in tex.parietem vel diætā.in eo quod dicit diætam,eſt quædā pars diſcretiua. ergo videt quod poſsit accepto ferri.Sol.Intellige de diæta, quæ per ſe non conſiſtit,nec cohæret ſolo:ita quod partem diſcretiuam non faciat:ſed magis eſt quædam acceſsio ſeu ſuperficies:vt vidiſtis in l.ſi duo.§. Labeo.ſ.vti poſſi. Venio ad § ſi quis vſumfructum.Opp.de præcedenti §.Nam ſicut ſe habet vſusfructus ad fundum totum:ita habet ſe vſus ad vſumfructum.ergo iſta acceptilatio hic non debet valere:ſicut in præcedentibus dictum eſt. Præterea ſecundum hoc remanet fructus ſine vſufru.quod eſſe non poteſt,vt l.per ſeruum.§.j.ſ.de vſu & habi.Huius timore dicit gl.ꝙ licet tollatur vſus per acceptilationem,tamen remanet eius commoditas.Certe ſecūdum hoc iſta acceptilatio nihil releuaret.Quare gl.dicit, qd' iſta remiſsio valet ad hoc ꝙ proprietarius poſsit alijs conſtituere vſum:& ego,qui prius habebam vſumfructum,habeo commoditatem vſus,& vſusfructus in eo quod ſupereſt:alſ nihil habeo ſi nihil ſupereſt.Sed ſecundum hoc nō tenebit iure acceptilationis extinguentis vſum:ſed magis iure cuiuſdā permiſsionis permittendo alium præferri mihi.quod fatis placet.Sed de vno dubito,an idē ſit in præcedentibus,vt videar permittere debitori meo,ꝙ alij conſtituat vſumfructum,vel iter,per acceptilationes prædictas.Dicunt quidam ꝙ ſic.qd' mihi vt omnino contra mentē tex.qui facit expreſſam differentiā inter iſta.& ideo la.de are.dicit,ꝙ ſit aliud hic,& aliud in præcedentibus. Ratio:acceptilatio fit verbis:iō in ea verba multum attenduntur.Sed quando ego promitto vſumfructum,& poſtea tu liberas me ab vſu,ſaltem acceptilatio cum obligatione concordat cū verbis:quia vſus erat in verbis obligationis,ſicut in verbis acceptilationis:ſed in præcedētib' ſecus.Nam ſi promiſiſti mihi fundum,ſecundū verba vſusfructus in obligatione non venit.Itē ſi promiſiſti viam,ſecundū verba iter in obligatione non eſt.Ita dicit la.de Are.Venio ad §.ſi is quis hominem. Opp.de l.ſi vnus.§.ſed ſi generalr. ſ.de pac.Sol.Dicunt quidā,hic voluit in totum renunciare obligationi:ibi non.

3 Alij†dicunt,aliud in acceptilatione: vt hic.Aliud in pacto,vt ibi.Et iſta vera ratio:quia acceptilatio eſt imaginaria ſolutio.Vnde ſicut per ſolutionē vnius tota obligatio ſoluitur:ita per acceptilationē, vt hic. Item op.de l.homine.ſ.de op.lega. Sol.Aliud in repudiatione:vt ibi.Aliud in acceptilatione:vt hic,per rationē prædictam.Vltimo ex predictis in materia acceptilationis collige aliquas regulas negatiuas,& aliquas affirmatiuas.Prima videlicet,quod valet acceptilatio partis in obligatione diuidua:vt hic,in ver.plane. Secunda,quod valet acceptilatio qñ fit de omnibus partibus integralibus:vt hic,in ver.ſi autem iter & act'.Tertia,quod valeat acceptilatio,ſi fit de toto integrali,vt in §.illud.Quarta ꝙ valet acceptilatio,ſi fit de eo quod non eſt in obligatione:tamen poteſt ſolui creditore inuito: vt in §.ſi is qui hominem.Do regulas negatiuas.Prima,Non valet acceptilatio partis in obligatione indiuidua:vt hic,in §. j.Secunda.No.valet acceptilatio eius,quod non eſt in obligatione:vt in §.illud.Tertia,Non valet acceptilatio vnius partis integralis eius,quod eſt in obligatione:vt d.§.illud.in quo tamen diſtingue.Aut acceptilatio concordat cum obligatiōe ſaltem verbis:& non valet:vt ſ.dixi.

a ☾ Satis placet. Pōt acceptilatio fieri principali cum hoc qd' nō tranſeat ad fideiuſſorem.& hoc ſequitur Imo.in l.ſi hęres pecuniam.ad Treb. vbi etiam Roma.licet Ang.ibi contrariū tenuerit,ſed Ful. in l.j.ad fi.C.de trāſaction.tenet contra iſtam glo.cōtra quā etiam hic tenet Cuma.per tex.in l.ſi qs reum.ſ.de li. leg.ſed reſponde vt ibi per Bar.& adde glo.& Bar.in l.ſi cū excep. §.Labeo.ſ.qd' met. cau.& Bar.in l.a ſententia.in princi.j.de appel.

Eum qui fundum.

Oppo.de l.ſi vnus.§.illud ſ. de pac.Sol.Aut dolus eſt cōmiſſus:& pōt accepto ferri:vt in contrario.Aut loquitur de dolo committendo:& non poteſt accepto ferri per rationem poſitam in tex.& quia eſſet contra bonos mores.

Si Stichum.

Si acceptilatio non valet in expreſſo,nō valet in tacito.Opp.de l.ſi vnus.ſed ſi ſtipulatus.ſ.de pac.Reſpondeo:ibi ſtipulatio erat pura:& ſic acceptilatio valet in expreſſo.Hic vero in expreſſo non valuit: quia in rerū natura non erat tempore exiſtentis conditionis.

Et ſi fideiuſſori.

Acceptilatio interpoſita ſup obligatione verborum, per conſequentiam tollit obligationē alio modo contractam.h.d. Op. ſ.e.l.an inutilis.§.acceptum fieri.Sol.hic conſequitur reus per alium,quod per ſe non poſſet:& ſic per conſequentiā principaliter non poſſet.Opp.j.proximo.§.Solue vt ibi videbitis. Item op.j.ea.l.§.qui ita.Sol.vt ibi videbitis.

1 ☞ *Acceptilatione poteſt liberari vnus,ita quod ad alium non porrigatur.*

2 *Acceptilatio facta fideiuſſori,quando proſit principali.*

3 *Ratio quare acceptilatio facta fideiuſſori non porrigatur ad fideiuſſorem.*

4 *Acceptilatio facta reo in caſu huius 5.non porrigitur ad fideiuſſorem,licet fideiuſſor liberetur per aliam regulam.*

5 *Fideiuſſor,qui eſt liberatus acceptilatione ita quod ad reū principalem porrigatur à reo, non repetit,ac ſi ſoluiſſet.*

Si legatorum.

Qui ita.

Gl.variat in intellectu iſtorū §§. Acceptilatio facta fideiuſſori pendente cōditione,cuius exiſtentia non fingit qtē retro obligatum,non prodeſt principali.h.d.Op.ſ.proximo.§.vbi acceptilatio facta fideiuſſori prodeſt principali.h.d.Opp.ſ.proximo §. vbi acceptilatio facta fideiuſſori prodeſt principali. Dicit gl.hic in perſona fideiuſſoris tantum.vult dicere: Hic fuit actum ꝙ acceptilatio eēt ꝑſonalis,nec porrigatur ad reum principalem. Iſtā ſol.tene mēti. Nam in ti.de libe.leg.l.iiij.§.j.habes ꝙ ſemper cum quis nō vult acceptilationem porrigi ad principalem,debet liberare

1 fideiuſſorem pacto,non acceptilatione.Sed hic habes†quod etiam acceptilatione poteſt liberari vnus,ita quod non porri-

a gatur ad aliū. Quod fatis placet[a]: quia hoc video in ſolutiōe quæ fieri pōt vni,ita ꝙ non porrigatur ad alium,vt l.in his.§. j.ſ.ti.j.ergo idem in acceptilatione, quæ eſt imaginaria ſolutio:vt j.e.l.ſi ex pluribus.& ſ.de noua l.ſi rem.§.ſi duo.Sed li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

a ¶ Eius rei. Vide qd̃ no. Bart. poſt gl. in l. Aurelius. §. Mauia. ff. de li. leg.

b ¶ Sed Scæuola. Adde glo. & ibi Barto. in l. vt reſponſum. C. de tranſact. quod nor.

cet iſta ſolutio ſit vera in ſe: tamen nõ cõgruit huic literæ, quæ eſt hic, in §. qui ita. Aliam rationẽ aſsignat, ſ. ne reus liberet̃ aceptilatione antiquiore, quam ſit obligatio. Dat ergo glo. aliam ſol. vt ponatur caſus hic, prout ponitur in l. pe. §. de fideiuſ. Sed iſta caſus poſitio non eſt bona: qa ſecundum hoc acceptilatio eſſet inutilis. Quare glo. dicit, ꝙ eſt ſpeciale in legato cõditionali. Videte, hoc nihil eſt dicere: vt infra proximo §. qui ita. ergo vera eſt iſta: reus nõ põt liberari per acceptilationẽ fideiuſſoris antiqo rẽ obligatiõis: ſed in legatis quis dicitur obligari exiſtẽte cõditiõe, nec retro fingitur obligatus: vt l. j. §. j. ad Syllania. & l. ſi mater. §. eãdẽ. de excep. rei iu. merito acceptilatio facta fideiuſſori ad reũ nõ porrigitur. Idẽ in §. qui ita. Nã obligatio q̃ pendet ex cõditione poteſtatiua, nõ trahitur retro cõditione exiſtẽte: vt l. potior. in prin. & l. j. §. qui po. in pig. hab. ſed hic loqtur in cõditiõe poteſtatiua, ſ. qd̃ Titio credidero, dare ſpõdes. merito cũ hodie ſit obligatus reus, nec fingitur retro obligatus, acceptilatio antiquior nõ põt ꝓdeſſe. Secus eẽt in cõditione caſuali: quia tũc retro fingeretur obligatus, & liberatus: vt l. ſub cõditiõe. §. de ſol. Ita debetis intelligere iſtã materiã: & eodẽ mõ intellige j. eo. l. ſi ex pluribus. iõ aſſumite hic tria verba, † quãdo acceptilatio ſit fideiuſſori: aut acceptilatio eſt nulla, & principali nõ prodeſt: vt l. pe. de fideiu. Aut eſt aliqua: & tũc aut tẽpore factæ acceptilatiõis principalis, erat obligatus vere vel ficte: vt quia ſi ſi ſub cõditiõe quæ retrotrahitur: & acceptilatio prodeſt principali: vt §. ꝓximo §. & j. e. l. ſi ex pluribus. quod intellige, niſi contrariũ actũ ſit expreſſe, vt hic ſecũdũ vnã ſolutio. Aut nõ erat tũc obligatus vere vel ficte, vt in legatis, & in cõditiõe poteſtatiua: & ad eũ nõ porrigitur liberatio. Caſus eſt hic. † Quæro, q̃ eſt rõ ꝙ porrigatur ad ipſum fideiuſſorem, cui eſt facta, & nõ ad alium. Dicit Oldr. quia nõ eſt tãtæ potentiæ acceptilatio reſpectu eius, ad quod ſolet porrigi per cõſequentiã, quantæ eſt reſpectu principali. & iõ dr, ꝙ quandoq; principalis liberatur ipſo iure: ſed ille, ad quem porrigitur per cõſequẽtiam ope exceptiõis: vt l. reſcriptum. §. plerunq; §. de pact. Itẽ eſt ratio naturalis: quia actus violentus nõ eſt tãtæ potentiæ, quantæ actus naturalis: ſed vt fideiuſſor liberet̃, cui eſt facta acceptilatio, eſt actus naturalis: ſed vt porrigatur ad reũ, eſt actus violentus: iõ non eſt tãtæ potentiæ.

4 † Sed quæro, quid econtra. ſi facta eſſet acceptilatio reo in caſu iſtius §. an porrigatur ad fideiuſſorem? Reſpõdeo, nõ virtute acceptilatiõis, ꝓ rõnes prædictas: ſed puto ꝙ fideiuſſor liberaretur per aliã regulam: quia fideiuſſor nõ põt teneri ꝓ eo qui nullomõ eſt obligatus: vt l. fideiuſſor obligari. in prin. §. de

5 fideiuſſo. † Quæro, quid ſi fideiuſſor eſt liberatus acceptilatiõe, ita ꝙ porrigatur ad reũ principalẽ: an ipſe põt repetere à reo, ac ſi ſoluiſſet? quod videtur: quia acceptilatio habet vim ſolutionis. Certe de hoc habetis tex. qui diſtinguit in hoc: vt l. idẽque. §. fi. cum l. ſeq. §. mãda. Ad rõnem, cum dicis, acceptilatio habet vim ſolutionis: reſponde vt gl. dicit in ſimili in, l. ſi duobus. §. à fideiuſſore. §. de iureiur. vbi dicitur, ꝙ iuramentũ habet vim ſolutiõis: & ideo iuramentum fideiuſſoris prodeſt principali: et tamen non poterit repetere. Dic vt ibi in gl. quia eſt notabilis ad hoc multum.

1 ☞ *Quæ ſit ratio ꝙ tutor, curator, & ſimiles, non poſſint accepto ferre.*

Tutor. Nunquã potui videre q̃ ratio mouit Iuriſconſultum ad dicendum hoc. Sed quæramus, q̃ eſt rõ † ꝙ tutor, & curator, & ſimiles nõ poſſunt accepto ferre, cũ eis poſsit ſolui: vt l. vero procuratori. §. ti. j. & l. qd̃ ſi forte. §. j. e. tit. Poſſumus dicere, hęc acceptilatio eſt imaginaria ſolutio: et ſic eſt q̃dã ſolutio ficta. Alia fictio eſt, ꝙ tutor, et curator, et ꝓcurator habentur loco dñi: vt §. ꝓ empto. l. qui fundũ. §. ſi tutor. Itẽ debes ſcire, ꝙ aliquid fieri poteſt ad fictionẽ, q̃ illud fieri cõmode poteſt ar. l. quia ratio. §. de cõd. inſti. et dixi hoc in l. ſi is qui pro emptore. §. de vſuc. ſed iſti poſſunt nouare: & ſic non erunt tot fictiones: merito lex non permitut eis acceptilationem, niſi prius noueut. Secundo quæro, quæ eſt ratio ꝙ tutor & curator non poſſunt liberari acceptilatione? Poſſumus dicere, ꝙ acceptilatio eſt actus ciuilis: ideo alteri ꝓ alterũ nõ poteſt quæri directio: vt l. ea quæ ciuiliter. §. de acqui. re. do. Sed videmus, ꝙ procurator nõ q̃rit domino directo: vt l. reſcriptũ. in fi. §. de pact. nec tutor pupillo, vt l. quoties in princi. de admi. tuto. Iſta rõ nõ placet, per l. iij. §. eo. vbi per ꝓcuratorẽ poteſt quæri per acceptilationẽ, ſi habet procurator ſpeciale mandatum: et tamẽ per procuratorẽ non põt quæri actio directa. Quare potes dicere ꝙ eſt ratio, ne duæ fictiones cõcurrant, vt ſupra dixi. Sed iſta eadem ratio non impediret ꝓcuratorem habentem ſpeciale mãdatũ. Quæ ergo eſt rõ? Rñ. qa ſic placuit Iuriſcõſulto. Nã nõ video aliquã rõnẽ vrgentẽ.

Ex pluribus. Iſtum §. declara vt dixi in leg. ex duobus. ſupra de duo. reis.

NIſi conſentiat. Si in acceptilatione venit aliud, quam ſit in obligatione: non valet. h. d. De materia huius legis dic vt dixi ſupra l. proxima. §. j.

SI is qui Stichum. Adiectio vltra debitũ acceptilationem non vitiat. hoc dicit.

SI ex pluribus. Acceptilatione facta vni ex pluribus reis debendi, ceteri liberantur, ſicut ſolutione. h. d. Opp. gl. de l. ij. §. ſi tamen. ſupra de verb. obli. Dicit gl. hic fuit facta acceptilatio in rem: ibi in perſonam. Sed dic vt ibi: quia ibi non ſunt duo rei. ibi nota.

Si iudicati. Opp. de l. & per iuſiurandum. §. ſi legatorum. ſupra eo. Gl. ſoluit duobus modis. Tu dic vt ibi dixi.

DVi hominem. Pars vnius ex rebus alternatiue debitis poteſt per acceptilationem ab obligatione ſubduci. h. d. Aduerte: qa eſt difficilis. Opp. quia quinque ſoluris in nulla parte cõuagit liberatio: vt l. ſi ſtipulatur. §. qui decẽ. ſupra titu. j. & l. ij. §. §. de verb. oblig. & l. ſi non ſortem. §. ſi decem. §. de condict. indebi. Huius timore hæc lex legitur duobus modis. Primo, quia hæc ſit alternatiua legis, non hominis: & ſic loquatur in obligatione ſimplici, non alteruatiua, vt quia debes mihi hominem ſimpliciter, vel debebas decem ſimpliciter, et ſecũdũ hoc non obſtãt contraria, quæ loquuntur in obligatione alternatiua. Alio modo legitur, et iſta cõgruit magis huic literæ ꝙ hic loquatur in obligatione alternatiua. Sed gl. non ſoluit hoc cõtrarium bene, nec hic, nec alibi: ideo dic, ꝙ aliud in ſolutione, vt in contrarijs: aliud in acceptilatione: vt hic. Rõ: ſolutio partis nõ parit liberationẽ, ne ſi ſolueretur pars in alia re, ſequeretur inconueniens, quod ponitur in l. in executione. §. pro parte. §. de ver. ob. quod inconueniens non poteſt habere locum, q̃n quis liberatur per acceptilationem, vt hic. Idẽ in eo, qui à parte abſoluitur per ſententiam: vt l. ij. §. ſi tamẽ hominem. §. de verb. obl. et ibi Pet. hoc tenet. et ibi dixi.

1 ☞ *Officium iudicis, & actio in rem nouari poteſt.*

2 *Obligatio & acceptilatio, quando hoc agitur, nouari poteſt.*

3 *Verba ſuperflua apposita in contractu ad maiorem declarationem, non iuuant contractum.*

ET uno.

a **Eius rei.** [a] Not. ex hac lege † ꝙ officium iudicis, et actio in rem poteſt nouari. quod qualiter intelligatur, infra dicam ti. j. l. j. Secundo not. † ꝙ obligatio, et acceptilatio quando hoc agitur, poteſt porrigi ad omnes obligatiões, etiam quas quis ignorauit, ſi hoc agatur. Op. † ꝙ hic ſunt aliqua verba ſuperflua. Gl. Inſt. quib. mo. tol. obli. §. j. hoc fatetur. tã non eſt congruum, ꝙ in contractibus apponantur aliqua verba ſuperflua ad maiorem declarationẽ: vt l. quæ dubitationis

b infra de reg. iur. Sed Scæuola[b] reprehendit Gallum Aquilij de ſuperfluitate et breuitate in illa forma teſtamenti, quã dedit in l. Gallus. de lib. et poſth. Op. ꝙ res mea nõ poteſt promitti mihi, vt l. nemo rem ſuam. de verb. oblig. Dicit gl. hic nõ promittitur res mea, ſed pretium rei meæ.

SI acceptolatum. Opp. §. eo. ti. l. an inutilis. in princip. Solue vt ibi dicitur.

1 ☞ *Non requiritur numeratio, ubi acceptilatio interponitur & ei non poteſt opponi exceptio non numerata pecunia.*

Si acce

Universidad de Deusto

a ¶ Item opp. Et vide omnino Barto. post gl. in l. si conuenerit. Falle. per Bar.

b ¶ Vltimo no. Nota qd statutū loquens de venditore habet locū in emptore. vide Bart. in l. fi. C. de indi. vidui. Bal. in l. nemo. C. de sacrosa. ec. & l. si conuenerit. ī. de pact. hic est qd si naturalis non succedit patri: nec pater filio naturali, vide tex. & ibi Bal. in l. fin. & alias pen. C. de sa. sanc. eccle. Andreas Bar.

c ¶ Cauetur statuto. Adde Bal. in d. l. fin. C. de cadu. tollen. & ibi dixi. & l. nemo martyres. C. de sacrosanc. eccle. Adde ꝙ do. Abb. Sicu. in prin. in cap. j. loca. in gl. super ver. sub cōditione dicit: Colligе ex gl. ꝙ pœna apposita in vno ex correlatiuis: nō extenditur ad reliquū. vbi gl. vult quod pœna apposita in vno ex correlatiuis: s. conductori, non extendat ad locatorem. Et ad idē est alia gl. iuncto tex. in Cle. j. de consang. & affi. vbi apponitur pœna contrahenti matrimonium cū inoniali, & eadē pœna replicat ī ipsa moniali, quasi pœna apposita i masculo nō habeat locum in ipsa fœmina cōtrahente. Et vide ibi gl. in ver. cōtra. refert tñ ꝙ hic Bar. & in d. l. fi. tenet contrariū. Vñ facit distinctionē no. & cōcludit idē Abbas ꝙ aut nō est oīno eadē ratio in correlatiuis & non debet pœna extendi: vt patet. & no. in ca. sup. de vsu. vbi pœna apposita mutuanti ad vsuras non tamē extendit ad recipiētem: quia non est eadē ratio: vt ibi nota. & sic refert qd voluit Bart. in d. l. fi. licet hic simpliciter loquat. Aut est eadē ratio, puto vt frumentum, vel simile, non venduē sub pœna: & tūc eadē fit emptori. & vēditori &c. vid. ibi p eum. & vide q dixi post Bar. in l. nemo C. dfu. san. ec. & vide Pet. de Ancha. in Cle. j. de hæretic. & vide Baldū in l. prima. C. de seru. com. ma. vide Barto. in l. bona fides. ī. de act. emp. & Bal. in l. dolum. C. de pericu. & commo. rei vend. & Bal. in aut. q senel. C. qūo & quando iudex. & vide post Sal. quæ dixi in l. p perandum. §. j. de iu di. adde an correlatiuorum sit idem ius, Bal. consi. xiiij. li. ij.

d ¶ Pone. cōtraxi tecum. Adde Bar. in l. procurator qui pro eunctione. ī. de pcu. & ibi Bal.

1 SI accepto. †No. quod vbi apponitur acceptilatio, non requiritur numeratio, & ei non potest opponi exceptio nō numeratæ pecuniæ. Et adde hanc legem pro casu ad id. quod dixi s. ti. j. l. si ex plurſbus. in prin. & ibi adde hanc legem.

1 *An stante statuto quod nullus possit emere frumentū sub pœna: an idem de uenditore statutum intelligatur.*

SI ego. Resoluta vna parte cōtractus: totus cōtract⁹ resoluitur. h. d. Opp. de l. cum emptor. s. de rescin. vend. Dicit gl. hoc nō cōtingit natura acceptilatiōis, sed magis potestate conuentionis. Item opp.[a] de l. si cōuenerit. s. de pac. Soluit gl. hic erat res integra: ibi non. Vel tu dic breuiter, ꝙ ibi remisit pretium animo donandi, hic non. Et eodem modo solue contrariū de l. si tibi habitationē. s. loca. Item oppo. de l. sed Celsus. §. si fundus. s. de contrahen. empt. Solue vt in gl. Vltimo nota[b] hanc l. ad q. †cauet statuto[c], quod nullus possit emere frumētum sine licentia officialis: de vēditore nihil dicit. an idem videatur statutum in venditore. Hic tex. cum si. facit qd sic. Pro hoc. C. de indi. vidui. l. fi. vbi statutum in muliere intelligitur de viro. Pro hoc videt expressum. C. de cupres. ex lu. daph. l. j. lib. xj. In contrarium facit C. si qs alte. vel sibi. l. vlti. Sed si rationes legis cōsideras, non est contra.

De prætorijs stipulationibus. *Rubrica.*

LEX I.

PRætoriarum.

Hæc lex diuiditur in partes quatuor. Primo ponit diuisionem stipulationum. Secundo quālibet partem diuisionis prosequit. Tertio, dicit qualiter debent imponi. Quarto, ad cuius, iurisdictionē spectat cognitio super eis. Secūda ibi: iudiciales. Tertia ibi: stipulationum. Quarta ibi, qd si sit. Oppo. hic ponitur prætoria vt gen⁹: iudicialis vt species. sed istæ sunt species coæqueuæ: vt l. v. §. de ver. ob. & Insti. de diui. stipu. ergo male dicit hic. Et eodem modo oppo. de cōmunibus huius tl. Dicit glo. diuersimode accipitur iudicialis, & communis hic, quā ibi gl. hic, & in d. l. v. de ver. ob. & Insti. de diui. stip. prosequitur suum errorem. Nō enim bene intellexit diuisionem stipulationum, vt dixi in d. l. v. Sed quantum ad propositum dico, ꝙ eodem modo accipit prætoria stipulatio hic, & ibi: scilicet quæ est introducta ab edicto prætoris. Ad cōtrarium, dum dicis: ergo est species coæquæua ad iudicialem: respondeo ꝙ ibi ponitur diuisio stipulationū in genere: sed hic diuiditur solum illa species diuisionis stipulationum prætoriarum: & iudicialis ibi accipitur vno modo, scilicet inuenta à Iurisconsulto vel ab alijs peritis viris, nō à prætore: sed hic loqtur de iudiciali, hoc est, de inuenta à prætore vt iudiciū sit ratum: merito est quædam species istius generis subalterni: quia est prætoria stipulatio, & eodem modo dico de cōi. Item op. ꝙ species stipulationum sunt quatuor: vt hic. ibi dicitur ꝙ est vna tantum. quare male. Respondeo, ibi diuiduntur omnes stipulationes: hic vna tantum.

1 *Stipulatio iudicialis debet dici omnis stipulatio prætoria, quæ respicit effectum sententiæ.*
Item stipulatio de nouo opere demoliendo.
2 *Cautionalis stipulatio large potest dici omnis stipulatio.*
3 *Stipulatio cautionalis à iudiciali in quo differat.*
4 *Stipulationes prætoriæ seu cautionales habent instar actionum, quia ab inuito extorquemus, & principaliter peti possunt, ita etiam stipulatio rē ratam haberi.*
5 *Contrahens tanquam procurator, cogitur uel ostendere mandatum, uel cauere de rato.*
6 *Stipulationes prætoriæ non nouat primam actionem, sed illam nouationem faciunt, quā facit litis contestatio & sententia.*
Stipulationes, quæ ex necessitate interponuntur, non nouant, nisi expresse agatur.
7 *Stipulatio legatorum interposita hoc actu ut nouatio fiat, quid nouetur.*
8 *Stipulatio, rem pupilli saluam fore, interposita, nouat actionem tutelæ.*
9 *Stipulatio, rem ratam haberi, nouat condictionem indebiti, quæ competeret contra procuratorem.*
Condictio indebiti non datur, quando solutio fit in iudicio iudice præcipiente.
10 *Stipulatio damni infecti interposita animo nouandi, nouat interdictum, ꝙ ui aut clam.*
11 *Exceptio an nouetur.*
12 *Stipulationes de iudicio sisti, & aliæ, quare dicantur communes.*
13 *Facere quem securum, & facere quem cautum, idem importat.*
Promittens facere quem securum, liberatur promittendo per simplicem stipulationem.

Iudiciales. Op. ad primū dictū dicit hic ꝙ stipl'o iudicialis dr q interponit, vt sit ratū iudiciū, vel iudicatū solui, & c. cōtra, stipl'o iudicatū solui, īterponit, vt sit rata snia: nō vt sit ratū iudiciū. Dicit gl. cōcedo ꝙ hic accipitur
1 pro snia †& iō oīs stipl'o ptoria, q respicit effectū sniæ, debet dici iudicialis: & ideo stipl'o de no. ope. nun. interponit de opere demoliend o quaten⁹ p sniam apparebit iniuste ædificatum; & ideo quia respicit esse effectū sniæ, iō dr iudicialis: vt
2 l. stipulatio. §. habet aūt. s. de no. ope. nun. †Itē dicit hic cautionales, & c. cōtra, cōis stipulatio pōt dici cautionalis: vt j. ver. & sciēdū. Solu. Cōcedo ꝙ largo mō sumēdo oīs stipl'o pōt dici
3 cautionalis: sed hic accipit stricte. †Quarto, in quo differt cautionalis à iudiciali. R ñ. qa cautionales non interponunt respectu alicuius snie, sed iudiciales sic. †Itē dicitur hic, ꝙ istæ cau-
4 tionales habent instar actionum. Quæro, qd est hoc dictum. Dicit glo. qa sicuti p actionē agim⁹, vt qd nobis det vel fiat, & ab initio extorquem⁹: ita istas stipulationes exigemus ab inuitis. Fallit in stipulatione rē ratā haberi, q nō exigat ab inuito: vt l. inuit⁹. §. pœna. s. de pe. vbi causatiue cogit cauere qs de rato, si vult admitti: nō pcise. Dy. reprehēdit hāc gl. Nā nec alie stipl'ones, de qb⁹ hic loqt, exigunt ab inuito, vt patet ī stipulatione legatorū, quā nō cogit præstare ille, q vult pati immissionē in possessionē. Idē stipl'one dānt infecti: vt l. ptor. in pri. s. de dā. infe. quare Dy. sustinēdo gl. dicit ꝙ gl. habuit hūc intellectū, ꝙ oēs stipulatiōes, de qb⁹ hic loqt, pñt principal'r peti: & iō hnt instar actiōis, pterq; stipl'o rē ratā haberi, q non petit principaliter: sed p modū exceptiōis qs eā cōseqt. Ita voluit dicere gl. Credo ꝙ gl. habuerit hūc intellectū: tñ ego puto ꝙ idē sit in stipulatione rē ra. hab. ꝙ ī alijs, vt possit principal'r peti. Nā hic nō loqt ī stipl'one rē ra. ha. q interponit ī iudicio. Illa em vel esset iudicialis, qa respicit effectū sniæ: vel esset cōis qa respicit pcessum & sniam, sed loqt de ea, q interponit extra iudicium, vt puta qñ soluit pcuratori, vel qñ interponit super alio actu, q fit extra iudiciū, vt apparebit ex eadē gl. Po
5 ne, †cōtraxi tecū[d] tanquā cū pcuratore, vel solui tibi tanquā
d pcuratori, possum agere cōtra te, vt ostendas te pcuratorē vl caueas de rato. Casus est hic, vbi dr, cautio habet instar actiōis hoc est, pōt exigi ab inuito p officiū iudicis. Probo: ille, q vendidit tanquā creditor, debet docere se creditorē esse, vt l. j. C. credi. euic. pi. nō de. ita q cōtrahit vt pcurator, oportet docere se pcuratorē esse, & ibi Iac. but. hoc tenebat. Itē ille, q vēdidit nomē vt creditor, debet pbare se creditorē esse, vt l. si nomen s. de hære. vel ac: ven. Itē ille, q locat vt vsufructuarius, debet docere se vsufructuariū: vt l. si qs domū §. j. s. loca. Ergo eodē modo pcurator, q cōtrahit vt pcurator, debet docere se procuratorē, vt hic, vel caueat de rato, vt hic & l. j. C. de pcu. & iō nō est dicēdū ꝙ id, ꝙ dicit hic, fallat in stipl'one, rē ratā haberi qa esset dicere ꝙ Iurisconsultus male diceret hic. Itē dicit hic
6 †vt fiat nouatio. qro, q nouatio fiat p istas stipl'ones. Duplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

a ¶ An ſit verum. Verum exceptio poſſit nouari, vide hic & no. Bar. in l. ita ſtipulatus. in v. oppo. vltimæ partis. de verbo. obl. et Ang. in leg. ſi inſulam. eodem tit.

b ¶ Deinde. Vide Alex. in l. j. qui ſatiſd. cog. An ſi promitto liberare fideiuſſorē ab obligatione quā recepit pro me, erit remediū, Vide ſing. Bal. in l. C. de ſen. q̄ ſine cer. quanti. Et quid eſt ſecuritas, vide Bal. in auth. agricultores. C. quæ res pig. obl. poſ. et hic ad de Bal. i l. ſancimus. C. d ver. ſig. et Spe. de emp et vendi. §. j. ver. ſed quid ſi in inſtrumēto. vide An. in l. Papinianus. in §. ſi quis mortis. ſ. d inof. teſ. et Paul. de Ca. et Bal. in l. j. ſ. q ſatiſd. cog. Et adde q̄ ſi promitto te facere ſecurum, an liberet per ſimplicem p̄ miſsionem. Adde q̄ tex. in l. j. ſ. qui ſatiſ. cog. videtur probare q̄ teneor dare fideiuſſores, vel pignora quod intelligit An. verum, quādo poſt promiſsionē factā p̄ aliquē, ego promitterem te facere tutū & ſecurū: quia tunc intelligitur cū fideiuſſore, vel pignore: alias nihil importaret. l. qui bis idem. ſ. de ver. ob. de quo ibi vide p̄ eū. Et hoc etiam tenet An. hic, & eſt text. in l. p̄tor. §. hoc interdicto. in fine. ſ. de ope. no. nū. vbi per Ro. quē vide. Adde qd ſi ſtatutum dicat, inter aſſines fiat compromiſſum, recepta ſecuritate: an debeat intelligi cū fideiuſſoribus, vel pignoribus. Bal. conſi. cliij. lib. v.

c ¶ Oppo. q̄ requiratur. Qñ debet cauēri de euictione, adde etiam vltra hic not. per Bar. aliquos caſus no. per gloan l. q̄ rem. C. de euic.

eſt opi. Quidā dicunt, q̄ fit nouatio, hoc eſt, nouæ actionis adiectio, q̄ prima non tollatur, ſicut in nouatione quæ fit p̄ litis cōteſtationē, et p̄ ſn̄iam: vt dixi i l. aliam ſ. d noua. Alij dicūt, q̄ fit nouatio p̄prie. Prima opi. eſt vera. Nā iſtæ ſtipulatiōes, quæ ex neceſsitate interponūtur, nō nouāt, niſi expreſſe agatur: vt l. pe. j. eo. pbatur i l. ſi Stichū. §. legata. ſ. de noua. Quæro, poſito q̄ eſt actū, q̄ interponatur animo nonandi: qd nouabitur per iſtas ſtipulatiōes.† Et primo quæro de ſtipulatione legatorū, quid nouet, qñ hoc agitur? Rñ. nouat actionē ex teſtamēto in euentū cōditionis, vel diei: vt d. l. Stichum. §. legata. ſ. de noua. Gl. dicit verū, q̄ nouat in euētu cōditionis, qñ legatū erat conditionale. Itē in euentu diei, qñ hoc eſt actum. Pōt em̄ agi vt obligatio i diē̄ nouet̄ ī cōtinēti: vt dixi ī d. l. ſi Stichū. §. legata. Itē hęc ſtipulatio poteſt interponi ſup legato puro, vt l. hæc ſtipulatio. in prī. vt l. etiā. ſ. vt le. no. ca. & tūc nouaret incōtinēti ſine dubio. †Secūdo hic videamus in ſtipulatione de tutela, quid nouet, ſi hoc agit̄. Rñ. iſta eſt ſtipulatio, rē pupilli ſaluā fore, q̄ nouat actionē tutelæ, quæ debet oriri tutela finita: vt l. ſi pupillus. ſ. de noua. qd dic vt ibi fuit dictū. †Tertio videamus in ſtipulatione rē ratā haberi, quid nouet. Dicit gl. q̄ nouat condictionē indebiti, quæ cōpeteret contra ſuū procuratorē, ſi ſtipulatio nō eſſet interpoſita: vt l. ſine. ī prīn. j. rē rat. hab. Ex hac habes q̄ nō loqtur de ſolutione, quæ fit in iudicio iudice præcipiente. Nā tunc non haberet locū cōdictio indebiti: vt videbitis in d. l. ſi ſtipulatione. et probatur in d. l. j. C. de cōdi. inde.† Quarto, videamus de ſtipulatiōe dāni infecti, qd̄ nouet, quia hoc agit̄. Gl. dicit q̄ per hāc nouatur interdictū quod vi aut clā, cōpetēs, aut competiturū, ſi facias opus quod mihi noceat. pro quo illud ītердictū cōpeteret. & iſta eſt bona opi. Alij vt Mar. Ioan. Azo. & Hug. dicunt nouari actionem legis Aquiliæ vel in factū, q̄ cōpeteret. ſi illa ſtipulatio nō eſſet interpoſita quod nō videtur verū. Nā ſtipulatio damni infecti nō porrigitur ad ea dāna, pro quibus poſſet agi lege Aquil. vt l. fluminū. §. præterea. de dā infec. Alij dicūt q̄ nouatur quædam exceptio. quæ cōpetit dānū paſſo, contra dominū domus ruinoſæ: vt non aliter dominus tollat, niſi omnia tollat: & de damno futuro, & præterito caueat: vt l. prætor. in fin. & leg. ſequen. ſupra de dam. infecto.† Not. mirabilem gloſſ. ſecūdum quā habes q̄ nouatur exceptio. Examinemus hic an ſit verū: Nouatio eſt vnius obligationis in aliā transfuſio: vt ſ. de noua. l. j. ergo exceptio nō nouatur: quia nō eſt vnius obligationis in aliā transfuſio. Gl. in l. reſcriptū. §. ſi pacto. ſ. de pact. dicit, q̄ pactum producit iſtos effectus. Nā tollit naturalē, et elidit ciuilem, & obligat quē naturaliter non petere: vt l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ſ. de pact. Mō illa naturalis obligatio, q̄ ineſt in pacto pōt nouari. Ita dicit gl. ī l. reſcriptum. §. ſi pacto. Aduertatis. licet illa naturalis obligatio poſsit trāsfundi in aliam obligationem per nouationem: tamen alij effectus reſultantes ex pacto: non poſſunt transfundi in aliam obligationem. Præterea ponamus quod eſt exceptio, quæ non oritur ex pacto, ſed ex alia æquitate: vt l. qui æquitate. de doli exceq̄ modo nouabitur iſta. Videre, dico quod non poteſt proprie nouari: hoc eſt, in aliam obligationem transferri: ſed pōt

d Nec obstat ratio. Et ad materiam ad de Bal. in cõsi. ine. In christi nomine eiusque beatæ virginis Mariæ et Michaelis archangeli, ex insultu & percussione. in quo consuluit quòd Titius fecit insultũ cũ bastono contra B. et eum percussit, propter qd̃ rumor factus est in ciuitate ꝙ punitur de vulnere. Item punitur de concitatione rumoris, ex forma statuti volentis quẽcũque concitantem homines ad rumorẽ, seu clamantem ad armatali pœna puniri, eo quia non confunditur vnum crimẽ cũ alio, per hanc l. nunquam. et C. de accusa. l. qui de crimine. & allegat. C. de sepul. vio. l. qui sepulchra. ibi geminũ facinus. & quæ no. Bar. in l. senatus. de accu. & vide quæ dixi in l. si quis ingenuam. ĩ. de capt. Item dicit Bal. in d. l. aduersus. per illam legem, ꝙ si statutũ imponit pœnam deliga, et tractatum: et plures fecerunt ligam et tractatum: postea ex interuallo processerũt ad actũ, ad quẽ finaliter intẽdebant, ꝙ puniũtur de vtroque, propter interuallum temporis. faciunt not. per Bart. ĩ. co. l. iiij. in v. colum.
e Quæro, vtrũ. Vtrũ de istis criminibus priuatis posit accusare quilibet extraneus, late ꝑ Bal. in rub. C. de accusa. in iiij. et v. colũ. vbi tenet contra Barto. et Bal. in l. aduersus. C. de fur. Et ibi an accusatio furti, et vtrũ ius accrescendi transeat ad hæredẽ, vide Bal. in l. ĩ. vlti. co. C. ex delic. defũ. vide in l. ĩ. §. fi. ĩ. e. & Bald. ad hoc in d. l. ĩ. in vl. col. et ibi tenet contra Bart. hic.

a ¶ Accusari criminaliter. An ista accusatio sit publica, vel priuata: et qd si accusans de crimine priuato non probat de interesse suo, adde Io. And. in addi. Spe. de accusa. Vide omnino Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iur. fir. & Bald. no. in l. ea quæ. in iij. col. C. de condi. indebi. dicit q pro damno dato vi, aut clam, agitur criminaliter. Dic gl. esse notabi. & ibi subdit: q ista pœna criminalis non crescit per inficiationem.

b ¶ De furtis. Circa istam rubricam vid Bart. in consilio ccxcj. incipiente, videtur dicendū. vbi dicit quod accusans d furto debet dicere rē ad se pertinere, & illam posidere. vide ibi. Et vtrum posit committi furtū in re immobili, & vt det inquisitio, vide Ludo. Roma. in cōsilio cxlij. & vide eundē Ludo. Ro. in consil. cclxxiij. de eo q furatur lapides palatij si dicatur committere furtum.

POMATES.

b ¶ Furtis. Vtrū furtum etiam capitale dicatur priuatū delictum: dicit gl. quod sic, in l. pe. de condi. ob cau. Vide q dixi in l. ij. ĵ. de bon. dā. in fine apostillæ magnę. & no. Bal. in l. j. in pe. colū. C. ne ex del. defun. Quæ aūt dicatur robaria, & quis sit deprędator, dixi post Barto. in l. capitalium. §. famosos. de pœnis. ibi ēt quis sit prædo, & similia.

c ¶ Ab etymologia. Quādo procedat argu. ab etymologia, adde Bar. in l. j. de acqui. pos. i d. l. omnes populi. in rub. solu. matrimo. & scripsi post Bar. in d. l. j.

d ¶ Diffinitio furti. Et quia hic dicitur, inuito domino. limita in casu not. l. si qs seruo. C. eo. Idem intellige sane. per not. per Bal. in l. mala fide C. de condit. ex l. in Rub. C. de cond. ob tur. cau. & in l. incēdum. C. si cer. pet. & q scripsi in l. eos qui. C. de fur. & pulchre declarat Arch. xiiij. quę. v. pœnale. vbi oīno pvide. Et ibi quid in dubio p Bar. in l. inter oēs. §. recte. ĵ. eod. Et quis sit fur manifestus, vide ĵ. eo. l. si quis in seruitute. & per Cy. et Bar. in d. l. falsus. & quod ibi Bald. in iij. oppo.

iniuriarum. j. de iniur. sed bene potest accusare hęres, tanquā persona, cuius interest. & quis prosequitur propriā vindictā cū psequitur iniuriā defuncti: vt l. j. §. ij. j. d iniurijs.

9 † Quærit gl. an pro damno dato vbi habet locū actio legis Aquiliæ, posit a quis accusari criminaliter[a]. Et cōstat q si damnum est datum per vim, habet locum accusatio legis Iuliæ de vi pub. Sed quæstio nostra debet intelligi qn dānū est datū leuissima culpa, q venit in l. Aq. vt l. in l. Aq. s. ad l. Aq. vtrum tūc posit accusari criminaliter. Cy. in l. si qs nō dicā rapere. circa fi. C. de epis. & cleri. Videt tenere q non. Sed habuistis contrariū no. in l. respiciendū. §. delinquunt. j. de pœ. & ibi dixi vobis. Probatur. s. de legi. l. j. ibi: sponte, vel ignorantia, &c. & quod ibi no. in glo.

10 † Quæro, an pro rapina habeat locum accusatio priuata? De publica constat. j. ad legē Iuliā de vi pub. & priua. Glo. nō declarat istud. Veritas est ista, quod in casu potest esse pro rapina accusatio priuata: vt l. si quis ex domo. j. tit. j. & no. in l. infamē. j. de iudi. publi.

b *De furtis.*[b] *Rubrica.*

Dixi supra de priuatis delictis in genere: sequitur videre in specie. sed quia delictū furti frequentius cōmittitur: ideo de furtis præmittit.

1 *Furtum ex sola cogitatione non committitur.*
2 *Argumentum ab etymologia uocabuli, quod non ualeat. & remißiue.*
3 *Contrectare, est rem de loco ad locum remouere.*

LEX 1.

FVrtum. Ponit tres deriuatiōes furti. Prima est a tempore. Secunda est ab aīo. Tertia est ab actu corporeo. in ver. sola cogitatio. pone casum.

1 † Quæro, vtrū ex sola cogitatione qs cōmittat furtū? Videt q sic: qa furtum dicitur a fraude. & sic ab aīo. Iurisconsult[us] determinat contrariū.

2 No. † ergo q ar. ab e- c tymologia[c] vocabuli, nō est validū. Et p̄t esse ratio: qa huic repugnat diffinitio sequētis. Simile ī l. prima. s. de tu. & l. ij. §. appellata. s. si certū petat. & Instit. de testa. in prin. Dixi in l. j. s. de testamētis. in principio. In versi. furtum: ponitur diffinitio d furti[d]. Dicit hic, q furtū est contrectatio.

3 Quæro, quid est cōtrectare? Rn̄deo, est

rarios. Et adde q consuluit Ange. in consi. quod incipit, in cā prædicta, et ratio. quod ille etiam dicitur manifestus vsurarius, qui per diœcesanū pronunciatus esset publicus vsurarius. Et pōt hoc facere quando vsurarius est testibus superatus de tali crimine, aut vsurarius confessus est etiam coram episcopo ipsum crimē, vel contra ipsum laborāt notabilia argumenta. fama concurrente extra de vsur. in c. cum tu. Et hoc tenet Gulie. extra, de vsur. c. j. li. vj. alias rē si diœcesa nus istis non concurrentibus pronunciaret, non esset vsurarius manifestus secū dum eum. Item ille est vsurarius manifestus, secundum eū. Item ille est vsurarius manifestus, qui tum ad hoc vt testari: non posit, si corā sacerdote, & testibus publibus fateatur se vsurarium, & vsuras mandat restitui, forte libellum rōnū tradens. Et pro hoc facit quod dicit Io. An. in c. quīquā. de vsur. in vj. in versi. manifeste. Nemipē sufficit ista extraiudicialis confessio coram testibus tamē facta, vel etiam corā sacerdote, nisi mandatum intercederet de restituendo vsuras, saltem per assignationem librorū rationum. Sed ista tria requiruntur copulatiue, vt appa[ret] ex prædicta gl. secūdum Ange. Item dicit Ang. in d. cōsi. q ad hoc vt manifestus vsurarius non possit testari, requiritur q tempore quo testat, fuerit manifestus vsurarius, et si ante & post ipse pœnituit: aut ante mortē fuerit occultus fenerator, & post mortē incœpit esse palam, q testamentum valet, & probat per text. in d. quīquā. dicētem q nullius manifestorū vsurariorū intersit testis. postea subdit quod testamenta vsurariorū manifestorū facta non valeāt. Vnde qualitas videtur dari iuncto ver. ... mo significat secundum tempus ... ff. de nova. l. in delictis. §. si extraneus. & in l. j. §. quod ait. ĵ. quo. le. secundū gl. q not. in prædicta. Adde q no. Bal. in l. j. in vj. col. C. de ...

de loco ad locū amouere: vt l. iij. §. si rē. s. d acqui. possessio. Item dicit hic, lucri faciē di. quid si non intendat lucrari sibi, sed alteri? Respondeo, sufficit, vt l. si quis quid perferēdum. in prin. j. eo. Cętera circa hāc diffinitionem dic vt in gl.

1 *Delictum dicitur manifestum, quando quis deprehenditur in ipso delicto uel aliquo actu propinquo ad delictū.*
Adulterium dicitur manifestum, quando quis deprehenditur in domo alicuius pulchræ mulieris.
Homicidium dicitur manifestum, quando aliquis reperitur mortuus, & quis fuerit uisus effugere cū gladio euaginato.
2 *Fur ut dicatur manifestus, non requiritur eius captura: sed sufficit quod fuerit uisus cum re: & fuerit acclamatum.*
3 *Vsurarius manifestus, qualiter quis dicatur.*
4 *Famosus fur, qualiter intelligatur? remißiue.*
5 *Initium dicitur illud totale tempus, quo ducis ad locum destinatum.*
6 *Stāte statuto, quod Potestas teneatur aliquid facere in principio sui officij, qualiter intelligatur principium. ubi quod prima pars, id est primus mensis.*
7 *Fieri aliquid in principio plateæ, dicitur quod fit in prima parte, ea diuisa in duodecim partes.*
Communis usus loquendi attenditur.
8 *Principium rei, dicitur à patre superiori, pars ad quam descendit cursus aquæ, dicitur finis.*

FVr est manifestus.

Ex hac † lege nota q delictum dī esse manifestum, quando qs deprehendit in ipso delicto, vel aliquo actu ppinquo ad delictū. Ita vides hic, si deprehenditur quis cum re furtiua, licet non fuerit visus furari, est manifestus fur. Idem dico, si aliquis deprehēditur in domo alicuius, vbi pulchra mulier est: certe facit hunc adulte- c rum manifestum.[e] Ita debet intelligi l. capite quinto. j. de adult. Item si aliquis fue- f rit visus effugere cū gladio euaginato,[f] & reperitur aliquis mortuus: certe ex hoc est homicidium manifestum q talis fecit.

2 † Secūdo quæro, an ad hoc q fur sit manifestus, requiratur apprehensio, seu captura. Quidam dicunt q sic, per hāc. l. Sed cōtrarium est verū: quia sufficit, q fuerit visus cum re, & contra eum acclamatum: vt l. si quis in seruitute. §. j. j. eo. not. per Cyn. C. de fur. l. falsus. in ij. opp. Ista lex facit ad quæstionē. Dicit decretalis q non valet testamētū vsurarij manifesti.

5 † Quæro qs g dicatur vsurarius manifestus[g], vī q regratur apprehēsio, vel accumulatio contra eū in ipo actu, vt hic. Gl. tn̄ dicit alr extra de vs. c. vsurarū. & c. q̄ q̄. li. vj. vbi dicit, q ille ē vsurari[us] manifest[us] q tenet altare patū ad

e ¶ Adulterium manifestum. Per Bar. in l. ij. in fi. de adulte. vide ĵ. eod. l. si quis in seruitute. per Cy. in l. falsus. ĵ. eo. & ibi etiā Bar. in prin. & seqē etiā Bald. in d. l. falsus. in iiij. oppo. vbi idem tenet quod Bar. Bene facit quod habet in l. si quis adulterium. Et Spe. in ti. de præsump. §. j. & Bal. in authent. quas actiones. C. de sacrosan. ec. in fi. & in terminis. Io. and. in titu. de probat. §. j. ver. xiij. de quo Imo. in l. fi. ĵ. de hæ. inst. & per Bal. in l. fi. in iij. col. C. de pb.

f ¶ Gladio euaginato. Hoc approbat Bal. in l. neque natales. in fi. j. col. de pb. Et quod dicit Bar. hic de gladio euaginato, reprehendit Ang. in l. fi. in prin. quod me. cau. C.

g ¶ Vsurarius manifestus. Quis dicatur vsurarius manifestus, adde pulchrū dictum Bar. in l. j. §. apud Iulianum. ĵ. de ædil. edic. & in materia vide qd no. Bar. post gl. & quæ no. post Bal. in l. cū allegas. C. de vsur. Et ad hoc vide Bal. in l. j. C. de test. & in l. j. C. de fal. cā adie. leg. & no. Moder. Institu. de act. §. ex maleficijs. & §. quadrupli. & de multis fraudibus, quas excogitant fœneratores ad hoc, vt sui contractus non dicantur fœneratitij: tetigit Io. And. in c. ex literis. de iureiur. & in c. ad nostram. de emp. & vend. ideo quia infinitæ sunt constitutiones synodales. prouidetur de modo cōuincendi vsu

rei iudi. & in l. posthumo. in fi. de contratab. & in l. j. C. de fal. cau. adie. l. ... an ille qui probatur per coniecturas vsurarias, dicatur vsurarius manifestus: & dicatur satis probatum, licet non per dictas probationes. Bal. ... ibi in l. cum proponeretur. de leg. ij. tenet quod sic. Allegat quod habetur in capitulo vltimo de suc. ab inte. Tu etiam potes secundū Imo. ibi allegare ... habetur in c. cum in diœcesi. de vsuri. & per glos. in capi. j. & ij. eo. ti. Quis dicatur vsurarius manifestus, per Ang. in q. Astensis. in l. charta. & Bal. in l. ... C. de sacrosanc. eccle. in lec. & in repeti. & Cy. dicit in l. ea quidem. C. de accusatio. quod vsurarius manifestus dicitur ille, qui in pręsentia decem ... fœnerauit. Et vide no. per Bar. in l. interpositas. C. de transac. Et qualiter per famam & argumenta probetur quem esse vsurarium: vide tex. cum glo. in l. cum in diœcesi. de vsur. & no. per Federi. consi. xj. Et no. quod licet probetur quem esse vsurarium, non tamen per hoc potest rescindi contractus factus cum eo, nisi probetur vsurarium fuisse in illo cōtractu. secundū Bal. in l. interpositas. in prin. de transa. & dicit Bal. & Cy. in l. j. C. de probat. si vnus, qui erat consuetus fœnerari viginti pro centenario, quod ... mihi centum quæ sibi solui: an præsumatur vsuras habuisse & dicunt ... non. Et quomodo probetur quē vsurarium, adde Bal. in l. cū allegas ...

Universidad de Deusto Biblioteca

col.C.de vsur.et in l.j.§.similique modo.C.de Lat.lib.tol.et in l.scripturas. C.qui pot.in pig.hab.et in materia vide Bal.in l.j.C.de test.vbi no. loquitur.Et an per solam confessionem, quia in iudicio quis confessus est se vsurarium, probetur vsurarius manifestus, vide Bal.no.in l.j.ad fi.de confe.Sed qđ per coiecturas nõ probetur qs esse vsurarius,no.in l.duos.C.de ap.Sed an in genere si sibi ꝓbanti resultet cõmodum, admittetur, q testificatur talem sibi mutuasse sub vsura, vide Bald.in l.dictanctibus.C.de testa.et ille qui mãdat restitui vsuras, si reperiatur aliquas habuisse,non conuincitur vsurarius.all.Fede.in consi.lxij. Adde quod cõsiliũ Ange.est x.in ordine,de quo etiã per Bal.cõsi.xvij. tertio libro. Et ibi an possit pronunciari manifestus a iudice laico. et cxxxj.ij.lib.et cõsi.xxv.et cclxxv.primo lib.per Fede. consil. viij.Et an per cõfessionem de restituendis vsuris quis probetur vsurarius, vide per eundem cõsi. lxiiij.per Abb.consil.cxiij.Et de eo qđ tenuit Bar. quomodo intelligatur principium,vide Pet. de Anch.consil.xcviij. vbi approbat doctrinam Bar.

a ¶Dicit statutũ. Vide aliquid per Bar.i l.iiij.in fi. de tempo. appel.per Bal.in ru. ff.de re.diui.in ante pe.col.& Alex.in l. j.ff.si quis ius dicen. non obtem.

b ¶Vlterius opponi. In omnibus casibus, quibus potest capere furem, vide Bart. in l.j.C.vnde vi. & ad intellectum huius legis vide.s.eo.l. fur est manifestus.

c ¶Iuxta hoc quæro vtrum laicus posset capere clericũ delinquẽtem,et ipsum ducere ad Potestatem: adde Bal. in l. si qua per calumniã. C. de episc. et cleri.et dixi post Bar.in d.§.si debitorem.et no.Bar.i l.si miles. de exhib. reis.et per Cano. in c.cũ nõ ab homine. de iud. Lapus alleg. cxxvj.alias cxxij.vide not.per Ange. & doct.in l.j.§.ne quis eũ.et quod not.Inn. in c.si qñ.de offic. de le.Adde q Bald . in c.j.§.si quis.de pa.iu.fir.dicit,q capi possunt clerici delinquẽtes, vt præsentẽtur episcopo.et ibi eũ oĩno videas.All.In.& Ioã.An.in ca. vt famæ.de sent.excom. & hoc in ipso actu delinquendi, vel immediate post.sed ex interuallo nemo põt eos ca pere, nisi ex concessione episcopi:vt no.extra,de iudi.c.cum nõ ab homine.Sed dñs Antonius in dicto cap.cũ non ab homine.in hoc tenet contra Ho.in dicto c.vt famæ.sed Inno.tenet cõtra d.An.adde tamẽ q clerici,vel monachi in sacris cõstituti,nõ possunt capi,et per iudicẽ ecclesiasticũ ꝓ debito ex contractu vel quasi,no.Io. An.in c.si clericus.de sentẽ.excõicatio.in vj.Ad qđ allegatur tex.in c.lator.de pigno.& in c. vt famæ.de sentẽ.excõicatio.Secus si sit debitor ex delicto,vel ex contract u ratione doli,vt in c.j.de deposito.&

mutuandũ,vel de hoc est ꝯfessus vel cõuictus. Tu de hoc dicas:quandoque quæritur,vtrũ quis dicatur delinquẽs,seu peccator manifestus,vt fur, vsurarius,vel alio modo respectu certi,& limitati delicti:& tunc requiritur apprehensio,seu acclamatio cõtra eũ non in ipso actu delinquẽdi,vel in his quæ sunt proxima delicto:vt in istis legibus. Quandoque q̃ritur,vtrum aliquis sit manifestus peccator alicuius delicti in genere:& tunc non sufficit q faciat semel,aut bis illđ delictũ,sed requiritur q stet publice paratus ad istud delictũ faciendũ:vt facit meretrix in prostibulo,vel vsurarius ad banchũ:vt l.palã in prin.s.de ri.nup.& quod no.in d.c. vsurarũ.Item si non faciat ita palam,sed quasi:vtputa mutuat ĩ camera sua,cuilibet volenti:ar.d.l.palam.& l.iij.circa princi.s.ad Mace.Ita intelligo hãc materiam. Famo-

4 sus † aũt fur qualiter intelligatur,vidistis ĩ l.capitalium.§.famosos.infra de pœ.et sic est differẽtia inter manifestũ,et famosum.

5 † Vlterius no.in l.quãuis.illud quod dicit gl.initium,appellatur illud totale tempus,quo ducit ad locũ destinatum. Istud

6 facit † ad quæstionẽ:dicit statutũ [a] q Po-

a testas teneatur aliquid facere, seu aliquã inquisitionem in principio sui officij.

Quæro quomodo intelligitur in principio sui officij. Hic videtur gl. q principiũ intelligat̃ prima dies:vt hic,et l.quo destinauerit.j.eo.Et pro hoc videtur tex.s.de aqua quo.et æsti.l.j.§.æstatem.et §.seq.In contrarium videtur,q principiũ dicatur vsque ad mediũ sui officij:à medio retro dicatur finis:vt no.s.si quis ius di. nõ obten.l.j.Breuiter puto dicẽdum sic,q principiũ dicatur prima pars rei:et ideo si res, de qua agitur,habet diuisionem,et distinctionem partiũ,intelligo in principio,i.in prima parte:vt C.de iud.auth.ad hæc.Nã iudiciũ diuiditur in tres partes:Principiũ vsque ad cõtestationem inclusiue : mediũ vsque ad cõclusionẽ causæ:post cõclusionem vsque ad sententiã intelligitur finis. Vnde in principio intelligitur,i.in prima parte Facit l.si quis in principio testamẽti.de leg.iij.Nã ibi intelligitur in principio,i.in primo capite.Eodem mõ si quis diceret:in principio seculi,intelligitur de prima ætate,q̃ fuit ab Adã vsq; ad Noe: quia sic est diuisum seculum ꝑ ętates.Sed quandoq; res,de qua agitur nõ, habet partes,vt in casu proposito:vt quando fit furtũ.Nã quanto tempore fuit furtũ,ignoratur:& quãto tempore duret fur cũ furto, ignoratur:ideo intelligitur de prima die. Ad propositum,cui statutũ dicat,q Potestas teneatur facere aliquid in principio officij sui:et officiũ Potestatis duret sex mẽsibus,intelligã in primo mẽse,quia habet sex pricipales partes.Itẽ si duraret anno:intelligerẽ in principio,i.in prima parte,i.in primo mẽse:quia habet partes duo-

7 decim. † Sed quid dices in re corporali,ad quã refertur hæc appellatio principij? Respondeo,quælibet res corporalis diuidit diuisiõe legali in partes duodecĩ: vt l.seruũ.§.hæreditas.s.de hære.instit. iõ dicã fieri in pricipio plateæ illud,quod fit in prima parte ea diuisa in duodecim partes:et in fine dicã fieri id,quod fit in vltima parte. Prædicta vera,nisi communis vsus loquẽdi aliter se haberet,q certã partem appellaret principiũ,tunc standũ est

8 cõi vsui,vt l.j.in prin.s.de flu. † Sed quæro,à qua parte faciemus principiũ? Certe à parte superiori,inferior autem pars ad quem descendit cursus aquę,dicitur finis: ar.l.j.in fi.s.de aqua plu.arc. Vlterius op. j.l.proxi.Solue vt ibi videbimus.

1 ☞ *Quilibet potest occurrere ad capiendum delinquentẽ.*

4 *Laicus potest capere clericum delinquentem,ut eum ducat ad iudicem:non ut ipsum detineat.*

3 *Defendere aliquem offensum, & eum iuuare quilibet potest.*

7.

SI quis in seruitute.

Hic ponitur nouus casus secundũ glo.Opp.ad principiũ.s.l.ꝓxi.vbi videt̃, q sufficiat,aliquẽ capi tota illa die antequã pferat ad locũ destinatũ.Duę sunt solutiones,Vna q hic loquit̃,quando quis isto medio tp̃e mutauit statũ.et hoc tenet gl.in l.præcedẽti.Alij dicũt q istud principiũ corrigitur per ver.idem Põpo.ita dicit gl.hic.et hanc so.tenet Dy.quasi mutatio cõditionis personæ nil releuet:vt l.j.j. de pœ.Possumus sustinere gl.vt illud qđ facit mutatio diei,faciat mutatio status ꝑsonæ.Nõ obstat.l.j.j.de pœ.quia ibi loquitur in pœna iã cõmissa:in qua non nocet mutatio status:hic in pœna cõmittenda,

b seu alterãda. Vlterius opp.[b] de l.in omnibus causis.infra de reg.iur.glo.non soluit. Dy.dicit hic, q potest aduersario imputari culpa,quia fuit nimis timidus :ibi non. Vel ibi vis infertur ab alio:quod hic fur non facit. Vltimo no.fi.huius legis ibi:

1 quilibet transiens &c.Ex quo habes † q quilibet potest occurrere ad apprehendẽdum delinquentẽ.Simile vidistis s.eod. l.

2 iij. † Iuxta hoc quero [c] vtrũ laicus posit

c capere clericũ delinquentem,quod sic,vt eũ ducat ad iudicẽ,nõ vt ipse eũ detineat: ar.l.ait prætor.§.si debitorem.de his q̃ in frau.cred.& l.capite quinto.j. de adul.& quod no.Insti.de act.circa princ.hoc tãgit Inn.in c.vt famæ.extra de sen.excom.

hoc ibi tenet do. Ant.sicut etiã videmus in doctoribus in l.medicos.C.đ ꝓfess.et medi.li.x.& eorũ filijs et vxoribus.& iõ dicit Bal.An.& Imol.in l.qđ ergo.§.si hæres.de le.j.q pater inueniẽs clericũ adulterantẽ cũ filia,si ipm̃ occidit,nõ incurrit pœnã canonis. Vide c.si vero.el.j.ad fi.et de sen.excõ.et ad de no.Bar.hic vid no.ꝑ Mod.i l.đ pupillo.§.meminisse.đ no.ope.nũ.Et in hac materia ad Bar. hic addđ,q ꝓ bõo publico qlibet põt capere fugiẽtẽ:vt l.gñali.đ decu.lib.x.et bene facit tex.in l.fi.C. de male.et ma.et no. ꝑ Bart.in l.neminẽ. C.de exhib.re.sed interest Reipublicę vt delicta nõ remaneãt impunita.ergo quilibet põt capere clericũ,vt eũ præsentet suo iudici:vt ĩ auth. de defen.ciui.§.nos igitur.et ĩ auth.vt iudi.sine quoquo suff. §.necessitatẽ.Sed aduerte:qa contra doctrinã do.Ab.in ca. cũ nõ ab homine.facit tex.in d.c.si vero in fi.de sen.excõ.vbi expresse dicitur, nõ licet clericum inuẽtũ in adulterio, vel stupro capere,& ei violentas manus imponere: nisi sint personæ quædã cõiunctæ,q̃ ibi notantur. Et quãuis posset ad illum tex.respõderi, q procedat qñ clericus nõ est ĩ fuga, vel non est verisimile q fugiat:hoc tamen multũ restringit illã rõnem,cũ in dubio manifestũ est seu verisimile q deprehensus ĩ maleficio, timore ne captus ponat̃ ad torturã,q ipse fugiet,vt est casus notabi.in c.vt famæ.s. alleg.et ad hoc facit tex.in l.j.ff.de bo.eorũ q morte sibi consciuerũt.et ibi ꝑ Barto.vbi ꝓbat̃,q accusatio ẽ iustus metus accusato, si fugit ꝓpter quẽ ille,q fugit ꝑsumitur fugisse.eadẽ rõne faciet q verisimile sit accusatũ debere fugere , et si custodiat̃ : qa iustus timor ꝑsumit̃ mouere quẽlibet ad faciẽdũ,vt euadat a ꝑiculo:vt patet ĩ toto ti. qđ me.cau. Vñ qa đprehensus in crĩe ꝑsumitur fugitiuus,et legis dispositio faciẽs regulã debet adaptari ad ea, quæ cõiter cõtingũt:vt ĩ l.nã ad ea . ff.de leg. Vnde si tex.ille in d.c.si vero voluisset in illo casu, quo clericus nõ posset fugere,vel nõ esset verisimile q fugeret,non liceret eũ capi.nã erat simpliciter ponenda regula negatiua . cum iste casus cõtingat đ facto,et sic quodã mõ cõtra naturã đprehẽsiõis ĩ delicto ꝑsonali:sed debet poni regula affirmatiua cũ ista exceptiõe sic,vt fit cõiter in delictis ꝓhibitis. Vnde nõ placet ĩtellectus ille ad illã decretalẽ,et vr̃ potius distiguẽdũ.vt distiguit Ab.in d.c.si vero,vt dicamus,aut clericus repertus in delicto cõtinuat delictũ,siue nõ desisteret a delicto:nisi caperet̃ per laicũ: & tũc liceat vnicuique laico capere eũ,et ligare,si alias nõ posset ꝓpulsare, iniuriã,scđm.In.ibi.Pone exẽplũ:quãdo clericus fugeret cũ re quã surripuit. nec ex solo clamore dimitteret rẽ:tũc etiã laico licet capere eũ: qa cõtinuat

Universidad de Deusto Biblioteca

delictum. Vnde tũc sola captura non est pro maleficio puniẽdo: sed dicitur fieri p defensione rei, vel p sonar. & hoc semper fieri potest, vt 3. dictum est. Et ista rõne põt concedi ꝙ si familia inueniat clericum de nocte, possit ipsum capere, & præsentare epo secũdum Abba. in loco præal. & in ca. vt famæ. e. ti. Potest etiã assignari alia ratio: quia si clericus permitteretur abire noctis tpe, malũ remaneret ĩpunibile: qa nõ posset postea cognosci: vt l. si is q rẽ. in prin. & ibi no. 5. e. Aut clericus deprehensus in delicto desistit ab eodẽ: & tũc probabilior videt esse opi. Hosti. quantus fugiat: vel sit verisimilis fuga, ꝙ nõ posset capi per laicũ & sic p laicũ puniat & illa conclusio probatur forti ratione: quia rex. in c. vniuersitatis. de sent. excõ. dicit ꝙ prælatus nõ posset verberare clericum per se, quãtũcunq; subsit veritas verberandi, p alium põt: sed non põt executio committi laico per prælatum. Si ergo non permittit laico verberare clericum de mandato prælati, etiã qñ aliter crimen non põt puniri: multo fortius laico non permittit clericum capere propria authoritate, nõ est tũ verum ꝙ si clericus fugiat, delictũ remaneat impunitũ quia contra ipsum, licet absentẽ, poterit procedi multiplicĩter iuxta ea, quæ habentur in ca. Veritatis. de do. & contu. Item habebit locũ remissio ad peritionem iudicis, in cuius loco deliquit, iuxta not in Cle. pastoralis. de re iudica. vel si clericus alibi constituat domicilium, ibi poterit de hoc delicto accusari. l. j. et ibi habetur. C. vbi de cri. agi opor. & not. in c. fi. ĩ. ti. pxi. Non ob. dictũ Inn. in d. c. si vero. & do. Abb. hic in secũda ratione adducta per eũ qa dico ꝙ termini non sunt pares. Nã illud argumentum bene valet: licet defendere priuatum: multo fortius publicum, vel circa publica. xxiij. qõ. iij. c. fortuito. &c. non infesenda. Sed non valet istud arg. licet defendere priuatũ, ergo licet ad vtilitem publicã capere, vel lesa factorẽ, vt puniat: quia per hoc Reipublica non defendit sed potius procurat vtilitas publica, impiendo defensionem proprie, id est, qui repellit iniuriam, ꝙ inferri vellet.

3 † Vltimo ex hoc tex. dico, ꝙ quilibet potest iuuare, & defendere aliquẽ offensum nam si quilibet potest me iuuare ad defensionem rerum, vt hic dicit tex. multo magis põt me iuuare ad defensionẽ psonę.

1 *Condictio furtiua quod extinguitur ipso iure, re furata restituta, & dominus sit ipsam consecutus.*

2 *Si factum est pactum de non agendo furti, ex noua contrectatione nascitur actio furti.*

3 *Qui fecit furtum Florentiæ, si reperitur hic Mediolani cũ furto, an possit puniri. remissiue.* 9.

EI qui furti. Hæc ẽ multum notabilis lex, diuidit in tres partes. Primo ponit vnũ dictũ. Secũdo ponit aliud scilicet quod sit officium iudicis, quando primo agitur contra furem rei vend. Tertio, quod sit officium iudicis, quando prius fuit actum cõdictione furtiua: & tunc agitur rei ven. Secunda ibi: sed si eam. Tertia ibi: ꝙ si ex cõdictone. Tex. ibi, decreuisset. i. decrescẽdo peruenisset, seu permansisset: secundum Iacob. de Are. de ꝓprietate cognoscit, s. in qua licet iudici, quod ex arbitrio æquum videbitur decernere: vt insti. de ac. §. preterea. Ibi, quod si ex cõdictione. vbi nullum iudex potuit exercere: arbitrium, cum non sit arbitraria: & sic non coegit petitorẽ ad remittendã rei vẽdicationẽ, vbi sustulerit, nunc autem conuenitur rei vendi. quæ est arbitraria in ea erit officium iudicis. quod sequitur, vt autem, &c. Opp. ad principiũ de l. inter oẽs. §. fi. & l. si dominium. j. eo. Sol. Hæc intelligitur secundũ illam, scilicet nisi res ad dominum sit reuersa vel dominiũ mutatum.

1 Item videt † ꝙ restituta extinguit condictio ipse iure, vt j. eo. l. si pignus. §. cũ furti. Sol. verũ est, si consecutus fuisset qs rẽ. secus si æstimationẽ, vt hic. Vlterius opp. & videt ꝙ ista cautio sit superuacua, seu ista remissio, cum habeat exceptionem. Solue vt in gl. Vltimo oppo. ad fi. de l. eiꝰ rei. §. de rei ven. vbi videtur, ꝙ ille, qui soluit litis æstimationẽ, efficiatur dñs, adeo ꝙ nõ possit conueniri rei vendi. Sol. Hic in fure, & sic in malę fidei possessore, qui nõ habuit causam ab actore: ibi secus. Et intelligo hic: ꝙ tempore solutæ æstimationis non erat possessio penes furem alias secus, vt no. per Dy. in c. ꝓ possessore. extra, de reg. iur. lib. vj. in v. q. Vel si dicis qd erat penes furem intelligo actore ignorãte. Ita dicit Iac. de Ra. vt no. per Cy. C. de condi. fur. l. j. in iiij. q. dixi in l. litis æstimatio. §. pro empto. † Vlterius quærit gl. pone quod feci tibi pactũ de non agẽdo furti: vtrũ ex noua contrectatione oriatur actio furti: videtur quod non: vt hic. Cõtrarium determinauit gl. quia non esse natã actionẽ, vel esse natam & sublatam esse, paria sunt: vt l. si dari. §. de ver. ob. sed si nõ esset nata ab initio, nasceretur furti actio ex noua contrectatione: vt l. j. C. de noxa. & l. serui & filij. j. eo. ti. & l. iij. §. re. amo. ergo &c, Præterea, pro hoc videt casus. j, e. l. si quis vxori. §. si quis iurauerit. Ita dicit gl. Cõtra istã gl. videt alia gl. in l. eum qui §. in popularibus. §. de iureiuran. & l. q iurasse. §. ij. eo. ti. & l. si a te. de excep. rei iud. Dicunt quidam hanc gl. dicere veritatem & alias gl esse falsas. Tu dic illas, & istam esse veras. Nam hic loquitur quãdo post factum interuenit nouas actus, scilicet cõtrectationis, & animus lucrandi: merito actio furti nascitur, sed gl. cõtrariæ loquitur quando nullus actus de nouo superuenit: sed durat qd antiquitus erat. Pro hoc

3 induco. d. §. si quis iurauerit: † Vltimo hęc lex facit ad quæstionẽ: quod si aliquis fecit furtum in ciuitate Florentiæ. & hic deprehendat cum furto: quod hic non possit puniri: quia assidua contrectatione actio furti non nascitur, postquã in principio nata fuit. Dicam infra eo l. si dñium.

11. IS, cuius. Istam regulam glo. hic Iurisconsultus, & in legib⁹ seq. Sed gl. limitat hãc regulam, & declarat in l. manifestissimi in prima gl. C. eo. Dic vt ibi.

1 *Nemo ex iniquitate sua consequitur actionem.*

2 *Rapina vel violentia quod sit delictum, quod committitur in personam, furti uero non.*

3 *Actio triticaria quod competit furti.* 12.

1 ITaque fullo. † Nota qd ex iniqta-

a te sua nemo cõsequitur [a] actionẽ. Op. de l. j. §. si prædo. & l. bona fides. §. j. ẽ. depo. l. ita vt si fur. ẽ. commo. Gl. soluit qd ibi ex contractu suo, non ex iniquitate: et sic non est causa proxima actionis, sed remota causa iniquitatis. Item opp. [b] l. j. §. qa

b me vi. ẽ. de vi & vi arma. Gl. magna nota-

c biliter soluit. & sic innuit [c] † quod rapina,

2 vel violẽtia sit delictum quod cõmittit in personam, furtum vero non committitur in personam: vt no. de quo plene dicã in l. licitatio. §. quod illicite. ẽ. de pub. Istud dictum licet sit verum in se, tamẽ solutio cõtrarij non est vera: quia idẽ est in violẽtia quod in furto: vt l. ij. §. & generaliter. j. vi do. rap. Ideo gl. in d. l. j. §. si prædo. dat aliã solutionẽ: quæ licet habeat apparentiam, tñ non congruit rationi positę hic. s. ne ex improbitate sua consequeretur, &c. Et iõ alibi soluit aliter. Et sic quod in §. qui a me vi agitur furti ad possessionem, quæ sibi vi arrepta est. quod põt, ne habeat actionẽ ex improbitate sua, sed auferentis: hic nõ põt agere fur furti actione ad duplũ, vel quadruplũ: quæ actio furti datur ad ĩteresse agentis, vt legib. cõtrarijs: sed hoc

3 interesse nõ est sine sua improbitate: ergo &c. Et ideo si fur vellet possessionẽ repetere actione triticaria, posset, vt l. j. de triti. Et ita intelligunt quidam l. inficiando. §. infans. j. eo. ibi aliquid tangam. Hanc sol. ponit gl. de reg. iur. l. cum pa. j. Cy. tangit, & non ita clare. C. eo. l. h. in prin.

13. IS cui ex stipulatu. No. ꝙ id ꝙ dicit i. eo. l. is cui⁹ interest. intelligitur q interest rõne possessionis: vel iuris realis, sed si ratione actionis personalis. Ita gl. istam legẽ intelligit. vtl aũt hic debitor actionem cedendo liberet. Dic vt in gl.

1 *Actio furti, quod non detur ei, cui ius interest ratione actionis personalis.*

3 *Emptor licet nõ possit rem accipere propria authoritate, etiã pretio soluto, & habetur bonæfidei possessore, tamen non tenetur actione furti.*

2 *Quando periculum est uenditoris, an actio furti debeat cedi emptori. remissiue.* 14.

EVm qui. Hæc est multũ nota. l. dñ hic, ꝙ emptor actionẽ furti nõ habet: cõtra sua interest nõ surripui: ergo &c. vt l. is cui⁹ inter-

1 est. ẽ. e. Sol. † Hic interest rõne iuris personalis: non rõne iuris

2 realis: vel possessionis: vt dixi ẽ. l. proxi. † Secundo opp. ad ẽ. de l. si ex stipulatione. ẽ. de acq pos. vbi dicitur, quod nõ licet accipere rẽ ꝓpria authoritate, etiã ptio soluto. Sol. cõcedo qd

d licet [d] accipere, & nõ dicitur bonæ fidei possessor: imo ꝑdo vt ibi

Universidad de Deusto Biblioteca

ibi:tamen furti actione non tenetur,quia non interest vendi
toris:vt hic. Item dicitur hic,q̃ emptori debet cedi actio,quia
3 eius periculum est,quæro†quid [a]si est periculum venditoris.
a Dic vt in l.venditor ex hæreditate.in fin.supra de hære .vel
acti.vendi.

1 *Colonus quod sit dominus fructuum postquam sint percepti, & à terra separati.*

1 **Præterea.** †Oppo.q̃ colonus sit dominus fructuum vt l.si apes.§.fi.et l.fullo.§.frugibus.j.eo. Gl. dicit,hoc est verum.postquam fructus sunt percepti.et separati à terra:vt in contrarijs,ante autem secus,vt hic. Et hoc dicit gl.in l. colono partiario,et in colono qui colit numis. Quod an sit verum,dicam infra eo.l.si apes.§.fi.

1 *Depositarius licet teneatur de lata, & latiori culpa, habet tamen actionem furti, pro re deposita sibi furata.*

Is autem,apud quem. Ex improbitate ergo sua depositarius actionem furti non consequitur:contra.infra eo.l.qui vas.§.si ego. Gl.dat duas sol secunda est vera,quia hic depositarius cõmisit furtum, vtendo re,vel interuertendo possessionem domini, per vsum eius, in contrario cõmisit furtum alij cedendo,ita q̃ domino retinebat possessionem.Ista est veritas, vt dicam in
1 contrario. †Quæro,cum depositarius teneatur de lata culpa,& latiori:vt l.quod Nerua.ś.deposi.& C.depositi.l.j.an illo casu ipse habeat actionẽ furti:videtur q̃ non:quia dolo cõparatur.Contrarium est veritas:nam verus dolus furis præponderat culpæ depositarij:vt l.item si obstetrix.in fi.ś.ad l. Aqui. Ita tenet Iaco.de Are.

1 *In odiũ furis inspicimus quod euenire potest: licet verisimiliter res ad hoc nõ tendat.*

2 **Papinianus tractat.** †No.quod in odium furis inspicimus illud,quod euenire potest:licet verisimiliter res non tendat ad hoc. Facit l.diuortio.supra de nego.gestis. Brocardum istud bene solui ś.de ver.obli.l.inter stipulantem.§.sacram.

Idem scribit. Circa hunc §.quærit gl.dicitur hic, q̃ creditor poterit agere actione furti.

Quæro ad quantũ,vtrũ duplicabitur creditum;an æstimatio rei subtractæ.Glo.circa hoc distinguit hic plene:& vide eã, q̃ incipit,insolidum.& nota eam. Secundo quærit glo.quomodo potest hic agi actione furti ad decẽ,cum essent decem debita.Et videtur q̃ debeat agi ad duplum,l.ad viginti.gl.fatetur:quia qui petit viginti,petit decem. Vel dic q̃ seruus valebat tantum quinque:ideo agebatur ad decẽ actione furti.nã illud quod dicitur duplari debitum,est verum,quando res subtracta valet plus,quã debitum valeat.& ita videtur hic sentire do.Oldr.

1 *Vnum furtum dicitur,quantum ad actionem pœnalem: licet plures res simul subtrahantur.*

Statutum q̃ pro primo furto quis fustigetur:pro secundo auricula amputetur, pro tertio suspendatur,non verificatur in subtrahente plures res.

Idem dicit. Oppo.q̃ occasione cuiuslibet in totum agat:vt ś.ea.l.j.§.Papinianus. Sol. hic simul factũ fuit:& ideo dicitur totũ furtum vnum.ita dicit glo.
1 quam no.& menti tene.† Not.q̃ si plures res simul subtrahũ-
b tur dicitur vnum furtum quantum ad actionem pœnalẽ.[b] Et hoc facit pro statuto quo cauetur:vt pro primo furto fustigetur:pro secundo amputetur auricula:pro tertio suspendatur. quod si plures res furetur quis,totum hoc dicatur vnũ furtũ. Vlterius quærit gl.quare non tantũ operatur ibi in §.Papinianus.tantum alter retentus,quãtum & hic alter amissus:vt ś. ꝑ parte ibi agatur. Respondet gl.quia ibi ille,qui remãsit, remanet periculo creditoris:hic vterque transit in periculum furis. Ista ratio non est semper vera:quia periculo creditoris perit ita demum,si perit sua culpa,vel si hoc esset actum:vnde rõnẽ assigna:quæ ponitur in tex.dicti §.Papinianus.

Idem Pomponius. Quæro quid si commodatarius non fuit in dolo,vtrum habeat actionẽ furti.Dic quod est electio domini,contra quẽ agat:vt l.fi.§.j.C.eo.titu.

1 *Actionem furti non habet ille,cuius interest ratione obligationis personalis.*
2 *Pater æquiparatur fideiussori.*

1 **An pater.** Not.†vbi interest ratione obligationis personalis,qui furti actionẽ nõ habet,vt hic,& supra ea.l.in principio & ś.l.proxi. Secũ
2 cundo not.†pro patre,qui æquiparatur fideiussori:vt hic,& habetis ĩ l.cum filiusfa.in prin.ś.de verb.obl.

1 *& Pater habet quasi dominium in filium, & ideo ei datur vendicatio.*
2 *Filiofamilias furto subtracto patri datur actio furti ad æstimationem operarum perditarum, & hæc duplabitur.*
3 *Mater non potest agere actione furti pro filio furto subtracto: & ibi rationem.*

Si filiusfamilias. Oppo.pater non habet in filium dominium, nec possessionem: qa liber homo non possidetur:ergo &c. Respondeo,dicit gl.huius timore quod habeat actionẽ furti pater,hoc est,accusationem criminalem,non ciuilem. Ita no. Insti.de ob.quæ ex delic.nascũ.§.interdum. Ista sol.est contra tex.qui expresse dicit, de actione furtiua. Ad contrariũ respon-
1 deo,sic:†pater non habet dominium vel possessionem:cõcedo,sed habet quasi dominium:ideo datur vendicatio patri:vt lege prima.§.per hanc.supra de rei vendica
2 tio.† Item opp.q̃ non possit agi furti, cũ liberum corpus nõ recipiat æstimationem:vt l.liber homo.ś.ad legem Aquil. ergo non reperitur qd̃ dupletur,vel quadrupletur. Dicunt quidam,q̃ duplicabit illud, pro quanto furauerit se nolle carere illo filio.Et istam sol.tenet gl. in l.vt tãtũ. ś.de ser.corru.tamen hæc gl.reprobat eã, & bene:quia in actione furti non habet ratio lucri,vel affectionis:vt dicit gl.quare soluit aliter,q̃ duplabitur æstimatio operarum perditarum à patre propter furtum. Istam sol.tenet Dy. istam etiã tenet Cy.C.eo.l.si quis seruo.& istam teneatis.
3 Item opp.j.eo.l.mater.Sol.†non potest agere actione furti,vt ibi:sed pater sic. Et ratio est duplex:quia mater nõ habet ius potestatis in filium.item matri operæ nõ debentur:secus in patre.

1 *An vendito equo videatur vendita sella.*

Non solum. Quærit glo.vtrum possit per cõdictionem incerti commodatarius repetere illã suam detentationem? Dicit gl.q̃ sic:hoc, quod dicitur de condictiõe incerti:reprehenditur per gl.C.eo.l.fi.§.sed cũ in secũda.& illa verior. Dixi in l.Aquilius.ś.de
1 don.& l.rem quæ nobis.ś.de acqui.pos.†
c Iste §.facit ad q.si vendo tibi equum videor tibi[c] vendere frenum,& sellam,et similia.Hic videtur q̃ sic,vt in l.ædiles aiũt. in princ.supra de ædi. edi.& per Guliel. de Cu.in l.si vt certo.§.vsque adeo.ś.commo.

1 *Nuncius quod quis possit esse in re sua.*
2 *Accipiens rem perferendam tenetur de periculo rei.si suscepit custodiam, & pretium accepit.*
3 *Mandatarius, quando teneatur de leuissima culpa.*
4 *Fideiussor quando est sibi factum mandatum q̃ soluat,non tenetur nisi de dolo, & lata culpa.*

d **Si epistola.** [d]No.tex.et ibi,et si custodiã,et in vers.finge, &c. No.qd̃ dr̃ in prin.de dñio epistolæ ad quẽ ꝑtineat.cõc.sunt in gl.Scdo no.in ver. sed & si iter-
1 fuerit,†q̃ qs põt eẽ nũcius in re ꝓpria:nã hic vides q̃ qs portat literas ad sui vtilitatẽ.Hoc tãgit ꝑ Ia.de Are.in l.j.§.nũcia tio.ś.de no.ope.nũ.et ego dixi in l.iuste.ś.de iacq.pos. Tertio
2 no.†q̃ ille,q̃ accipit rẽ ꝑterẽdã,tenet de periculo rei,ĩ duobus casibus si suscepit custodiã, et si accepit pretiũ.Ita vides hic.
e Cõtraqd̃ op.[e] q̃ mãdatarius teneat etiã de leuissima culpa[f]:
f vt l.à ꝓcuratore.C.mã.So.†qcquid dicat,ista est veritas. qñ-
3 que in mãdato venit aliquid,qã req̃rit exactissimã diligẽtiã:

a Quæro quid. Vide Bar.in l.si quis vxori.§.itẽ apud Labeonẽ.j.eo. vbi hoc colligitur. Et adde quæ no.in d.l.ex stipulatiõe.Et quis dicatur prædo vel fur: vide q̃ habes post Bart.in l. capitaliũ. §.famosos.j.de pœn.

b Actionẽ pœnalẽ. Vide Bal. in authẽ. sed nouo iure. in iij. col.C.de ser.fug. & vide Bar.in l.si familia.supra de iuri.omn. iud.& Bal.in l.quid ergo.§.quod ait prætor.de his qui no. infa.Itẽ quid si eodem tpe quis ĩterficit plures homines,an debeat puniri pœna statuti punientis facientẽ plura homicidia.vide quæ ibi no. dicuntur per Bald.

c An videor tibi. Vendito equo videtur vendita sella.Et adde q̃ non solũ veniet sella sed ornamẽta quæ erãt in equo tẽpore venditionis, & ante ꝑ duos dies. d.l.ædiles.§. vẽdidi. quod bene no.et vide quæ dixi in di §. vsque adeo.supra cõmo.Istis adde quod no.bal. in l.ij.in fi. j. col. de ædi.actio.

d Si epistola. Vide doct. in c.cum dilecti. de do. et contu. vbi dicit, q̃ citatio põt cõmitti proprio nuncio rei,& potest cõmittiparti.allegat Bar.hic,& in d.l.iuste.vide d.c.cũ dilecti. vbi papa cõmisit nuncio rei. Andr. Barbar.

e Cõtra quod opp. Quid in mero executore,vide Bal.in l.si seruus legatus.§. eũ qui.de lega.j. Andr. Barbat.

f Leuissima culpa. De qua culpa teneatur ꝓcurator, et qd in nuncio,vide Bal. fl.a procuratore.C. mand.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Leuissima culpa. Vide Bal. in d. l. qd Nerua. ff. depositi. versic. tertio quæro. in antepe. col.

b ¶ Serui & filij. Vide hic q inter dominum & seruum non oritur obligatio. qd inter Abbatē & monachum. vide Bald. in l. cū affirmes. C. de li. cau.

c ¶ In processu declaretis. In processu potest & debet libellus ambiguus declarari: vide Bar. in l. iter stipulantem. §. j. de ver. ob. & in l. nō solum. §. sed vt probari. de per no. mū.

d ¶ Nihil operat. Ista ba plus minus apposita in libello. nihil operantur. vide oīno tex. & Bald. in l. Publia. §. Titius. de positi. Et de libello vide in simili de hac incertitudine Imol. in c. ex parte Abbatissæ. de priui. glo. in c. cū interdū. de versigni. De ista autem dictione plus. vide Bal. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter. ex quib. cau. ma. & ff. si qs cau. in l. & si post tres. Adde an procedat libellus, q talis surripuit, & celauit aīo furandi, & contrectandi res, & bona quæ ascendūt ad æstimationē centum, saluo errore calculi. Bal. cō. cv. j. li.

e ¶ Vulgaris. Pœna ponet. Adde not. in l. inficiādo. §. infans. j. eo. vide Io. Calde. & Io. de lig. in cons. inci. vnum an multiplicanda pœna. & alio incip. in q. huius thematis rei, &c. & no. Bar. in l. nunquā plura. & ibi Imol. i. de priua. delic. vide gl. et ibi Bal. in l. mariti. §. sex mēsium. j. de adul. & gl. et bar. in l. diuortiū de pœnis. & glo. & Bar. in l. mariti. videlicet q tot dicunt delicta, quoties luxuriatum est. & sequit bal. in c. j. §. quibus. de priui. quē videas. & vide Bar. in l. ei q. i. eo. & quæ dixi in d. l. nunquā plura. & vide gl. ij. q. vij. muran te. & xxvij. q. j. cap. virginibus. adde vt per Bald. cō. ccxlvj. j. li. & melius consil. ccclxxiij. ij. li. vbi ponit de intelligen. statuti, q p tribus furtis quis damnet ad furcas.

vt facere procuratorem ad iudicia: tūc p curator tenet de leuissima culpa[a] quia vī asserere se peritū in illa peritia, quæ in iudicio requiritur suscipiendo mandatū. Ita loquit l. à procuratore. & quod no. p Dy. in c. imputari. de re. iu. lib. vj. Quādoq; mādat aliquid, quod requirit diligentiā non tantam: & tunc tenet de lata & leui: quia ita diligenter videt se asserere prout illa res cuius mādatum suscepit, requirit: vt l. in re mandata. C. man. Quandoq; mandatur aliqd, q nullā reqrit diligentiā: qa oēs scirent facere: vt portare vnam literā, seu epistolā, vel aliquid aliud de vno ad aliū: & tunc non tenet, nisi de dolo & lata culpa, nisi pretium susceperit, seu custodiam in se receperit: vt hic. Simile in mandato,

4 †qd videt fieri fideiussori q soluat: Nam fideiussor non tenet, nisi de dolo & lata culpa: vt l. fideiussor. circa prin. §. man. Facit bene l. ij. §. de pig. contra istud vltimum ita deberis intelligere hanc legem. 15.

Creditoris.

Dominus. Nota quod dicit, ēsi pignoris loco. Quæro circa hoc, quid si cadat à possessione, vtrū habeat hypothecariam? Certe nō, quia tex. dicit, quasi pignoris, non pignus proprie. ad quod facit §. de le. j. l. domos. la picola. cum l. seq. 16.

Nec cum filio. Opp. q sit ciuilis cōstitutio, vt in §. hi qui. Insti. de ob. q ex deli. nas. Solue vt in gl. Item opp. in l. si quis vxori. §. sed si filius. j. eo. Sol. ibi de castrensi, vel quasi castrensi. 17.

b **Serui & filii.** [b] Vide qd non potest agi furti ciuiliter: sed an possit agi furti criminaliter: dic vt in l. respiciēdum. §. furta domestica. j. de pœnis.

Illud quæsitum. Iste §. legit duobus modis in gl. Primo in Bonæ fidei possessore & pro ista lec. faciunt multę sol. contrario rum, & pro hoc facit etiam tex. qui dicit de vsucapione: quæ vsucapio in dño vero non caderet. Secundo modo legitur hæc lex in vero domino: pro qua facit tex. qui expresse in domino loqtur. Ponamus ergo casum, vt litera iacet: & in contrarijs expediemus. Op. C. eo. l. apud antiquos. §. finautē desinat. Sol. hic loquitur in bonę fidei possessore. q apparet ex eo q dixit de vsuca. ibi vero loquitur in vero domino: & q hic dicitur in tex. pluribus locis domino, expone, i. bonę fidei possessore. Ita intelliguntur quasi omnes gl. hic positæ: sed prout intelligeres hanc legem in vero dño, ad l. apud antiquos. rñd. put hic dicitur in ij. sol. qa ibi seru' fuit postea reuersus apud verū dñm: hic nō. Secūdo opp. j. ad le. Aquil. l. si seruus seruum. §. serui. scdo responso. Sol. hic gl. vno modo, q aliud in Aquilia: aliud in actione furti: per rationē, quā hic asignat: ibi soluit aliter & melius: ideo tene illam sol. Itē opp. §. ea. l. in prin. vbi dicit, q dns nō habet actionem furti, pro furto serui. Sol. prout intelligis hic in bonę fidei possessore, non ob. contrarium, prout intelligis hic in vero domino, tūc gl. soluit q intelligat de furto q commisit, dū esset apud scdm bonæ fidei possessorem: tunc enim cum dns nō posset eū seruum coercere: cessat rō q ponit in prin. legis.

1 ¶ Æstimatio rei furatæ, furto probato probatur per iuramentum actoris.
2 Vas argenteum quando petitur, debet poni in libello de qua liga. 19.
3 Libellus procedit, quādo in eo aliquid certū ponitur, licet adjciatur clausula, & plus.
Clausula, & plus, adiecta in libello, nihil operatur, nisi postea probetur aliquid certum.

In actione. Nota modum formandi libellū, qualiter res certa debet poni in libello. Opp. §. de leg. j. §. si quis argentū. §. depo. Dicit gl. aliud in deposito: vbi deponēs potuit sibi prouidere, q nō est in furto. Sed tūc op. quō poterit duplari, vel quadruplari si nescitur pondus alicuius vasis. Rñdeo, q hic dī, sufficit quantum ad dandū libellū: nō quātū ad condēnationē ferendam:

c nisi postea in pcessu declaretis[c] de pondere, vt not. i. d. §. si qs argentū. vt hic in vlt. gl. In prin. hui' l. sup ver. debet. puto q licet in actione depositi pcederet q dictū est: tñ † contra furem

1 probato furto de æstimatione statur iuramento actoris. C. vñ vi. l. si qñ. dicā in l. quidam tabularū. j. eo. Vlterius quæro, † cū

2 materia argentea sit diuersarū specierū: alia est enim liga perusina, alia liga Senēsis, & alia est liga Venetorū: vtrum debeat ponere in libello de qua liga sit. Rñdeo, sic hoc eīm totū pertinet ad declarationem materię, & si hoc ignorat: nō pōt scire

3 æstimatio: vt l. cum aurū. §. de au. & ar. leg. † Vltimo no. q hic dicitur in tex. aureos tot, plures ve, q admittat libellus, quando pono aliqd certū, & adjciā clausulā illā, et plus: tñ ista clau

d sula, plures ve, nihil operat, [d] nisi postea probetur aliquid certum: vt l. cum furti. §. de in li. iuran.

Qui rē. Op. de l. si rem §. fi. §. de præscrip. ver. & l. si vendidero. in fi. j. eo. So. q hic dicit: nō possidebat: intellige si aliquo tēpore creditor cœperit possidere, debitor tamē postea rogauit à creditore precario, & sic creditor fuit ciuiliter possidebat. Alij, vt Irn. dicunt, etiā si nunq; creditor possedit cōmitti furtum debito: quod potest procedere qdo specialiter erat obligatus. & videbitis. j. eo. l. si is q. in pnt. 20.

Cum æs.

Si bona. No. casum, in quo fit furtum, & cōpetit actio furti, & nō est res furtiua. De hoc vide gl. in l. seqt. §. si rē. §. de vsuc. Op. d. l. si de eo. § fin. de acq. pos. Sol. alio casu ibi loquitur: ita dicit glo. q declaratum ibi dicit q rei pprie, qs nō est clādestinus possessor, nec dicit clādestina possessio: ita q hic nō dī furtiua possessio, nec res furtiua, et ideo si cōueniret interdicto vti possidetis, vel vtrubi, iste dominus nō posset sibi obijcere, q possessio ista sit clādestina, sed bene teneretur furti. Op. de l. ij. §. hac actione. j. vi bo. rap. Sol. ibi non fuit in dolo, qa putauit sibi licere. Op. j. c. l. qui iniurię. §. fi. Rñ. ibi habebat ex causa lucratiua ille, cui res est subrepta, ita q sua nō intererat, si res est subrecta. Secus si sua interesset: vt ibi patet. Vlterius opp. q vsucapio hic sit interrupta propter naturalem interruptionē, vt l. naturaliter. i. de vsucap. Sol. hic non interrumpitur vsucapio, qa res fit furtiua: sed propter interruptionem possessionis. posset ergo de nouo incipere possidere, & vsucapere.

1 ¶ Qui pluries ad uxorem alicuius accedit, una tantum pœna tenetur.
2 Actio furti quod nascatur ex assidua contrectatione, quando res iterum reuertitur in potestatem domini.
3 Statuto stante, quod si quis percusserit aliquē cum sanguine in platea manus sibi amputetur: aliqui percussit Titium in platea cum sanguine pluribus percussionibus, an sibi debeant ambæ manus amputari. 21.

e **Vulgaris.** [e] Hæc lex diuidit in tres partes principales. primo ponit qō. secundo responsio Offilij, & eius ratio & illatio. Tertio ponitur responsio Iuriscon sulti authoris huius legis. & probo per exempla. Secunda ibi Offilius. Tertia ibi, sed verum. Nota text. ibi: qui autem &c. Pro declaratione huius tex, quæro, qualiter iste ver. num & q inducitur ad probationē determinationis Iurisconsulti. Rñ. quod secundum quod sentit gl. & Dy. cū iste tex. dicat, eidem rei manifestus fur erit, & non manifestus: videtur dicere quod de alijs non est fur, vt lege cum prætor. §. de iudicijs. Opponi. de dicto Officij ad dictum Vlpiani. Soluit q Offilius loquitur de rigore: sed Vlpianus loqt de æquitate

Pu

Universidad de Deusto Biblioteca

Habet itaque. Iste est pulcher text. Not. hic in
1 versi. quid tamẽ. † quod actio introducta in subsidium non habet locum contra eũ, qui iure ordinario potest coerceri. & ideo puto quod de iure communi dominus non posset concedere repræsalias contra vniuersitatem sibi subditam, quã potest iure ordinario coercere: eadem ratione non potest ciuitas seu commune cõcedere repræsalias propter factũ sui subditi: quẽ potest iure ordinario coercere. In arg. hoc inducto, non determino. Ad hãc legem oppo. j. e. l. fi. solue. vt ibi.

Si seruus pure. Op. Insti. de noxa. §. si seru'. Solu. contra dominum non potest agi actione ordinaria: ed hac actione sic. Itẽ cõtra. ista actio non est introducta, nisi contra eum qui liber esse iussus est: vt hac lege in prin. Sol. etiam contra eum, qui est legatus, inducitur per extensionem Iuriscõsulti, vt hic.

Ante aditam. Supra exposita sunt verba, si qs testamento liber esse iussus fuerit: tunc exponuntur verba, ante aditam hæreditatem.

2 ☞ *An actio subrogata sapiat naturam eius, in cuius locũ subrogatur.*

Hæc actio. Nota hunc text. ibi: nam & si in locũ, &c.
Quæro, vtrum hoc sit verum indistincte,
2 † quod actio subrogata in locum alterius sapiat eius naturam. Istam materiam tetigit Iacob. de Are. in l. quid quod. in princip. §. de don. et modicum dixit. do. Cyn. tetigit eam C. de rei vxo. act. l vnica. §. iij. Glo. aliquantulum dicit in l. certi condictio. §. si cer. pe. in j. gl. magna circa fi. Quidam alij extraordinarij doctores etiam distinxerunt: mihi videtur latius, & clarius
e dicendũ sic, Quandoque vna [e] actio sub-

& Bald. in dicta. l. ij. C. de noxa. & Bald. in l. data opera. in v. colum. C. qui accusa. non pos. in vj. colum. Ange. in malefi. in versi. quas si non soluit intra decem dies, amputetur sibi manus. Sed vtrum procedat libellus, accuso te, eo quod culpa occidisti talem. Bal. in l. quæ fortuitis. in v. colũ. C. de pigno. actio. tenet, quod sic: quia intelligitur de latissima, hoc est, dolo. & dicit Bal. ibidem in vltima colum quod si statutum punit delictum, nec doli facit mẽtionem, quod nec nos facere debemus: vt in l. prospexit. qui & a quib. nisi per statutum atrox pœna imponeretur. quo casu saltem lata culpa requiritur. Vide tamen not. per Bar. in l. j. C. de sta. lib. xij. & Bald. in l. quicũq;. C. de ser. fugi. qui videntur concordare huic dicto, vt apparet ī. eo. l. Labeo. in apostilla magna. circa princi. Et ad materiam adde Bar. hic in fi. quod nedũ lata culpa, sed leuis sufficiet ei, vbi esset pœna pecuniaria, secundum Bald. in d. l. data opera. in fin. v. colum. vide Bald. & Pau. de Castr. in l. j. de litigio. & Bald. in l. iij. §. quod prætor. ne quis eum qui. & do. Anto. in c. ij. de constit. per Bald. in l. j. & in l. & si seuerior. in iij. col. C. de infa. & limita per Sali. in l. ij. C. de noxa. Adde an iusta causa excuset a pœna turbationis possessionis Pet. de Anchar. consi. cxxvi. Bal. consi. ccclxxxj. lib. j. Et an homicidium requirat dolum, si statutum dicat, quod occidens occidatur: vide quæ posui in l. j. C. de seruis fugi.

e ¶ Quandoque vna. Adde quod not. in l. certi condictio. §. si cer. peta. per Bar.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ange.et Cy.in l.C.de rei vxo.act. Andr.Barba.

a ¶ Qñque vna actio subrogat. Et hanc materiã sequitur Cy.in lege, si creditori.post gl.de leg.j.& per Dy.i l.quod debitori.ff.de do.cau.mor.et Ang.& Bar.etiam ponit ista Pe.in d.l.si creditori,& Bal.in l.si eũ.§.qui iniuriarũ. si quis cau. Et ad materiã q subrogatum debet esse eiusdẽ naturæ &c. vide no.per Bald.in l.parabolani.C.de epi.& cle.vbi dicit, qd' nõ põt in locum iudicis subrogari iudex, qui eligi nõ potest ad illud. Vtrũ aũt inhabilis posset cõstitui ad substituendũ, vide in cle. religiosus.de procu. & ibi per doct.& facit ad quæstionẽ. Passagiũ debetur ponti, q postea fuit destructus, & remittitur: an nouo ponti debeatur? de quo p Bald. in l.ij.C.de priuil.fis. Itẽ facit ad quæstionẽ, an episcopus succedens in executiõe in locũ executoris negligentis debeat seruare formã impositã per executorem primi executoris? De quo vide Bal.q sic, i l.fin.C.si manci.ita fue.alie.& no.Bald. in l.fi.i vij.col.C.vnde legi. Quod si potestas ẽ aliquo casu substitutus capitanei, q tamẽ debebit seruare tempora assignata Potestati per statutum: nõ tẽpora assignata capitaneo. quod not.bene.

b ¶ Secundo casu. Et vide vnũ singulare dictũ, quod dicit gl. in ista materia in l. certi cõdictio.si cer. pe.Bal.in l.j.§.j.C.d rei vxo. And.Bar.

b ¶ Secundo casu. Dicas q quando succedit per locũ a remotis, nõ potest assumere naturam iam extinctæ actionis: qa quemadmodũ illa ẽ extincta: ita ista. dicit Bald.in l.pactũ qd' dotali.in xviij.q.C. de colla.

** POMATES.

c ¶ Vt l.cum in fũdo. No.quod subrogatum nunquam sapit naturam eius: in cuius locum subrogatur quando in eo est diuersa qualitas. Et vide Alex.cõsi.clx. col.ij.vol.iij.

d ¶ Si vero. Etiã pro hoc est glo.in l.certi condictio.in j.gl.ff.si cer.peta.quam Bar. dicit ibi not. & non reperi alibi ita expresse.

e ¶ Scæuola ait. Vid Bald.in l.iij.C.fam. ercifcun. nam hæreditas bene continet in se iura, & dominia.l.j.§.j...e & no. Bal.in rubri.C.fam. ercifcun.

f ¶ Labeo. Si statuit terminus accusatoruet post terminum tantum venit in notitiã eius, an adhuc accusare possit, vide

a rogatur a i locũ alterius per modũ suppletionis: quia actio producta certis casibus nõ cõpetebat, vnde suppletur alia in illis casibus in locũ deficientis actionis. Qñque hoc fit per modũ substitutionis: quia in locũ alterius actionis extinctæ alia introducitur. Quãdoque fit p modũ cumulationis: qa actioni iam inuẽtæ, et natæ, alia actio cumulatur i eodẽ casu, & ad idẽ. Primo casu, aut quæris vtrũ sapiat eadẽ naturam, circa id quod actio trahit ex natura efficiẽtis, seu introducẽtis eã: et tunc ita demum sapit eandẽ naturam, si sunt idẽ effectus: secus si diuersi. Exemplum, in hac lege ista actio est itroducta ad supplendam actionem furti ciuilem: vt s.eo. l.j.§.j.tamẽ ista est prætoria, vt hic: illa est ciuilis, et hæc parit diuersos effectus, propter inuẽtores varios. Nã vna est perpetua, alia est tẽporalis. Idem in similibus legibus allegandis infra. Aut quæris, an sapiat eãdem naturã quo ad alia: & dico q sic regulariter: vt hic, & l.ij.§.fi.s.si quadru.paupe.fecisse dica.et l.quemadmodũ §.magistratus.s.ad l.Aquil.C.ad le.Aql. l.de pecoribus. Fallit primo in his, propter quæ prima actio non cõpetebat, vt apparebat i hac lege, cũ si. Nã hæc lex habet locum in casu, in quo non habebat locum actio furti. Item fallit in his quæ in actione subrogata specialiter sunt expressa: vt probatur in hac lege, & s.ea.l.§.j. cũ sua gl. Nã hic specialiter est statuta pœna dupli: ideo nõ habet eandẽ naturã, quã habet actio furti: vt si deprehẽdatur, sit pœna quadrupli: quia hic pœna specialiter est expressa, vt no.supra §.j.in gloss.super verbo ciuilis.quod no.propter multa statuta.

b Secundo casu b principali, quando actio subrogatur p modũ substitutiõis in locũ actionis extinctæ, hic aduerte. Aut ista substitutio fit a lege, aut ab hoĩe. Prĩo casu, aut fit cõtra ius cõe: & non habet eãdem naturam specialem quo ad vitã: vt apparet in actione vt illi rescissoria restituta: vt in l.in honorarijs.ver.sed cũ rescissa. s.de act.et obl.& l.fi.C.ex qui.cau.maio. Sic intelligo leg.j et ij.C.si aduer.trãsact. Aut substituitur scdm ius cõe: et tunc aut ad idem, et sapit eadẽ naturã: vt C. de rei vxo.act.§.j.ij.& iij.et Insti.de actio.§.fuerat. Aut circa diuersam rem: et tũc non sapit eandẽ naturã, si rei diuersitas diuersitatem rationũ inducat: vt l.cũ in fundo. c §.si fundũ.s.de iure do. Aut substituitur per hominem: & tũc aut quæris, an capiat eãdẽ naturam quo ad executionẽ: & dico q non sapit eadẽ naturã, si prima hẽbat executionẽ paratã: vt C.de execu.rei iudi.l.si causam.et l.iiij.§.si ex cõuentione.s.de re iud. Si vero q̃ris quo ad alia: dic vt not. in l.aliã.s.de noua. Tertio casu principali qñ subrogatur per modũ cumulationis: tũc aut accumulatur accessorie, aut principaliter. Primo casu, sapit eius naturã: vt l.si eũ.§.qui iniuriarũ.s.si quis cau.& l.j.§.si qs sub conditione, vt leg.no.ca. Aut accumulat principaliter: & tũc aut ex diuersis principijs, aut ex vno. Si ex diuersis principijs: tũc nõ sapit eadẽ naturã regulariter & diuersa principia intelligo, siue oriãtur ex diuersis factis: vt l.iij.§.idẽ scribit.s.de pecu.et l.tutor.s.de fideiusso. siue ex eodẽ facto, diuersis tñ obligatiõibus: vt l.rei cõis.s.pro soc.et l.duobus.§.colonus.s.de iureiu.cũ sit prædicta vera, qñ cumulatio ista fit per legẽ. Idẽ si fiat ab homine: vt l.item illa.§.qd' adijcitur.s.de cõstitu.pecu. & d.l.iiij.s.ex cõuentione.C.de re iud.& l.si creditori.de le.j.et l.fideicõmissa.§.plerũque.s.de le.iij. Fallit in l.q id qd.s.d do. Rõ est, ne ex liberalitate sua, &c. vt l.ne liberalitate.de re.iud.

d Si vero d descẽdit, seu accumulat ex eisdẽ principijs: tũc aut vna accumulat propter aliã: aut q̃libet per se principaliter. Primo casu, illa q̃ propter aliã accumulatur, sapit eius naturã: vt l.vt tãtũ.in princ.supra de ser.corru. qd intelligo de natura quã ipsa actio primordialiter habebat: nõ de ea q̃ superuenit ex accidẽti, vt l.itẽ veniũt.§.cũ p̃diximus.supra de peti.hæredi. Itẽ præterquã quo ad infamiã: vt no.in l.certi condictio.in princi.in fi.magnæ gl.primæ.supra si cer.pet. Si vero q̃libet pp̃ter se principaliter cumulat: tunc nulla sapit naturã alterius: vt l.cũ filius.§.varijs.de leg.j.et l.j.et ij. C.cõia de le.& Inst.de le.§.nostra aũt.vbi tres actiones accumulantur pp̃ter legata principaliter: & quælibet habet propriam naturã.

e **Scæuola ait.** e Dictũ est supra p xi.§.q ista actio ptineat ad furta.mõ q̃rit, vtrũ pp̃rie ad furta pertineat.et rñdet vt in tex. Opp.q rei nõ possessæ nõ fiat furtũ: vt l.falsus.§.si iacẽtiũ.supra de fur. Sol.vt ibi. Itẽ opp.q actio transferat possessionẽ in hæredẽ: vt l.cũ miles.supra ex q.cau.maio. Sol.vt ibi. Item opp.de l.qui a seruo.in fi.supra de acti.et obl. Sol.ibi hæreditas nõ possidet pp̃rie, sed ĩproprie. qd dic vt dixi supra de vsuc.l.si is qui p emptore.sup ver.qd si seruus. Quæro, vtrũ ista actio hẽat locũ in cõmissis post aditã hæreditatẽ, añ apprehẽsam possessionẽ. hic videt q sic. Contrariũ est veritas, cũ statim seruus sit liber adita hæreditate: vt supra ea.l.§.an adita. qd' est verũ, si libertas sit relicta pure, secus si sub cõditiõe: vt infra.eo.l.fi.et supra ea.l.§.sed si fideicõmissaria. Vlt.quæro, ad quid Scæuola hoc dixit hic. Rñdeo, quia dictũ est supra istã actionẽ ptinere ad furta: hic declarat, quod improprie dixit furta. vnde magis proprie dixisset pertinere ad intercepta: quoniam iacente hæreditate non fit proprie furtum.

1 *Stante statuto q Potestas possit procedere de maleficijs cõmissis retro per annum, an poterit cognosci de maleficio secreto quod in notitiã peruenit post annũ. relinquit cogitãdũ.*

2 *Ignorantia excusat aliquem a pœna: sed an conseruet ius alicui est dubium.*

f LEX III.

Labeo. f Op.supra proxi.de l.si paulo ante. Solu.

Alexan.post Bal.in l.si.C.de dolo.et vide quod no.Bal.in l.genero.ff.d his qui no.infa.vbi tenet quod nõ: quia paria sunt, præscripsisse, et absolutũ esse: vt probatur in l.sed si vnius.§.si ante.de iniur. Pro qua facit ista lex quod no.in d.l.genero. Nec obstat q delictum remanet impunitum: quia omne delictum non punitur, per l.j.de infa. Nec obstat §.hoc interdictũ.hic alleg.qa ibi nõ agebatur ad vindictam, sed de infamia. Actiones aũt ad vindictã sunt magis odiosæ, ideo restringendæ: vt in l. auxiliũ.ff.de mino. Itẽ quia actiões ad vindictam non sunt i bonis nostris a principio: ideo non est aliquod incõmodũ: vt in l.cũ emancipari.§.emancipatus.de collatio. et vide qd' notat Bar.in l.eũ q. §.in popularibus.in vl.qõ.de iureiur. Et faciunt ista ad no.p Bald.in l.j.si qs [illegible] vbi quærit, quid si iudice datus est terminus parti, an currat a tẽpore dati termini: an vero a die notificationis, et scientiæ: & dicit q a die scientiæ. Facit qd' notat Bar.in l. Labeo. s.de iureiur.et facit text.in l.de pupillo. §.meminisse.et ibi p Lud.de ope.no.nũ. Et ad q.Bar.hic vide Barto.in l.j.C.de strato.lib.xij. Et facit quod dixit Bald. in l.quicũque.C.de ser.fugi.vbi dicit, q statutum puniẽs aliquem de delicto, debet intelligi si sciẽter deliquit, non si ignoranter. Vide ad ista Bal.in l.fi.C.de dolo. Et facit tex.in l. quod vi aut clam.& habetur in l.si quis [illegible] graui.ad Sylla.et vide in l.cura.qui mil. non pos.lib.xij.et in l.j.C.de effra.lib.x. et Ange.hic.l.distin. ca.nulla.et Bal.in [illegible] sil.clij.qui alleg. [illegible] xj.di.ca.quicunque. et vide Bald. in l.si quod pauperibus.C.de epis.et cle.in iiij.col. vbi dicit, quod tempus statutum executori non currit ignoranti: in quo etiã tenuit Bar.quod nõ, in l.quinquaginta.C. de execu.tuto. In termino vero præsto a statuto hoc modo videlicet, quod de delicto non possit cognosci post sex menses, intellige siue delictum fuerit occultũ siue manifestum: qa a die delicti cõnumeratur tempus, nõ a die scientiæ. Tex.est in l.fi.et ibi Bald.C. de dolo. Istis adde Bal.in l.si quis nõ dicam rapere.C.de episc.et cleri.quæ dixi in l.iij.de calumniatoribus quod dixi post Bar. in l.fin.de præscrip. long tempo. Adde Paul.de Ca.et quosdam alios Doc.quos ipse alle.in consil. [illegible]

Universidad de Deusto Biblioteca

cipien. Potestas non habet in syndicatu suo. Et dicunt, qd' quædam sunt crimina, quæ per diligentẽ inuestigari potuissent, seu per inuestigationẽ generalẽ potuissent in notitiã Potestatis deuenire: qa nõ fuerũt occulte facta: tũc si iudex in hoc nõ fuerit diligẽs ignorãtia nõ impedit tẽpus statuti currere: qa cũ potuit scire, &c. imputaẽ sibi. l. qui potest. ĩ. de reg. iu. c. fi. de electi. Quędã sunt crimina occulte cõmissa, vt est crimẽ falsi, quæ non potuissent per generalẽ inquisitionẽ reperiri: & tunc talis ignorãtia conseruat ius inquirendi, l. semper. §. si qs. hic alleg. & est bonus tex. in c. fi. qui matri. accu. pos. sed per do. Frã. de Albergo. de Aretio in cõsilio suo, qd' incipit. sup infra scriptis dubiis cõsultus. distinguiẽ: Aut delictũ erat respectu personæ delinquẽtis & delicti incognitũ vt in crimine falsi: tunc nõ currit terminus. Aut delictũ erat notũ, sed persona ignorabatur delinquẽtis & tũc currit terminus. Et hanc distinctionẽ dicit probari in hac l. cũ hic not. p bar. & Lud. de vr. in l. j. §. occisorum. ĩ. ad Syllanianũ. dicit qd' licet Bar. hic nõ decidat, q ipse decidit in d. §. in pupillaribus. q a die currit tẽpus secũdũ Bal. ibi: & in d. l. genero. tenet cõtrariũ: qa in producenda libertate currit præscriptio etiã in ignorante: vt l. si parẽ. §. si per fundũ. quẽadmo. ser. amit. & qa paria sunt, quẽ esse absolutum, vel præscriptũ: imo fortius etiã si post tempus fieret confessio, nõ posset fundari inquisitio. Sed de hoc vltimo scripsi ĩ l. absentẽ. ĩ. de pœnis. & in l. sed & si vnius. §. si ante. de iniur. quẽ text. alleg. Bal. p se. Lud. in dicto §. occisorũ. respondet ad c. si per fundũ q ibi loquiẽ in præscriptiõe extraiudiciali: secus in præscriptione facti: vt ibi tenet Bal. & Pet. de Ancha. in c. canonum statuta. ver. sed si alij habẽt. Bar. tenet q ista tẽpora currãt a tẽpore sciẽtiæ. Vide Bal. in l. quandiu. C. qui admit. & not. per eũ in l. iuris. in fi. eo. tit. & similiter in statuto dicẽte qd' instrumenta debeãt intra

ibi diu in seruitute post furtũ factum, licet
dñs ignorauerit: hic aũt statim furto facto
1 peruenit ad libertatẽ. † Quæro, dicit statu
tum q Potestas possit procedere de male
ficiis cõmissis retro per annũ: cõtingit qd'
fuit cõmissum quoddã maleficiũ occultũ:
vt puta fuit factũ vnũ instrumẽtũ falsũ se
crete, q in notitiã peruenit post annũ, an de
hoc possit pcedi: videẽ de hoc text. q sic ĩ
l. ann'. §. q vi aut clã. l. semp. §. hoc interdi
ctũ. In cõtrariũ videẽ hæc lex pxi. præce
dẽs, quæ incipit, si paulo ante. Pro quo fa
cit §. de diuer. & tẽ. pscri. l. fi. in fi. vbi igno
rantia nõ impedit currere præscriptionẽ.
In hac quęstiõe dubito. et est de facto, mo
do in his terminis dimitto nũc, quia volo
2 melius cogitare. Ad vnũ tñ aduerte: † qa
an ignorãtia excuset aliquem à pœna: de
hoc nõ est dubiũ qd' sic: vt dixi in syndico
in simili, ĩ d. §. hoc interdictũ. Sed an igno
rantia conseruet ius alicui, de hoc loqui
tur quæstio nostra: & de hoc est dubium.

Furti aduersus nau. caupo. stabu. Rub.

1 ☞ *Tres differentiæ inter hũc titulũ & tit. nau. cau. stabu.*
2 *Actio in factum oritur ex hoc edicto.*

Gl. quærit, quę est differẽtia inter hũc tit.
& ti. §. nau. cau. stab. Quidã ponũt hic vnã
differẽtiã. quã differẽtiã gl. reprehẽdit: vt
habes in gl. sed in rub. illius tit. gl. ponit a
1 lias tres differentias. Prima est, † qa ibi tra
ctaẽ de actiõe in factũ, quę ex cõtractu, s.
ex recepto, & de ea quæ ex quasi malefi
cio: hic de ea, quæ est ex maleficio tantũ:
hęc est bona differẽtia. preterea ibi loquiẽ
qñ arguiẽ factũ certæ personæ vt l. penul.
§. j. eo. tit. hic qñ factũ certę personę nõ ar
guiẽ. Itẽ ibi totũ duplũ est pœna: hic ĩ isto
duplo simplũ est rei psecutio. Ita dicit ibi
gl. Sed certe puto q gl. potius voluit dice
re cõtrariũ, qd' hoc totũ sit pœna ad instar
actiõis furti: ibi in vno duplo cõtineẽ sim
plũ. Rof. in libellis suis sup hoc ti. dicit, q
inter titulum istũ, & illũ, nulla est differẽ
tia. Et si dicas, quare fecit duos ti. Respõ.
qa hic tractabat de quibusdã furtis specia
liter: & ideo voluit facere titulum specia
lem: quę in alio ti. ponunẽ incidẽter. Hæc
opi. mihi multũ placet: sed opi. gl. cõmuni
2 ter teneẽ. † Quęro, quę actio oriaẽ ex hoc
edicto? Quidã dicũt actio furti manifesti
vel nõ manifesti, aduersus nautas, caupo
nes, stabularios. Dy. & Roffr. intelligunt
hic, quod agatur actione in factum aduer
sas nautas caupones &c.

1 ☞ *Actio ciuilis furti quod potest cõpetere aduersus nautã, vel eum qui conuenitur ex suo furto: sed agens ex hoc edicto semper est prætoria.*

LEX vnica.

In eos. Primo, ponit mẽ
tem edicti, vsque
ibi ad ver. nauigandi. Quæro,
quæ est illa actio. Dicit gl. pri
mo casu, quando ipsi faciunt
furtum, est actio ciuilis: quia ex eorum fa
cto conueniuntur. Secundo casu, quando
conueniuntur ex facto alieno, est præto
ria actio ex quasi delicto: vt Inst. de ob. q
1 ex quasi delicto. §. pe. Gloss. † dicit verum
in se quod actio furti ciuilis potest compe
tere aduersus nautam, vel eum, qui conue
nitur ex suo furto: sed si quis ex hoc edi
cto vult agere, semper erit prætoria: arg.
pro hoc l. j. in prin. et §. dixerit aliquis. §. de
publ. & §. nau. cau. stabu. l. & ita. §. ex hoc
edicto.

1 ☞ *Caupo quod non teneatur de facto viatorum.*
2 *Non improbare est approbare.*
3 *Qui non tenetur hospitare, nisi in casu aduenientis multæ militiæ.*
Hospes postquam posuit signa hospitij, tenetur hospites recipere, nisi ex causa multitudinis, vel alia.
Notarius excusatur à confectione instrumentorum, propter multitudinem contractuum.
4 *Hospes, qui intrauit hospitium, si in mane dicit sibi pecuniã subtractam in hospitio: quando credatur sibi, & quod contra hospitem non iuratur.*
5 *Hospitatus qui dedit valisiam hospiti: & dicit ibi subtractum de valisia: an ei credatur? & de remedio.*

1 Serui. Gl. signat vnũ cõtrariũ. Dic vt
in gl. † No. qd' de facto viatorũ
caupo nõ teneẽ. cõtra in l. j. §. fi. & l. sicut. §.
nau. cau. stabu. Sol. ibi recepit saluũ fore:
hoc ẽ, fuerũt sibi assignatæ & ipse recepit
2 hic nõ. † Secũdo no. hic, q q nõ ĩprobat ap
probat. q dicvt dixi ĩ l. quo em. §. j. §. rẽ rat.
habe. Itẽ dicitur hic, q quis nõ põt repelle
re[a] inter agentes. cõtra l. j. in prin. §. nau. sta.
vbi diciẽ, q est ĩ eorũ arbitrio nõ recipere.
Solu. dicit Gul. de Cug. q ab initio est in
eorũ arbitrio nõ retinere hospitiũ, vel sta
bulũ vel similia, vt lege cõtraria. Nõ enim
3 qs cogiẽ † recipere hospites regulariter, ni
si in casu aduenĩẽtis multæ militiæ: vt l. j.
C. de meta. li. xij. et l. ij. & facit. C. de Epi
sco. & cleri. l. j. sed postquã qs cœpit tene
re hospitiũ, & quis posuit signa hospitij:
tunc hospites cogitur recipere: vt hic & fa
cit l. in commodato. §. sicut. §. cõmoda. nisi
ex causa recusaret: vt propter multitudi
nem hospitantium: sicut dicimus de nota
rio, qui licet cogatur facere[b] instrumenta:
vt C. de colla. fund. pa. l. placuit. li. xj. tamẽ
excusatur[c] propter multitudinem contra
ctuũ: vt in authen. de tabel. circa med. col.
4 iiij. † Quæro quid si hospes intrauit hospi
tium & in mane dicit subtractam sibi esse
pecuniã, vel alias res, sed probationẽ non
habet? Hãc quæstionem & sequen. ponit
Roffred. in tit. §. nau. caupo. stabu. & Gu
li. in l. j. §. nau. caupo. stabularij. licet non al
leget Roffred. sed Iaco. de Rauen. & di
cunt ipsi, quod in quibusdam partibus est
consuetudo quod credatur hospiti: & tũc
illud est seruandum. Sed quando consue
tudo non apparet, est videndũ de condi
tione hospitantis. si est homo male condi
tionis vel non: & de conditione hospitati
vt si est quidam peregrinus[d] qui vadit Ro
mã, vel ad sedem sancti Iacobi: & de quan
titate pecuniæ quã, dicit se amisisse: & de
modica quantitate creditur suo iura men
to propter prædictas presumptiones. Est
enim verisimile quod tantam pecuniam
portauerat q sibi sufficiat pro eundo, &
redeundo: arg. l. admonendi. §. de iureiu
ran. et in l. in bonę fidei. C. de iureiur. Mi
hi videtur, q hoc non sit verum. Nã cau
po, vel stabularius non tenetur nisi de fa
cto suo, & eorum quos in naui vel caupo
na sua habet, quando non recepit saluum
fore: vt hic. Vnde posito, quod sint oẽs il
læ præsumptiones, tamen nulla præsumptio est quod magis
fecerit hoc caupo, vel alij familiares sui, quã alij viatores. Vn
de contra eum non video quod possit deferri iuramentum.

certũ tẽpus insinuari, intelligiẽ a tẽpore scientiæ, & ignorantia præsumitur: vt declarat Bal. in l. pẽ. de peri. tuto. Et vide quę dixi post bal. in l. quandiu. C. qui admit. & ind. l. fi. C. de dolo. & Mod. in c. tua nos. §. j. de homi. Adde q licet dicat in fin. huius legis dubiũ esse, tamen in l. quinquaginta. de excu. tuto. tẽpus pręseruaẽ ignoranti: & ius. qd' etiã ibi tenet gloss. Adde an terminus currat officiali ignoranti crimen cõmissum, Petpe Anch. consi. v.

a ¶ In eos. §. serui. Nõ põt repellere. Caupo. tenetur recipere hospites. nisi ex causa. Vide q dicit Bar. in l. mariti. §. j. de adul. & multas fallentias vide in l. j. vel ij. in apostilla magna. §. eodem.

b ¶ Cogaẽ facere. Adde Bar. in l. munerũ. §. iudicãdi. j. de mu. & ho. Itẽ limita vt dicit Bar. in l. j. de stabu. li. xj. & ipse not. post gl. l. fi. §. fi. de eo p quẽ fac. est & Bar. in l. semper. §. si in sepulcro. ĩ. qd' vi aut clã. per Cyn. in l. fi. ĩ. ne quis eũ qui in ius voc. per Ang. Bald. & Pau. de Cast. in l. si duo. §. fi. ĩ. si quis cau. Et an notarius nolens facere instrumentũ possit priuari officio, Bald. videtur velle qd' sic, in l. prouidẽdũ. C. de postulan. & Io. An. in c. sicut. ne cleri. vel mona. & vide no. p Bar. in rub. de fid. instru. in ij. colũ. Adde gl. in l. argẽtarius. in prin. ĩ. de eden.

c ¶ Tamẽ excusaẽ. Limita nisi notarius esset adeptus dignitatẽ, secundũ Bal. in l. nec patronis. C. de ope. lib. & vide Io. An. in add. Spe. ĩ ru. de inst. edi. in v. col.

d ¶ Quidam peregrinus. vide Bar. in l. j. §. si cista. ĩ. depositi. & quod ibi dixi. & quod not. Doct. cano. in c. j. de commoda. & Bar. in rubri. C. depositi. & q no. Bart. in l. in actionibus. ad fi. ĩ. de in lit. iur. adde qd' hospes nõ teneẽ, nisi probeẽ q eo sciente imposita est in hospitio: vt est gl. l. j. in verbo in nauẽ. ĩ. nau. caup. sta & Bal. in l. certi. C. loca.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Secundo quæro. Et qñ hoſpitator, vel nauta teneatur ad res perditas, & an contra eũ præſumatur, vide Bal. in l.j.C.loca. & vide d omnibus in Spec.in tit.de fur.§.j. verſic. pono.et ibi videas.

b ¶ Eius iuramento. Vide Bald.in ru.C. depoſi.et l.j.C.loc. & no.in d.l.l.§.ſi ciſta.ff.depo.et poſuit Lndo.in l.in actiõibus.C.de in litẽ iuran.et Bald.in l.certi.C.loca.

c ¶ De facto obſerua ui. Not.quia quotidie ſeruatur, tormentãtur familiares caupoum adde Bar.in l.j.in prin.de offic. p̃ ſe.vigil.facit qd̃ no. Bar.in l.domini horreorũ.ſupra loca.ſed Spec.videtur tenere contrariũ in titulo de fur.§.j.ver.pone. ¶ Adde videndum Pet.de Ancha.con. ſil.cclxxxix. Aduerte quod Barto.allegatur contrarius in hac leg.j. Sed in quo videatur cõtrarius, et pro eius ſaluatione, vide concor.poſitam ad §. omnibus autem.in l.hos accuſare. infra de accu.

d ¶ Non cadit in ſeruum. Vide Bart. in l. hos accuſare.§. omnibus.infra de accuſa. Contrarium videt ipſe tenere, cp pœna pecuniaria cadit in ſeruum: licet ipſe contrarium hic teneat.

e ¶ Omnibus qualitatibus. Adde quod no.in l.j.in princ.infra de receptato.

Quod autem ſit remedium, dicam infra.

Secundo quæro[a], quid ſi † hoſpitatus dedit cauponi valiſiã, et fardellũ: & in mane dicit hoſpes' aliqd ſibi ſubtractum de valiſia? Dicit R of. ſi quidẽ valiſia fuit data ſignata, & ſigillata, & redditur ſigillata, non habet hoſpes de quo conqueraſ. Si vero nõ fuerit data ſigillata, vel reperitur nõ ſigillata: tunc eodẽ modo recurrẽdum eſt ad præſumptionẽ: vt §. imo plus hoc caſu, cũ cõſtet de maleficio, ſtabitur iuramento hoſpitis: arg.l.ſi quãdo.C.vnde vi.Ita dicit R of. et Guliel. hoc ſentit, ar.l.ſemper.§.in hoc intellecto.§.quod vi aut clã. Mihi vero videtur cp quando valiſia reddit ſigillata, cp ipſe dicat verũ. Ceſſat enim omnis ſuſpicio qñ ſigna nõ ſunt mutata: vt l.vltima.C.de edic.diui Adri. tol. Sed qñ reddit diſſigillata: tũc non credo cp ſtetur eius iuramẽto.[b] Nam l.ſi qñ. & l.ſemper.§.in hoc interdicto. loquãtur in eo qui dolũ cõmiſit, et hoc cõſtat: vt p batur extra, quod met.cau.c.vl.ſed hic nõ cõſtat, vtrũ ipſe caupo fecerit, an alius: & ſic nõ conſtat an cõueniatur ex facto ſuo, vel ex quaſi maleficio ex facto alterius: vnde leges illæ nõ habẽt locũ. vnde probari debet recte quid ſit in valiſia: vt l.j.§. ſi ciſta.§.depoſi.& ibi no. Sed qualiter poterit fieri iſta probatio: in hoc dico cp dat cõſiliũ a' lege quia iudex habet ſup hoc poteſtatem tormentandi familiares domus, & alios, qui erant in domo, & procedendi ſuper hoc ſummatim: vt C.de naufrag. l.quoties.& l.de ſubmerſis.eo.ti. Et ita de facto obſeruaui[c], cum Piſis mihi occurriſſet de facto.

Si familia furtum feciſſe dicatur. Rub.

Ad euidentiam debes ſcire, quod iſte titulus non inducit nouam actionem: ſed eſt quædam additio, per quam pœna minuitur: vt infra videbitis.

1 ☞ *Dominus qui ſciuit delictum fuiſſe commiſſum per familiam, quando teneatur ſuo nomine.*

2 *Ratio huius edicti, quod non habeat locum in liberis hominibus non habentibus dominum.*

3 *Hæc lex non habet locum, quando plures ſerui de una familia accuſantur criminaliter.*

4 *Si plures homines liberi accuſantur criminaliter, non habet locum hoc edictum.*

5 *Plures domini, ſi iuſſerunt uni ut faceret aliquod maleficiũ, una pœna an præſtari debeat ab omnibus.*

LEX I.

Vtiliſsimũ. Oppo.de l.ſi familia. & l.quoties in fi.infra eo.vbi dominus delinquit: & tñ habet beneficiũ huius edicti. Glo. non ſoluit. Sol.hic loquitur quãdo dominus deliquit circa ipſum maleficium cõmiſſum: ibi qñ ex poſt facto deliquit definiendo dolo poſsidere. Itẽ op. de l.ij. §.j.et l.ſi ex duobus.§.de noxa.et l.iiij.§. cũ dominus.e.ti. Solue vt ibi. Circa hãc legem quæro † primo, quãdo dominus ſciuit, vtrum ipſe teneatur ſub nomine. Glo.reſpondit. Aut dñs iuſsit: & tunc ẽt ipſe tenetur ſuo nomine, etiã noĩe ſeruorũ: vt l.ij.§.j.& l.ſi ex duobus.ſupra de noxa. Aut ſciuit tantũ: et tũc ſuo nomine nõ teneť, ſed tenetur nomine ſeruorũ: nec habet beneficiũ huius edicti: & ita loquitur hic. Intellige hoc, niſi in illis caſibus in quibus ex ſola ſcientia quis punitur, de quibus vidiſtis infra ad l.Pompe.de parri.l.vtrũ.in fi. Quæro, hic loquit de furto, et dãno. quæro quid de iniuria illata in pſonã. Certe videt ſecus: vt l.ſi familia in fi.ſupra de iuri.om.iud. vel verius ibi iniuria: vt ibi patet. et tex. expone vt ibi: quod hic tenet Dy. Quæro extra gl. quid ſi vna familia hoĩm liberorũ deliquiſſet, an ſufficeret tantũ præſtari, quãtũ ſi liber feciſſet. Dy. cp ſic: vt ipſe no. in l.ſemp.§.j.§.qd̃ vi aut clã. Cõtra dico, † cp iſtud edictũ eſt ſtatutũ in fauorẽ dominorũ. Vnde in liberis hominibus, q nõ habent dñm, ceſſat rõ huius edicti. Hoc etiã apparet: quia ſi eſſent plures ſerui diuerſorũ dominorũ, pro quolibet deberet præſtari ſolida pœna: vt infra de iniur.l.ſi plures.et no.in d.l.ſi familia.in fi.glo.magnæ.§.de iurſ. om.iud. † Quæro, vtrũ iſta lex habeat locũ qñ plures ſerui de vna familia accuſantur criminaliter. R ñ deo cp non. Primo per d.l. ſi familia. Nã qñ agitur ad vindictã publicã, nõ habet locũ edictũ iſtud: vt ibi dicitur. Secũdo, pbo per rõnẽ: accuſatio, ex qua ponereť pœna pecuniaria, non cadit in ſeruũ: vt l. hos accuſare.§.omnibus.infra de accu.ſed deberet illa pœna alterari in corporalem, quæ cederet: vt d.§.omnibus.in fi. Sed qñ tractatur de pœna corporali, nõ habet locũ iſtud edictũ, qd̃ eſt introductũ in fauorẽ domini, ne cogať nimiũ ſoluere: et ſic vbi de ſolutione nõ tractatur, nõ habet locũ. Ex prædictis ẽt † apparet, cp qñ plures homines liberi accuſantur criminaliter, non habet locum iſtud edictũ: quia agit de vindicta publica: vt d.l.ſi familia. Tu habes hic cp, qñ dominus ſciuit, et iuſsit, tenetur inſolidũ ſuo nomine pro vno iuſſu. † Quæro, quid ecõtra, ſi plures iuſſerunt vni vt faceret aliquod maleficiũ: an debeat vna præſtari pœna ab oĩbus? quod videtur, per tex. in d. l.ſi familia. Sed certe ibi loquit tantũ in familia ſeruorũ. Sed ſi plures liberi iuſſerũt vni, quilibet tenetur inſolidum: nec vnius ſolutio alium liberaret: vt l.ſi plurium ſeruus.et ibi no.ſupra de noxalib.

1 ☞ *Si pœna imponitur reſpectiue ad aliam, intelligitur cum omnibus qualitatibus illius pœnæ, ad quam fit relatio.*

Cum plures. Si ſecũdũ iudicium ita ſe habet ad primũ cp cõdemnatoria lata in primo, & exactione ſecuta tollatur, ſcũm interim differť, cumulatio impediť. h.d. No. nouam regulã, impediendæ cumulatiõis, quã dixi in ſummario, quẽ Dy. nõ ponit in c. nullus pluribus. de regu.iur.lib.vj. nec Pet. in l. edita actio. C. de edẽ. De hac regula feci mentionẽ in l. naturaliter. §. nihil cõe. §. de acq. poſ. in repetitiõe quã feci de illo §. Quæro, dicitur hic, pœnæ nomine duplũ, et cõdictiõe ſimplũ. quæro quid ſi familia fecit furtum manifeſtũ? dicit gl. debet præſtare quadruplũ, ſicut ſi liber homo feciſſet. † Ex hoc tex. cũ gl. no. cp qñ vna pœna iponitur reſpectiue ad aliã, intelligiť cũ omnibus qualitatibus illius pœnæ, ad quã fit relatio, et per hoc erat hoc anno qõ. Dicit ſtatutũ, cp nobilis puniať pœna quadrupli eĩ, ĩ quo puniret popularis. cõtingit cp nobilis deliquit de nocte, vt in platea, q̃ritur vtrũ debeat quadruplari pœna ſimplicis maleficij: an vero pœna maleficij ſic qualificati? Et hic eſt caſus cp pœna maleficij ſic qualificati quadruplicetur: quia ad illã refertur cũ oĩbus ſuis qualitatibus.[c] In contrarium facit l. in furti. in prin. §. de furt. De hoc plene ſcripſi in l. ſanctio legũ. j. de pœnis.

1 ☞ *Quando unus ex pluribus debet pœnam, alius rem, alius æſtimationem ex diſpoſitione legis, an ſolutione unius alij liberentur.*

LEX III.

Qvoties. Hæc lex eſt difficilis, et diuidiť in duas partes. Primo, an ſolutio domini pſit habentibus cãm à dño. Secũdo, an ſolutio habẽtiũ cãm à domino pſit domino. Sed ibi: qd̃ ſi prius. Nũquã legi iſtã lege cp non daret mihi laborem. Op. et vť cp ſolutio dñi nõ pſit manumiſſo: qui habet titulũ lucratiuũ, vt infra ſequiť in eadẽ lege. Sol. dicũt quidã, cp hic fuit manumiſſus data pecunia. Certe non placet: quia ſeruus cũ ex ſuo facto. et ex ſuo delicio cõueniatur, nõ põt habere regreſſum cõtra dñm: et iõ non video qd operetur datio pecuniæ, vel nõ. Alij dicũt, cp iſte ver. idemcp, et ſi refertur ad caſum ſubauditũ, quaſi diceret, ſolutio domini pſit emptori dũtaxat. ſubaudi. nõ donatario. et qd̃ ſequitur, idẽ erit in manumiſſo ſubaudi, qd̃ in donatario. Et i hoc gl. reſidet. Tu potes dicere cp in prin. legis loqtur qñ dñs ſoluit, cuius ſolutio prodeſt manumiſſo. Sed pars legis loqtur quãdo manumiſſus ſoluit, cui ſolutio nõ pdeſt domino. Sed cõtra hoc facit qd̃ dicitur in hoc prin. cp prodeſt emptori dũtaxat. quaſi diceret, nõ habẽt cãm lucratiuã: ſed manumiſſus habet cãm lucratiuã: ergo &c. Vnde ſic dicerẽ: aut dñs ſoluit antequam alienaret: et tunc cum illa ſolutione oẽs ſerui ſunt liberati, proderit poſtea manumiſſo, vel alienato quocunque titulo. Si vero dominus ſoluit poſt alienationem, tũc nõ pdeſt niſi cum

Universidad de Deusto

nisi emptori duntaxat. Ita intelligo hãc legẽ. Non enim factũ dñi prodest ei, qui habet causam ab eo, si ipsius dñi nõ interest vt no. in l. rẽ alienã. §. de pig. act. Venio ad secũdã partẽ. Opp. q̃ solutio manumissi p̃sit dño: vt §. de noxa. l. de illo. in fin. & l. seq. Solu. ibi cũ vnus seruus delinquit: hic q̃ delinquit tota familia. Ratio, q̃ vnus delinquit, a quocũq; soluat, illius delicti & personæ nomine, seu cõtẽplatiõe soluit, secus q̃ delinquit a familia. Ita loq̃t hic. Et eodẽ modo respõde ad l. si seru' nauem. §. fi. §. de fur. ad q̃ facit l. qui seruum. §. de interrog. act. Opp. de l. etiã. §. pe. §. de peti. hære. Vna glo. dicit hic, solue vt ibi. Alia gl. magna intrat in vnã distinctionẽ satis lõgã. Timore huius cõtrarij qd' nec clare nec bene expedit: ideo tu dicas: Quandoq; quis tenet ad rem, & ad pœnã promissam ex conuentione: tũc aut solutio vnius tollit obligationẽ alterius. Nõ est nostra materia hic: licet gl. tangat. Sed plenè examinaui in l. si ita stipulatus. in cõtrarijs vltimæ partis. §. de ver. obl. Quãdoq; †vnus debet rẽ, & alius pœnã, vel alius æstimationẽ ex
1 a dispositione legis: & ista est materia nostra: in qua dic, Aut actio est realis, vel mista cũ illa, qua vterq; tenet: & tũc aut primo cõsequor rẽ, & postea nõ possum agere ad æstimationẽ: vt l. Stichũ. §. dolo. §. de sol. & l. etiam. §. pe. §. de pet. hære. Aut primo cõsequor æstimationem ab vno: & tunc aut ille, à quo exactũ est, fuit conuentus, & exactus ratiõe doli: aut fuit exactus rõne doli sed nõ cõuẽtus: aut fuit cõuentus rõne doli, sed nõ exactus: aut neque cõuẽtus neque exactus rõne doli. Primo casu, q̃ fuit cõuentus, & exactus rõne doli. puta quia dolo desijt possidere, fuit cõuentus, & exactus: & tũc aut possessor, qui postea conueniret, esset habiturus regressum contra ipsum soluentẽ: & iterũ ad rem nõ poterit agi: arg. huius legis & no. in d. l. etiã. C. de pe. hære. Aut nõ esset habiturus regressum, & poterit agi ad rem cõtra possessorẽ: vt d. l. etiã. §. pe. & l. Stichũ. §. dolo. §. de sol. Secũdo casu, q̃ fuit exactus ratione doli, sed nõ conuentus. exemplũ. egi cõtra possessorem: & sic fuit cõuentus ratione possessionis: sed quia nõ restituebat, fuit facta exactio æstimationis: & sic fuit exactus propter dolum & tũc ad rem nõ poterit agi: vt d. l. Stichũ. §. dolo. Tertio casu q̃ fuit cõuentus ratione doli, sed non exactus: exẽplũ egi cõtra eũ qui dolo desijt possidere, non fuit exactus per sentẽtiã, sed deuenimus ad transactionẽ, vel pactũ: & tũc proderit possessori, vt nõ possit cõueniri, si haberet cãm à me: siue esset habiturus regressum cõtra me, quia emptor: siue nõ: quia donatari': vt l. si tibi. §. pactũ cõuentũ. §. de pact. Si vero nõ haberet causam à me, tunc secus: vt l. si vnus. §. ante omnia. §. de pact.
b & l. nã postea. §. fi. & l. seq. §. de iureiurã. Quarto casu, [b] q̃ nec cõuentus, nec exactus ratione doli, sed forte soluit ratiõe culpæ, vel alias: & proderit possessori, si habet causam ab eo: alias secus, per iura præalleg. Q̃nque cõtingit, qd actio, qua vterq; cõueniẽ, est actio personalis: & tunc aut cõpetit ad speciem: & eadẽ est adhibẽda distinctio: vt no. C. de cõdi. fur. l. j. per gl. licet Cy. aliter ibi dixerit. Aut cõpetit ad quãtitatẽ: & tunc aut quantitas debet simpliciter, aut respectu certe speciei. Primo casu, à quocũq; soluat non põt ab eo vel ab alio peti: vt §. de reiud. l. si quis dolo. §. j. Secũdo casu aut quãtitas debet respectu vnius speciei determinatę: & solutio facta ab vno liberet omnes: vt l. de illo. in fi. §. de noxa. & l. si seruus nauẽ. in fi. §. de fur. Aut debet respectu pluriũ specierũ: vt vnius familiæ: & tunc aut quæris, an vnius solutio facta ab vno prosit alijs: & habet locũ materia legis nostræ, in qua dic, aut ille alius, contra quẽ vis agere est eiusdẽ cõdictiõis, cuius erat primus soluẽs: vt puta, quia est alius dñs socius ignorãs, sicut primus illi p̃derit: vt l. si familia. j. eo. & ibi videbitis. Aut nõ est eiusdẽ cõdictionis: vt quia est alius dñs socius, qui soluit sciẽs, licet primus eiusdẽ cõdictionis fuerit ignorãs: & dic vt d. l. si familia. Aut est alius habẽs causam à dño: & tũc distingue. Aut primo soluit, antequã eũ alienaret, vel manumitteret: & p̃dest omnibus habẽtibus cãm ab eo, etiã si haberet titulũ lucratiuũ, vt hac l. in princ. ver. idẽq; est. Aut soluit postq; eũ alienauerat vel manumiserat: & tũc nõ prodest nisi ei qui haberet titulũ nõ lucratiuũ. vt hac l. in prin. Si vero ille primo soluit, qui habet causam à dño quã ipse dominus: tũc aut soluẽs erat talis qui habebat regressum cõtra dñm, & eius solutio prodest domino aut nõ: & tũc secus: vt hac l. ver. q̃ si prius. Quãdoq; cõtingit q̃ vnus ad estimationẽ cõuentus est actiõe personali, & exactus, & cõtra aliũ agitur ad rem actione p̃sonali: & tũc aut ille, qui conueniẽ ad rẽ, habet causam à primo conuento: & nõ põt conueniri: vt l. illicite. §. de re. eor. Aut nõ habet causam ab eo: et tũc secus. Exemplum: si ego egi cõtra cõmodatariũ, & habui æstimationẽ: potero agere contra possessorem rei, licet postea habita re, tenear illi reddere estimationem: vt l. si fullo. §. de cõdi. sine causa. & l. in cõmodato. in fi. §. cõmo. & per Dyn. in c. pro possessore. de regul. iur. li. vj. Vltimo in gl. magna est quædam gl. corruptavitio scriptoris: vide eam & corrige eam ibi: in non socijs. si ab vno rem peto, debet dicere si ab vno pœnam peto, & ab alio rẽ nihilo minus peto. Nõ habetis hic alia.

c

SI familia cõmunis.

Ista lex diuidit in tres partes. Primo loquitur q̃ familia pluriũ delinquit vno sciẽte, nõ tñ iubente. Secundo, q̃ delinquit vno iubẽte. Tertio repetit q̃ dixerat in principio. & circa illud determinat vnam quæstionẽ. Secũda ibi: & si seruus. Tertia ibi: si ergo. ver. quod ille. legitur in glo. duobus modis. Tene ẽ̃ vis. qa vtraq; est bona. Oppo. ad prin. & videtur quod ille qui sciuit, nil repetat à socio: vt l. si ex duobus. §. de noxa. Solu. ibi loquit in iubente, hic in sciẽte simpliciter. Venio ad secũdam partẽ: dicit hic simodo cũ eo quoq; ex l. Aquil. vl' ex l. xij. tabu. agi põt. Quærovtrũ aliquo casu possit seruus delinquere, quo non agat in dominũ sociũ ignorãtem. Gl. hic se inuoluit circa hoc, & ponit multos casus, & notabiliter loquitur sic. Aut ille, qui est ignorãs nõ possidet, nec dolo desijt possidere. & non tenetur: vt l. quoties. §. prætor. §. de noxali. & isto casu si soluisset, repeteret: qa sponte soluit nõ ex necessitate. Aut possidebat eum: et tũc aut seruus deliquit coactus ab altero et domino inuito: ita q̃ aliter facere nõ poterat & tunc dominus ignorans non tenetur, quia nullum est delictũ serui. Aut potuit aliter euadere: & tunc aut deliquit delicto leui: & idem: quia aliter socius non tenetur: cum seruus in hoc deberet domino parere. Si vero cõmisit delictum atrox, tunc tenetur seruus: quia deliquit seruus, quoniam parere nõ debuit seruus in hoc: vt l. ij. §. is q. §. de noxa. Ita colligitur hic ex glo. nostra.

d *Arborum furtim cæsarum* Rubrica.[d]

LEX I.

e SI furtim. [e] Hãc legem declara per ea quæ dicta sunt in l. j. §. dixerit aliquis. §. de publica. tangam in l. j. j. tit. j. Bar.

CEdere. Vide gl. quę incipit, sed qualis. ibi: sic eẽ prętor. Dic, imo fuit lex xij. tabu. vt §. eo. l. j. & j. eo. l. furtim. §. si quis radicitus. Itẽ vide gloss. ibi: sed certe prætor intelligebat. Nota istam gl. qd' licet lex vtat verbo præsentis temporis in puniendo actum, intelligitur de tempore præterito & plusquam perfecto.

1 *Emphyteuta, & feudatario, competit hac actio.*

IS cuius. Opp. de l. itẽ Mela. §. fi. §. ad leg. Aquil. Solu. ibi habet vtilẽ: ita hic vsufructuarius haberet istã actionẽ vtilem. Sed tunc oppo. de eo q̃ hic dicitur de emphy
1 teuta. †Respon. emphyteuta, qui habet dominium vtile, habet istam actionem directam quod tene mẽri: quia actio legis
f Aquiliæ directa: & ista actio directa competit emphyteutæ[f], & feudatario, & similibus. quod not. Bar.

a ¶ Quoties. Quando que vnus. Quando vnus debet rẽ, & alius pœnã: an p̃ executionẽ factã cõtra vnũ, alius sit liberatus: sed quid si vnus tenebat ad interesse alius ad pœnã, vide Bar. not. post glo. in l. fi. §. fi. ¶. de eo per quẽ fact. est. & vide bar. in l. semp. §. si in sepulchro. ff. qd' vi aut clam.

b ¶ Quarto casu. Et faciunt ista an iudex faciẽdo litem suam si soluit liberet principalẽ, vide quę dixi post Angel. in l. pe. §. fi. ue quis eum qui in ius vo. &c. & in l. si qs dolo. §. j. ¶. de re iudic.

c ¶ Si familia. Gl. hic, & per istã gl. videt limitãda gl. in l. liber homo. ad leg. Aquil. vbi in atrocioribus filius vel seruus non tenent parere domino vel patri. alias si pareant, tenent. hoc est verũ, nisi alias essent parituri si nõ fecissent. Ita videt gl. multũ not. hic. adde q̃ no. Bar. in l. si seruus. §. de noxalibus.

d ¶ Arborum furtim cæsarum. Rub. Practicã huius tit. vide per Spec. de iniur. §. ñ. ver. itẽ qui incidit vel decidit arbores plures.

e ¶ Si furtim. Et q̃ est sylua incisa. & ligna exportata, an competat remediũ huius titu. vel legis Aquiliæ, vide Bal. in l. j. C. ad l. Aquil.

f ¶ Cedere. §. is cuius. Competit emphyteute. Adde tex. in l. sed & proprietas. ad l. Aqui.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Facienda. Cum emptor.§.fi.Idem dicit Bar. in d.l. cū emptor.§. fi. supra de dam.infect.
b ¶ Si gemina. Ad hūc tex. vide qđ no. scribit Bar. in l. vulgaris in fi. de fur.
c ¶ Vtrū veniat. De hac q. per Io. And. in addi. Spe. in ti. de senten. §. spēs. ver si. sed pone. Cy. et Bal. in l. quicūque. in iij. co. C. de ser. fugi. et Bal. in l. si familia. de iurif. om. iud. & Spec. de contu. §. nūc dicemus. ver. sed pone iudex. et Ioan. And. in regula, delictum. in mercur. Sed quid, si aliqs ꝓijcit aquā putridā, & in facie, & in gula: an puniatur de facie et gula? Bald. in d.l. quicunque. in iij. colū. quod sic. & per Dy. in l. quod dicitur .ia j. de verb. oblig. et i simili per Paul. de Liaza in q. incip. episcopus monuit.
d ¶ Aut dicit. No. cōtra Iaco. de Are. vid Barr. & quæ ibi remisi in l. nunquam. de priua. delic. vide ibi Ang. vbi tenet opi. Io. And. in ca. delictum. de regu. iur. li. vj. in mercu. And. Barba.
e ¶ Ego puto. Sed Flor. in l. iiij. i. ad l. Aquil. dicit ꝙ communiter tenetur op. Ia. de Are. et mod. vide Ia. de Bel. C. vt intra certū tempus. in iij. q. princ. in q. quæ inci. ꝗo disputata est lege municipali cauetur, &c. Adde vidēdū An. cō. l. xxc.
f ¶ Quæro quid si te fugaui, & dū fugeres cecidisti, & cadēdo te vulnerasti: an tenear: et quomodo? & idē dicit Bald. in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil. dicit ꝙ si de percussione facta cū sanguinis effusione nō potest fieri cōcordia: et ego te proieci in terrā, ex quo super lapidē capite læso fregisti caput cum sanguinis effusione: ꝙ de hoc poterit fieri cōcordia. Et de hoc no. per Bar. in l. sed si vnius. i iij. col. infra de iniu. Ad de quid si cum equo quē calcaribus premebā te fugientē cadendo pessundaui, exiuit sanguis, eo qa pede ferrato equi facta sunt duo vulnera: an hoc erit vnū maleficium vel plura. vide Bal. consil. cix. ij. col.
g ¶ Quid si accusator. Si dico ꝑcussisti me pluribus percussiōibus, de quo intelligitur? Quid si dicatur multis percussionibus, vide Bar. in l. j. §. hoc rescriptum. ad Syl. qui dicit, qđ verificatur in duabus vel tribus. De quo glo. i c. ad nostrā. de reb. eccl. non alie. vide tex. in c. Christiano. xxxiij. di. vbi no. ꝙ licet duo dicantur plures, nō tamen plurimi sunt. Ita not. Abb. in d. c. ad nrām. ꝙ libellus, in quo fit mentio ꝙ me pluries ꝑcussisti, intelligatur de duobus vulneribus. tenet Bald. per illum tex. in l. fideicō. §. si quis decē. de leg. iij. & in l. & si post tres. in x. co. C. si quis cau. & dicit Ange. per illū tex. in auth. de triē. et semis. in §. qđ sæpe. cū gl. in ver. filiorū. ꝙ si testis dicat ꝙ plurimis vicibus percussit, intelligitur de tribus. Si vero dicat de pluribus, intelligitur de duabus. Et vide quæ scripsi in l. iij. §. ex plurimis. ff. de acquir. pos.

SI plures. Not. secūdū Dy. † ꝙ ex pluralitate delinquentium pœna delicti multiplicatur. Quod dic vt plene dixi in l. si in rixa. j. ad leg. Corne. de sica. & dixi supra ti. j. l. j. Secundo no. ꝙ ex pluralitate eorū, in quos delinquitur, pœna non multiplicabitur, quod non dico hic, quia hora nō patitur. Dicam in l. iij. §. si ad plures. j. de sepul. violato.

Si quis radicitus. Circa hoc & istis radicibus, dic vt in l. j. C. de interdic. Facit qđ dixi in l. de pupillo. §. meminisse. de no. oper. nuncia. Ad fin. huius legis opp. Insti. de re. diui. §. si Titius. & l. adeo. §. fin. ff. de acqui. re. do. Glo. ponit multas solu. Tene primam vel secundam.

1 ☞ *Statuto stante ꝙ si alicui est domus diruta, sibi damnū emendetur, damnum non dicitur probatum, licet probetur domus diruta, & ꝙ tantum valebat.*
Damnum domus dicitur quod superest deducto valore soli, & deductis cæmentis.

FAcienda. Nota hūc text. i prin. Pro hoc dicebam in quadā q̄stione: dicit statutum Castriplebis, ꝙ si alicui est diruta domus, ꝙ sibi damnū emendetur: modo
1 quidam, cui erat domus diruta, † probauit domū esse dirutam. Itē ꝓbauit ꝙ domus tantū valebat: ego dixi, quod iste nō probabat quantum erat damnum: quia non est damnum totus valor domus, seu rei: sed illud, quod superest deducto valore soli, & deductis cæmētis, dicitur damnū, vt hic. Et habes similem text. in l. cū em-
a ptor. a §. fi. ff. de dam. infect. quod nota ad formationem articulorum.

1 ☞ *Si delictum ex parte inferentis est vnus actus, & ex parte recipientis resultant plures: an vna pœna, vel pluribus puniatur.*
Percutiens cum bidente, vel forcipe, an vna vel pluribus pœnis puniatur.
2 *Percutiens vno ictu aliquem in capite, si postea descendit in brachio, postea in crus, pro pluribus punitur.*
Percutiens aliquē vno ictu in pluribus digitis, pro pluribus percussionibus punitur.
3 *Osse fracto, si exinde sequatur vulnus in alia parte corporis pro duobus vulneribus punitur delinquens, si agitur de vulnere: secus si de osse fracto.*
4 *Insequens fugientem, si fugiens cecidit, et in cadendo se vulnerauit, tenetur quasi eum fecerit vulnerari.*
5 *Percutiēs aliquem in cerueleria, si repercussio ceruelleriæ fecit vulnus in fronte, vel in capite, videtur vulnerasse.*
6 *Percutiens aliquem cum cultello bis in eodem loco: si statutum considerat percussiones, punitur pro duobus: si vulnus, pro vno vulnere.*
7 *Accusatus pro pluribus percussionibus condemnatur pro duabus: si pro pluribus, et pluribus, pro quatuor.*
Cautela ꝙ in accusatione ponatur pluries.

SI gemina. b Quærit gl. quare fuit facta ista lex. Dicit gl. est vtile scire propter legē saltui datā: vt ꝓ arbore succisa certa pœna præstetur. Quid vult dicere ꝓpter legē saltui datā. Dic hoc est, ꝓpter statutū factū sup̄ saltubus, seu p̄
1 dijs. & isto vocabulo vtitur l. ij. C. de noxalib. † Venio ad tractandū materiā nostrā, quando ex parte inferētis est vnus a-
c ctus, ex parte recipientis resultant plures: vtrū veniat c imponenda vna pœna, vel plures? Exēplū, aliquis percussit te cum bidēte, vel forcipe: an puniatur vna pœna vel pluribus. Et vi ꝙ vna, per hāc legē. In cōtrariū videtur ꝙ pluribus: qa actus debet cōsiderari respectu recipiētis: vt l. j. in fi. infra de iniu. & l. si adulteriū cū icestu. j. de adul. & l. quoniā multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. Præterea resultant plures effectus: ergo ꝓ pluribus punitur: vt l. nūquā plura. ff. de priua. delic. So. Licet dubitetur, tamē est aduertendū. Q̄nque lex, vel statutū punit actū nō illatū in alterū: sed prout fit seu agitur ab agēte. Verbi gratia. Statutū dicit, qs si ꝙ sagittauerit in iure, puniat̄ in decē: & si quis admenauerit alicui, puniatur in quīdecim. tūc si vno ictu semel aliquis sagittauerit plures sagittas, si vno icto admenaret cū bidente, vnus esset actus, et ꝓ vnico actu puniretur: qa solū actū agentis lex respicit: ar. ꝓ hoc l. tria onera. ff. de ex cu. tuto. Q̄nq; punitur actus à lege, ꝓut in alio inferī, vt dicit statutū, si quis ꝑcusserit aliquē in hoc est dubium, propter opi. Iaco. de Are. de qua feci mētionē in l. nunquā plura delicta. ff. de priua. delic. qui distinguit: Aut statutum dicit, ꝙ ꝓ percussione seu pro vulnere: & tunc quot sunt vulnera, ꝓ tot punie-
d tur. Aut dicit, d si quis percusserit: et punietur pro vna tātū: qa
e vnus est actus percutiēdi. Sed ego puto e qđ puniatur ꝓ pluribus: quia cū lex puniat actū, qui infertur in alterū, non pōt considerari ex parte agentis, quin ēt cōsideretur ex parte patientis: et ideo pro pluribus punietur, per iura ff. alleg. facit ad hoc l. Titia. §. fi. ff. de verb. obli. et l. pluribus. in prin. Et prædi-
2 cta vera, † si ista fiant vnico ictu. Sed si fierēt successiue: vt ꝑcussit aliquē in capite, et descēdit in brachiū, & postea in crus: plura sunt facta successiue, licet nō vno momento, ar. l. ter cum xa. j. de verb. sig. et l. Arethusa. ff. de stat. ho. in fi. Itē dico, ꝙ si vno ictu percussit in pluribus digitis. nā ex diuersitate locorū dicuntur percussiones diuersæ: vt l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de ope. no. nun. et facit l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad l. Aql.
3 Sed si percussi † aliquē in vno loco, & fregi os, et os fractū fecit vulnus in alia parte corporis: an puniar pro vno vulnere, an pro duobus? R n̄. duo vulnera sunt, vnum primo, aliud subsequenter: vt l. si seruum. §. si vulnus. ff. ad leg. Aquil. Hoc fatigatur de vulnerato. Secus si de osse fracto ageretur: quia tunc nō posset puniri de vulneribus: qa vulnera præcedētia tēdūt ad illū effectū, s. ad frangendū os. & ideo de solo illo punirer:
4 vt l. illud. ff. ad leg. Aql. † Quæro, qđ f si te fugaui, et cū fuge-
f res cecidisti, et cadēdo vulnerasti te i aliqua ꝑte corporis an tenear, quasi vulnerauerim? R n̄deo, nō: sed quasi vulnerari fecerim: vt l. qua actiōe. §. proinde. et l. si obstetrix. §. si seruū. et l. si
5 ex plagis. §. fina. infra ad leg. Aquil. quod nota. Quæro, † quid si ego percussi aliquem in cerueleria, et ꝑcussio cerueleriæ fecit vulnus in fronte, vel in capite: an videar vulnerasse? Puto quod sic: vt l. item Mela. in princi. supra ad leg. Aquil.
6 quod apparet: quia teneor directa Aquilia. Sed quæro, † qd econuerso, percussi aliquem bis in eodem loco cum cultello vno impetu: an puniar pro duobus vulneribus, vel pro vno? Respondeo, consideranda sunt verba statuti. Aut statutum imponit pœnam pro vulnere: et tunc veritas est, quod vnū vulnus est, et vna scissura, licet ampliata per secundam percussionem. Aut imponit pœnam pro percussione: et tunc quia plures sunt percussiones, et plures ictus, pro pluribus pu-
7 nietur: vt l. nunquā plura. ff. de priua. delict. Quæro, † quid si
g accusator g dicat, quod percussit aliquem pluribus percussionibus: de quot intelligatur? Certe de duobus ad minus: vt lege, vbi numerus. supra de testa. nec possumus intelligere de pluribus, vt leg. si præses. et l. interpretatione. infra de pœnis. Sed si diceret, pluribus et pluribus percussionibus, punietur pro quatuor: argu. dictæ legis. Et hoc communiter obseruatur. veruntamen magis proprius modus loquendi esset, vt diceremus percussit pluries: quia cum dico pluribus, intelligitur vno impetu, et vno ictu: sed cum dico pluries, intelligitur de diuersis ictibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶L.si qs ex domo. Et quo fit rapina, vide text. in d.l.si quis ex domo.quæ est singularis.

b ¶Quero statuto.an per pœnã statutariã sit sublata pœna iuris cõmunis, Adde Ioã. An.de pœna te.stiu.in fi.& Bal.in l.j.in xj.oppon.C.de sum.tri.& Bal.in l.data opa.C.q accusa.& in l.placet.C.de sacrosan.eccle.& in l.& si seuerior.C.de infa.& qd no.Inno.in c.j.de cõsti.& qd Bar.in l.sanctio.ff.de pœ.& qd no.In sti.de act.§.quadrupli.& ibi vide q dixi.& in l.quicũq.C.de ser.fu.post Bar.et Bald.in l.si eos.C.de fur.& dicit Bal.in re pe.l.qd ergo.§.pœna grauior.ff.de ista.& in l.nõ est nouũ.ff.de leg.q indistincte pœna statuti est sequẽda,& non pœna iuris cõis.Et est rõ q a ptãs iurat seruare statuta,& iuramẽtũ obligat in forma specifica:vt inc.ad nostram.el j.de iureiu.& vide Specu.& Io.and.in addi.Spe.in ti.de pœna te.stiu.§.fi.& de hoc vide p Sal.in l.q de crie.C.de accu.no.q Bar.in l.sanctio legũ.in pri.de pœnis.& Bal.i d.§.pœna grauior.vnũ verbũ p Imol.in l.ij.in fi.charta.de publicis iu.& pœna statuti faciat cessare pœnã legis cõis,tenet Bal.in d.l.data opera.cuius opi.sequit etiã Pet.de Anc.in c.canonum statuta.versi.ẽro vtrũ sicut statutũ scdm.& vi.p Imo.i l.cũ mulier.ff.sol.mat.in ix.colũ.versi.itẽ non obstat.& Io.And.in addi.spec.in titu.de fur.& vide no.& Bart.& doc.in l.j.in iij.colũ.de ope.no.nũ.Adde q iudex qui iuramt seruare statuta,põt moderari pœnã in minorẽ,quam sit imposita a statuto:put cõsuluit Roma.cõsi.ccccxxix.Et an per pœnã statutariã sit sublata pœna iuris cõis,vide Bal.consi.ccxx.in pe.colũ.iij.volu.

POMATES.

c ¶Cauetur q p.Sentit ergo Bart.q tale statutũ valeat.et idẽ sentit Panor.in c.de causis.co.fin.de offi.deleg.Sed contrariũ sentit idẽ in c.licet.co.iij.de pœ.& in c.fi.col.iiij.de cõsti.& ibi vide addita,& vide etiã Felin.in rub.extra.de homici.& Seueri.in l.oẽs populi.col.lv.ff.de iusti.

Qui agrum. Vide glo. quę incipit, de arborib. i fi. imo dicas q ibi cõpetebat actio de dãno futuro:ideo transit ad emptorẽ.hic pro damno præterito ante venditionẽ:& ideo remanet penes vẽditorẽ.

Vi bonorum raptorum. Rubrica.

1 Stante statuto,quod pro homicidio imponatur pœna cẽtum,si aliquis sit punitus per statutum:an possit per legem Corneliam accusari? Et an per statutum sit sublata pœna iuris communis,& an imposita pœna statuti imponi possit pœna iuris communis? quod non.

LEX I.

Qui rem. Quãdo duo delicta ex eodẽ facto descẽdentia se habẽt vt genus & species, bene tolluntur inuicẽ,quatenus cõcurrũt.h.d. Opp.q pro rapina agaĩ furti manifesti.ff.de fur.l.si vendidero.§.cũ raptor.sed hic dicitur contrarium:quare male.Sol.intellige q hic in rapina nõ fuit deprehẽsus:vt quia fuit coadunatis gentibus ad domũ alterius,& neminẽ inuenit:vt l.si quis ex domo[a].ff.de furt.p quã legem debet poni casus hic.Item oppo.de l.prætor.§.j.ff.de iniurijs.Solut.ibi quælibet actio cõpetebat ad vindictam.vnde vna per aliã tollitur simpliciter.hic vero vtraq persequebatur rẽ familiarẽ.Quod plene dic per Dyn.in l.j.§.dixerit aliquis.ff.de publica.& plenius ibi dixi.

Quæro statuto[b] cauetur q pro[c] homicidio sit pœna centum:modo aliquis est punitus pœna statuti:vtrũ poterit accusari lege Corne.de sica.vt puniatur in eo qd plus est Dy.ponit istam quæstionẽ hic:& Cyn.ponit eam in l.qui sepulchra.C.de sepul.viola.Breuiter ista quæstio habet duo dubia.Primo,an per legẽ nouã[d] s.an per statutũ sit sublata pœna iuris cõmunis?quod quidam dicunt:argumen.l.qui cũ vno.§.qui post desertionem.in fi.ff.de re mili.& arg.ff.ad leg.Aqui.l.j.vbi p leg.Aquil.fuit omnibus legibus anterioribus derogatũ.Ita hic fiet p statutũ.Sed cõtrariũ est veritas:vt l.quoties.ff.de act.& obli.Non enim videĩ à lege veteri recessum,nisi nominatim sit dictum.Facit C.de noua.l.fi.Idem si apparet aliquibus præsumptionib' tacite voluisse à lege antiqua recedi:quia tunc accusatio ex lege antiqua tolleretur,saltẽ ope exceptionis:vt habuistis notatũ ff.de noua.l.ij.Facit ff.de adi.leg.l.iiij.Et ideo cum in multis ciuitatibus Italiæ sint statuta,quę dicunt q vbi pœna non est determinata in statuto procedatur de similibus ad similia:& vbi nõ reperitur simile,recurratur ad ius cõmune.Ex hoc apparet q volunt pœnam iuris cõmunis in subsidiũ imponĩ.Vnde putarem tunc pœnã iuris communis esse sublatam per legem nouam,in qua pœnam expresse imponit.Sed dubium est,vtrũ postq̃ imposita est pœna[e] per statutũ,possit imponi pœna iuris cõis?Et in hoc oẽs cõcordãt q nõ.Nã vtraq actio tendit ad vindictã:& iõ indistincte vna tollitur per aliã:vt l.pretor edixit.§ j.j.de iniurijs.Nec obstat hæc lex,cum simili.quia istæ actiones persequuntur rem familiarem vt dixi.

LEX II.

Prætor. Quæro,quot capita habet istud edictũ?[d] Respõdeo,tria.duo ponunĩ hic,tertiũ in l.prætor.§.j.j.e.Quero,q est differẽtia inter ista capita?Et respondeo differentiã inter primum caput,& scdm,dic vt hic in gl.tertium differt ab istis manifeste.Quæro,vtrũ in quadruplo insit simplũ?Respondeo,sic indistincte:licet quidum aliter dixerint.

1 Actio ciuilis,& criminalis,quando procedunt ex eodem fonte,nõ possunt simul cõcurrere,nec etiã si competunt ex diuersis factis ratione maioritatis.

2 Accusatio criminalis principaliter,& restitutio rei ablatæ ciuiliter vel expensarũ per officiũ iudicis,põt simul intẽtari. Actio ciuilis principaliter,& accusatio criminalis incidenter,non potest simul intentari.

3 Sententia lata in causa ciuili,quando faciat præiudiciũ in criminali,vel econtra.

4 Sententia absolutoria lata in causa criminali super vno facto,nõ prohibet accusationem super eodẽ fiendam à tertio.

5 Probationes factæ in instãtia causæ ciuilis,an prosint in causa criminali,vel econtra.

6 Testes producti in causa ciuili,an possint produci in causa criminali super eisdem articulis,vel econtra,& an alij.

Hoc edicto. In hoc §.iacet tota lectio nostra. Primo ponit vnũ dictũ.Scdo ponit opinionẽ quorundã circa vnũ dubiũ descendens[e] ex edicto.Tertio ponit determinationẽ illius dubij.Secũda ibi:neque debere.Tertia ibi:sed vtilius.& legitur iste §.in gl.tribus modis.Prosequamus primo lecturã Io.tanquã veriorẽ,secundũ quã breuiter h.d.Quãdo ex eodẽ facto oritur ciuilis & criminalis,phibiĩ quis eas simul intẽtare:sed vna peracta poterit ad alia redire.hoc dicit.& pone casum:Quęsitum fuit,quare prætor fecit hoc edictũ,cum cõ[f]tra raptores cõpeteret accusatio legis Iulię de vi.Respondetur q ptor p hoc edictũ introduxit actionẽ ciuilẽ.licet ei cõpeteret,cuius bona sunt rapta,accusatio criminalis,per leg.Iuliã de vi.In ver.neq debere.quæritur vtrũ proposita actiõe ciuili impediaĩ quis pponere actionẽ criminalẽ per legẽ Iuliã de vi.Quidã dicebant q nõ.In ver.sed vtilius.Iurisconsultus respondet,q interim donec penderet actio ciuilis,nõ põt qs intẽtare criminalẽ accusationẽ:tñ post latã sentẽtiã sup ciuili non phibeĩ intẽtare actionẽ criminalẽ.h.d.Vide text.ibi:cõsuluit ptor.Dic actionẽ ciuilẽ inducẽdo:licet accusatio criminalis antea cõpeteret,vt statim sequiĩ.Itẽ ibi:experiri.dic,s.criminaliter.Itẽ ibi:neq debere.dic criminaliter.Itẽ ibi:publico iudicio dic q est casus datiui.Vide text.ibi:piudicari.Dic ẽt interim.Ibi:priuata fiat.dic si interim pẽdẽte actiõe vi bo.rapto.pposita.Ibi:denegãdã actionẽ.dic,id est,accusationẽ.Ibi,priuatã psecutionẽ.dic,id est,actionẽ vi bo.rapto.ciuilẽ,& hoc ea finita,scdm Io.Opp.eligẽdo[f] ciuilẽ interim nõ p iudicaĩ ĩ criminali vt l.rerũ amotarũ actio.
1 ff.rer.amo.Sol.scdm Dy.†hic loquiĩ qñ ciuilis & criminalis actio descendũt ex eodẽ facto:ibi qñ ex diuersis.Hęc nõ videnĩ vera,p l.j.C qñ act.ciui.piu cri.put ibi loquiĩ de liberto:q cõueniĩ ciuiliter de operis,et accusaĩ ex l.Viscelia.q iudicia oriunĩ ex diuersis factis etiã contra l.præses.C.de plagia.Possumus dicere sustinendo

& iure.& Are.cõsi lviij.co.v.in fi.& se.

POMATES.

d ¶An per legem nouam.Vide ad hæc Panor.consi.xcj.co.iij.& seq.vol.j.& Cep.xiiij.colum.ij.& Bar.xxv.colũ.xv.vol.primo & Ro.cxvij.Anch.in c.canonũ statuta.co.lxij.de cõstit.& Panor.in c.de causis.co.pe.& seq.de offic.deleg.vbi sequitur Barto.& ibi vide alios.& vide Alberi.de Rosa.in j.parte statutorum.q.viij.vbi dicit,q tota mũdi obseruantia est,q per legẽ nouã sit sublata antiqua.et tenet etiã hoc Angel.de Are.in tracta.in gl.& caput eius a spatulis amputetur.& ibi do.Ang.de Arimino.& Ang.Are.in §.quadrupli.Insti.de actio.colũ.v.in versic.an aũt pœna.etiã Moder.Papi.in d.c.de causis.

POMATES.

e ¶Postquã imposita est pœna.Idẽ tenet in omnibus Panor.in c.de causis.col.fi.offi.delega.limita tñ istud,q dicitur quãdo imponiĩ ad vindictã,&c.& non seruaĩ,quoties vna pœna maior pter impotẽtiã iudicis q nõ poterat imponere maiorẽ.Ita Are.i c.de his.co.iij.de accu.

f ¶Oppo.eligẽdo.Si pro crimine agitur ciuiliter,an possẽt pro eodem agi criminaliter.adde Imol.in l.interdũ.ff.de pub.iud.& not.Bar.in l.prætor.§.fi.ff.de iniur.& q not.glo.& Barr.in l.ex morte.C.ad legem Aquil.& vide Barto.in l.si ab eo.ff.de calum.& in l.qd' eutãdi.C.de cõdi.ob tur.causam.Adde tamẽ qd si agatur ciuiliter nõ pro delicto,sed pro debito poterit pro eo q acciderit in dicta causa ciuili agi criminaliter,& interim supersedeĩ in ciuili:puta,si ad probandũ pduxi testes quos tu accusas de falso.Ita dicit Bald.in l.si quis testibus.C.de testib.i penul.col.& not.in l.satis aperte.per Cyn.C.de fal.& in l.j.C.qui accusa.Et de hac materia quando ciuilis actio possit accumulari cũ criminali,vide Bal.i l.j.i ij.col.versi.sed cõtra hoc.C.de appellatiõib.& ibi ponit nouam cõclus.vbi qs venit

Universidad de Deusto Biblioteca

damnādus ad mortē, procedit ciuilis & criminalis accumulata. & ibi etiam
in iij. col. dicit, ꝙ illa regula quando ciuilis accusatio, &c. nō habet locum in
iudice inqrēte. & vide Bal. i l. edita. i repe. Perusina. in xxxiij. co. ibi. Quidđ
vult prio libello renūciare. C. đ edē. vid Bar. et ibi dixi post eū i d. §. si furē.
a ¶ Absolutoria lata. An absolutoria lata i ciuili pariat exceptionē i crimina
li & cū bar. hic et cy.
cōcordat Bal. in l. ex
morte. C. ad leg.
Aquil. gl. & Bald. in
d. l. j. C. ad leg. Fauiā
de pla. dicit ꝙ absolu
toria in ciuili nō prę
iudicat in criminali,
nisi in ciuili īcidēter
fuisset deductū cri-
men, & fuerit lata
absolutoria exclusi-
ua criminis. De quo
ꝑ Imo. & Io. And. in
c. de his. de acc. & ꝑ
alios i c. dilectus. de
pur. ca. alias de iure
pat. alias de iura. ca.
ꝑ Imo. in d. l. iterdū.
de publi. iud. Vide
aliqđ per Bar. in l. si
duo. §. idē Iulianus.
š. de iureiuran. Adde
an absolutoria lata,
quia nō ꝓbatū, pa-
riat exceptionē rei
iudicatæ, si de eodē
crimine accusetur,
Roma. cons. ccxxiij.
vbi dicit, ꝙ iura q̄
allegat Bar. nō pro-
bant intentionē suā.
b ¶ Quæro vtrū. Cō-
fessio de ciuili pręiu-
dicet in criminali, vi
de Specu. de cōfes. §.
nunc videndū. ad fi.
vbi etiā dicit idē qđ
Bar. hic ꝑ do. Anto.
in c. cām quę. de test.
& vide Bal. in auth.
nouo iure. i fi. de pœ.
iu. qui male iu. & ꝙ
acta facta in ciuili cā
faciāt fidē i causa cri
minali, vide Bald. in
l. quod euitādi. C. đ
cōdi. ob turp. cau. ꝑ
Bar. in l. j. C. de edē.
per Imo. i l. interdū.
de pu. iud. per Cyn.
in l. j. ad finem. qn̄ ci-
uil. actio præiu. cri.
Bal. in l. neganda. in
xj. col. C. q accu. nō
pos. & vide Abb. in
c. at si clerici. in prin.
de iudi. & limita per
Bar. & dixi ibi post
eū, in l. pe. C. de cal.
& Abb. in d. c. at si
clerici. de iudi. dicit,
ꝙ cōfessio facta in
iudicio ciuili pręiu-
dicat in criminali: al
leg. Inno. in c. inqui-
sitiōi. de elect. Cōfir
maī ex his quę tra-
dunt Inno. & doct.
in c. cū dilectus. de
or. co. vbi dicit Inn.
ꝙ confessio facta in
iudicio summario, fa
cit fidē in plenario,
facit optime gl. & ꝙ
ibi ponūt doc. mod.
in c. veniens. el ij. de
testi. hoc est verū si
cōfessio fiat pricipa
liter in iudicio ciui-
li. Sed quid econtra
si fiat incidenter, declarat Bal. sing. in l. mercalē. in fi. C. de condi. ob tur. cau,
vide ad materiā qđ ipse scribit in d. l. j. in fi. C. de re iudic. & vide Abb. in c.
causam, quæ. el ij. de testi. & vide Bal. in d. l. si quis ad se fundū. C. ad leg. Iul,
de vi. & facit tex. & ibi Iacob. But. in l. ij. C. de eden. & quod not. Bart. in l.
locum. §. si quis duo. de tab. exhi. Et an acta facta in vno iudicio faciant fidē
in alio in criminali, adde quod no. Bal. in l. nam postea. in §. si minor. ff. de iu-
reiur. & Bar. in extrauagan. ad reprimendam, in versi. summarie ad fin. De
hic latius dixi in d. l. ij. C. de edend.

Dy. ꝙ ille leges loquunī quādo sunt duo
facta se inuicē cōtingentia, ita ꝙ sentētia
lata in vno pareret exceptionē rei iudica-
tæ in alio. Sed solu. Dy. loquitur qn̄ sunt
duo facta penitus separata. Videte, dn̄i,
ciuilis & criminalis prohibeī proponi eo-
dē tēpore ratione præiudicij: quia absolu
toria lata in vno potest parere exceptio-
nem rei iudicatæ in alio. Ita intelligit do.
Dy. in c. nullus plurib'. de reg. iur. lib. vj.
& j. dicā. & isto respectu verū dicit Dy.
quia qn̄ oriuntur ex diuersis factis sepa-
ratis, ista regula nō est impedimēto. Pro-
hibetur etiā concursus ciuilis & crimina-
lis ratione maioritatis: vt l. per minorē. š.
de iudi. & l. fi. C. de or. iu. & isto respectu
nō dicit verū Dy. quia ciuilis & crimina-
lis nō possunt cōcurrere, vt dictis legib'.
Non obstat l. rerū amotarū. quia intelli-
go eam secūdū aliam lectu. ibi positā. Se-
cundo oppo. ꝙ possunt simul intētari: vt
C. qui accus. nō pos. l. quī crimē. vbi simul
& semel peto quē puniri, & condemnari
mihi in expēsis: & sic ꝓponitur crimina-
lis in eo ꝙ venit pœna applicanda fisco:
& ciuilis in eo ꝙ pœnæ veniunt applicā-
dæ parti: vt no. in l. iij. j. de sepul. vio. Sol.
dicunt quidā, ꝙ ibi loquitur qn̄ ciuilis &
criminalis oriunī ex eadē lege, tunc pos-
sunt simul intentari: alias secus. Et ita di-
cebat do. Iaco. But. Hæc solut. nō placet.
Nam cū regula sit, ꝙ ex quocunq; male-
ficio potest quis accusari criminaliter, ex
eodē potest agi in factū ciuiliter: vt l. q no
mine. j. de fal. & š. ꝓ socio. l. nec quicq;. er-
go semper posset proponi ciuilis et crimi
nalis: qa ex eadē lege. Preterea prædictę
rationes, quia absolutoria lata in vna, pōt
parere præiudiciū in alia: & etiā ratione
maioritatis habent locū siue ex eadē lege
2 siue ex diuersis. Vnde dico †sicut alias di-
xi, si aliquis vellet intentare ciuilē actio-
nē, & criminalē accusationē, nō potest: vt
hic, & l. interdū. j. de pub. iudi. Sed si velit
intentare accusationē, criminalē principa
liter, & petere restitutionē rei ablatæ inci
dēter per officium iudicis, vel restitutio-
nē expēsarum: bene posset. Ita loquiī C.
qui accu. nō pos. l. qui crimē. & l. interdū.
§. qui furē. & ibi dixi. š. de furt. & l. quod
euitandi. C. de cōdic. ob. tur. cām. l. iiij. §. si
dicanī. š. si. regū. & l. pe. š. de calū. & l. me-
dicus. j. de var. & extraordi. cog. Sed si qs
vellet principaliter intentare ciuilē, & cri
minalē accessorie, non posset, cū in ea re-
quiranī probationes lucidiores: vt l. sciāt.
C. de prob. Vlterius opp. dicitur hic, ꝙ
peracta vna pōt ad aliā redire. contra in l.
prætor edixit. §. j. j. de iniur. Sol. ibi vtraq;
cōpetit ad vindictam, s. ciuilis & crimina
lis: hic vero ciuilis prosequiī tantū rem familiarē. quod qua-
liter intelligatur, dicā ibi. Sumus expediti de lectura Io. ve-
nio ad lecturā Plac. secūdū quā hoc breuiter dicit: Absoluto-
a ria lata[a] in ciuili, parit exceptionem rei iudicatæ in criminali
causa. secus ecōtra. h. d. In prima parte non mutaī casus: sed in
scđa & tertia est variatio. Videte, est ne vera lect. Pla. Certè
nō: nec reperio aliquē qui teneat eā: qa est contra oēm rōnem.
Nā si absolutoria lata in ciuili parit exceptionē rei iudicatæ in
criminali secūdū eum: multo magis absolutoria lata in crimi-
nali, in qua fit examinatio plenior, pariet exceptionē in ciuili.
& sic magis deberet ecōtra. tenet ergo lecturā Io. Tamē pro
3 †declaratione lect. Pla. quæro vtrum sentētia lata in vna, pa-
riat præiudicium in alia. Respondeo, aut vtraq; tam ciuilis ꝙ
criminalis tendit ad vindictam: & sententia lata in vna parit
præiudicium in alia, siue fuerit condemnatoria, siue absoluto-
ria: vt l. prætor edicit. §. j. j. de iniu. Si vero ciuilis actio proseq-
tur rem familiarem: & tunc aut super vna fertur absolutoria,
super facto, quasi crimen non sit commissum: aut super iure,
quasi non sit probatū, aut est lata absolutoria simpliciter. Pri-
mo casu obstat exceptio rei iudicatæ: primo per text. in l. præ-
ses. C. de pla. Secundo per rationem: quia qn̄cunq; illud qđ
est examinatū, & decisum in vno iudicio, venit examnādum
in secundo, obstat exceptio rei iudicatæ: vt l. si quis cū totū. §.
plane. & §. si ancillam. š. de excep. rei iudi. Et hoc tenet Dy. in
c. nullus pluribus: de reg. iur. lib. vj. & etiā alij doc. Si verò ab-
solutoria fertur super iure quasi nō probato: non obstat exce-
ptio rei iudi. argu. š. de iureiur. l. duobus. §. a fideiussore. & §. si
quis iurauerit. & l. fi. eo. titu. & hoc etiā tenēt dicti doct. in di-
ctis locis. Dy. in d. c. nullus pluribus. & Cy. in l. j. C. qn̄ ciui. ac.
cri. præ. Aut dubitatur: & tunc videtur prima facie iudicatum
esse super facto: vt no. in l. fi. š. de iureiur. & l. j. §. si fideiu. š. qua-
rum re. act. nō datur. Sed certè istæ leges loquuntur in iuramē
to. Tamen in sententia mihi contrarium visum est. ꝙ in dubio
quis videatur absolutus, qa nō probatū, per l. Iulianus. in prin.
& qđ ibi no. š. de condi. indeb. vbi videī casus in l. procurator
ad exhibendū. §. j. š. rē ra. ha. & l. si inter me & te. in fi. š. de ex-
cep. rei iud. Ratio differentiæ inter iusiurandum & sentētiā
est: primo quia iusiurandū habet vim solutionis. qđ non est in
sententia. Secūdò qa ille qui iurat, iurat de eo qđ scit, & de fa-
cto suo: vnde pōt recte scire, & iurare esse factū, vel non esse
factū, vel esse cōtractum, vel nō cōtractū. Iudex vero iudicat
de facto alieno: ideo nō pure pōt dicere factū esse, vel nō esse
factū, vel esse contractū, vel nō esse cōtractū: arg. l. cū falsum.
š. de acqui. hære. Si vero sequeretur sn̄ia cōdemnatoria super
vna: tūc nullo modo prohibeī ad aliā redire. Casus est hic se-
cundū lect. Io. & vera: vt C. qn̄ ciui. ac. præ. cri. l. j. Prædicta ve-
ra, qn̄ iudiciū est finitū sn̄ia diffinitiua: sed si esset finitū aboli-
tione, tunc nullo modo impedireī intentare aliā actionem: vt
l. j. C. de gene. abo. facit C. de fi. instr. l. ij. & l. si docueris. C. de
fal. Quæro, absolutoria lata super facto, parit exceptionem
4 rei iudic. in alia accusatione, vt š. dixi. Quæro, †an hoc sit ve-
rum, etiam alio agente, seu accusante? Videī ꝙ sic: vt l. qui de-
nunciasse. §. fi. j. de adul. Sed ibi specialis est casus in muliere.
vnde contrariū puto alio accusante: vt hic. & est casus C. de ac
cu. l. qui de crimine. cū gl. sua. in eo ꝙ permittit, ꝙ accusatione
intentata ab vno super vno crimine, pōt intentari accusatio ab
alio super alio crimine, ex eodē facto, nō ab eodē. Ratio, quia
qn̄ ab eodē absolutoria lata in prima pōt parere exceptionem
rei iudicate in secunda: ꝙ nō habet locū qn̄ ab alio. & illa est ra
5 tio illius legis. †Quæro vtrū[b] probationes factæ in vna ista-
b rū causarū prosint in alia. Breuiter, aut probationes sunt factę
ad absolutionem: & prosunt in alia: vt l. p̄ses. & l. j. C. de plagi.
Aut factæ sunt ad condemnationē: & tunc aut probationes
sunt factæ in cā ciuili principaliter circa delictū: & nō prosunt
in cā criminali. Ita tenet gl. in l. si qs ad se fundū. C. ad leg. Iul.
de vi. & probatur in l. iij. §. idē diuus. š. de test. ibi: testib' nō te-
stimonijs. Et est ratio: qa in criminalib' reqruni ꝓbatiōes lu-
ce clariores meridiana. quod dico, nō faciunt fidē: intelligo, s.
plenam: tn̄ adminiculantur: arg. l. quæro. in fi. š. de ædil. edi. &
l. capite quinto. j. de adul. Aut ꝓbationes sunt factæ in cā ciui-
li super aliquo adminiculo ad crimen: vt sup. dn̄o: & faciunt fi-
dē in criminali: vt l. j. & l. p̄ses. C. de plagiar. Aut ꝓbationes
sunt

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Contraria loquuntur. Adde Lco. But. in l.fi ex falsis.C.de transact.et in l.5.C. si ex falsis instrumētis.et sequitur Imol. in d.l.diuus. in xvi. colū.de re iudicata. q. an viuente illo.q principaliter falsum commisit, possit primo & principaliter agi cōtra illum qui vsus est falso instrumēto. qd tenuit Bal.in d.l. fi.C.de fide īstrumē. ad fi.

✠ Pro concordia. ¶ Aduerte. Transactio facta sup dependentibus ex testamēto alicuius nō valet, nisi in ea dicatur, visis & cognitis verbis testamenti. Bar. in hoc §. homines. Ang.in l.q Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo.oblig.col.xj. allegat Bar.contrariari in l.de his.ff. de trāsac. Et idē tenuit Bar.in d.§.duo fratres.in iiij.q. Et istā opi.sequit Ang.cōs. xciiij.col.ij.& ista secūda opi.est cōmunis,secūdū do.Alex. in §.duo fratres.primam tenuit Ludo. Rom.cōsi. cccciij.in ij.& iij.colū. Tu die Bar. debet intelligi in hoc §.homines. secūdū quod se declarat ī d.l.de his.& in d.§.duo fratres.qa ille saris dicit īspexisse,& cognouisse,qui vere scit,et intelligit mēte,& oculo intellectus. Posset ēt subtiliter dari alia solutio, quam sentit domi. Alex.in cōsil.xj. col.iiij.in illo verbo quandocunque,&c.

b ¶ Homines. Et non dicitur,ad hoc. Vide Bar.in l.hæredes palam.§.in testamētis. de testa.

c ¶ Sed si vnus. Statuto caueat. Vide Bar. ff.iij.§.negotia.ff.de neg.gest. Idem tenet Bal.ī l. Gallus.§.qd si is.de libe.et posth. & p gl.ibi in fi.deinde in fi.adde Bar.in d.l. negotia. de neg. gest.& l.j.s.de pcura. Per. Anch.in c.relatū.el ij.de testi. & in c.j.de li.cōtest. & vide gl. in Cle.ij. de rescrip.Et ista faciūt si testator mādauit bona sua distribui inter pauperes per Titium, q. Titius posset distribuere in vnum tantum. Sed contrarium voluit Bar. per ea quæ ibi habentur in l. ij. de optio. lega. Item faciunt ad id quod dixi post Bar.in simili de ptestatione facta corā vno vicino tm, ff l.de pupillo.§.si qs ipsi tutori.in ij. col. de ope.no.nū. Adde

sunt factæ in criminali:& tūc psunt in ciuili. qd intelligo inter easdē psonas: vt l. is apud quē.C.de eden.& ibi no.et l.cum antea.circa fi.C.de arbit. Itē inter alias psonas,qbus præiudicaret sentētia:vt dixi in l.ij. §. iudi.sol. Sed vr q debeat distingui aut secūdū iudiciū tendit ad eūdē finē cū primo,et faciūt fidem. Aut ad aliud:& tūc nō faciūt fidem, nisi de nouo examinent:vt extra,de testibus.c.venēs.& notatur p glo.& Inn.extra,de ord.cog.c.cū dilectus.vbi pbationes factæ super exceptione nō psunt sup actiōe,nisi de nouo pbeē. Dico q illa distinctio,an ad eūdē finem tēdāt,an ad aliū,mihi nō placet in ppositra quæstione.Sed puto sic dicendum, aut primæ pbationes fuerūt factæ in cā,vbi sufficit summaria cognitio, vel fuerūt factæ non seruato iuris ordine:vt ante litē cōtestatā super aliqua dilatoria: & tūc nō faciūt fidem in alia cā,etiā inter easdē psonas.hic est casus in d.c.veniens. & ita pōt intelligi qd no.in d.c.cū dilectī. qa illæ exceptiones fuerūt dilatoriæ.Secus puto in pbatione facta sup exceptione peremptoria.Pro hoc, quia etiam victoria super exceptione qñ.p facit fidem in actione:vt dixi in l.qui Romæ.§.duo fratres.s.de ver. obl.& ita videē intellige re Innocē.extra de or.cog. c. super spoliatione.circa fi.gl.magnæ. Quero,†qd si ille,q pduxit testes in vna causa, velit eosdē vel alios pducere in alia cā super eisdem articulis:an debeat audiri? Videē q non inuito eo,cōtra quē pducunt: vt l.fi.C.de test.& qd no.in l.pperādū.circa finem.C.de iud. Aduerte in vna & eadē instantia post didicita testificata, nō pnt testes pduci sup eisdē articulis:vt in auth. qui semel.C.de pba.& in auth.de testi.§. quoniā vero.Si vero est alia instātia,si qdem est sup eodem, & ad eundem finē: tūc aut testes fuerūt primo recepti coram arbitris,& est locus distinctioni.l.fi.C.de test.Si vero fuerunt recepti coram iudice ordinario:tūc in distincte primis attestationib' esset standum,dimissa distinctione l.fi.C.de testi.qa dicta taliū testiū semper faciūt fidē:vt l.gesta.C.d re iu. Et ita tenebat Iac. But.& Inn.tenet extra, de testi.c.cū in tua.licet gl.aliter sentiat in d. l.pperādū.in fi.C.de iudi.Si vero alia instātia tēdat ad aliū finē,vt in casu legis nostræ: tūc indistincte pōt quis producere nouos testes, & etiā testes antiquos sup eisdē articulis:vt extra,de test.c.veniens. & in d.c.cum in tua.& ibi not.per glo.& per Inn. Venio ad tertiam lect.antiquorum,secundum quam breuiter.h.d. Donec potest agi criminaliter, nō potest agi ciuiliter.h.d.Ista lec.ponit in gl.superver. putat.& hæc lect. non applaudet literæ. Præterea lex vī velle ī distincte q qs possit eligere q̄ vult,s.vel pri' ciuilē vel pri' criminalē:vt l.j.qñ ciuilis act.crim.pīudi. &l.interdū.j.de pub.iud.vbi prius ciuilis pōt intētari.& sic ista lect.nō videē vera. Sed cōtra:qa p ista lect.videē casus in l. ptor edixit.§.j.j.de iniur. R ñ.secundū qd glo.ibi exponit tex.nihil facit. Vel dic q speciale est in l.Corne.de sica.vt nō possit fieri pīudiciū p actionē ciuilē iuriarū, vt ibi dicā.Itē p ista lect.videē casus in l. j.§.fiet.l.ij.s.ad Car.C.vbi cau.fis..l.j. Res pō.hic loquit qñ ciuilis & criminalis cōpetūt cōtra eundē delinquentē. quo casu possum eligere quā volo:sed contraria lo

a quuntur[a] qñ volo intentare ciuilē contra aliū,quam cōtra delinquentē.quo casu nō possum viuo delinquente,secūdū Iaco.de Are.& nota.Cyn. C.de fide instrumen. l.fina.

Vr An testes presumātur rogati, si dicitur, vocatis & rogatis: licet non dicatur ad hoc: & cum dicitur, inspectis & cognitis verbis testamenti: debet intelligi, ad hoc.

1 **Homines.** Notabilis est §. iste :& facit qd †qñ in instrumento dicit, testibus vocatis,& rogatis:et

b nō dicit ad hoc,[b] nō valet: quia debēt esse rogati ad hoc. Sed dic, q præsumunt esse rogati ad hoc:vt scripsi in l.sciendum.s.de ver.obliga. Item facit ad hoc l.de his.s.de transact.quæ dicit q nō pōt transigi, nisi inspectis & cognitis verbis testamēti: debet intelligi,ad hoc. Et hoc examinaui in l.qui Romæ.§.duo fratres.s.de verb.obligatio.quod est notandum ad multa.

1 *Vr Stante statuto quod si quis produxerit falsos testes punitur, habet locum in producente unum.*

Sed si unus. Nota argu.secūdum Dyn.qd si statuto ca

c ueatur,[c] q † si quis produxerit falsos testes &c.habeat locum etiam si vnū falsum tātum testem produxerit:vt hic, & j.ea.l.§. q ait prætor.& s.de nego gest.l.iij.In eo q dicit,negotia.id est negotiū.facit s.de liber.ho.exhi.l.iij.§.hæc verba.& de leg.iij. l.qui concubinā.§.si Stichus. secūdū Dy.

1 *Vr Ad positionem generis, non sequitur positio speciei, sed contra sic.*

Doli mali. Nota hic,quod genus cōtinet in se suam speciē. Nam dolus est genus:& cōtinet in se dolum,qui fit vi,& qui fit sine vi. Secun

1 do nota†quod ad positionem generis,nō sequitur positio speciei: sed ad positionē speciei,sequitur positio generis: vt l.si qd. §.interemptū.s.de lega.iij.& l.inter agnatos.s.vnde legitimi.

1 *Vr Principalis, qui coadunauit homines, tenetur de damno quod ipse dedit, & de eo quod dederunt alij.*

2 *Qui est inter coadunatos, non tenetur etiam in foro conscientiæ, nisi de damno per ipsum dato.*

d **Si quis nō homines.** [d] Nota† q

1 ille qui est principalis,& homines coadunauit,tenetur de dāno quod dedit ipse &

2 de damno quod dedit alius. Item no.†[e] q

e ille,qui est inter coadunatos,non tenetur de damno,nisi quod dedit ipse,non de eo quod dederunt alij.quod tene menti in foro cōsciētię.Et sic dicit gl.hic est ar.q Comes Albertus nō teneat de damno dato a bannitis:si ipse nō dedit damnū. Ratio

f qa ipse nō coadunauit,sed dedit eis opē.[f] Vltimo opp.gl.de.iiij.§.sed & q.s.ad leg. Iuli.de vi publi.Dic quod ibi est factum tantum,quod sufficit ad naturam accusationis.Sed hic non est factum tantum,qd sufficiat ad naturam istius edicti,secundū Dynum.

In hac actione. Istud quod dicitur q interesse non quadruplatur,intelligas de interesse affectionis:vt l.in furti actione.s.de fur. quæ no.Bald.in l.ij. C.de condi.infer.& Bal.ī l.iubemus.§.si aūt.C.ad Treb. & vide no.p Bal.in l.q cūq.ī ij.co.C.de ser. fugi.vbi no.q̄rit in casu q.Bar.hic,qd si pduxit testes,& instra falsa, an sit vnū falsum? & tenet qd sic. Et ad Bar.hic ad de Imo.idē dicētē in d.c.relatū. vbi allegat Albe.de Ros.in ij.pte statutorū.ī q. xxvj.et idē dicit ecōtra,p illū text.& vi de Bar.in l.fi.in versi sed q̄ro.j.de quest. Adde q contra hec facere videtur q cōsuluit Old.cōsi.exlij. q si testator istituat posthumū, vel post humos , & deinde substituet, & casu quo cōtingat eē plures,& moriantur in pupillari ætate, sup uiuēte præmorienti substituto: & si oēs mori cōtigerit in pupillari ętatevel alias qñcūq; sine hærede ex suo corpore.ta.A. & B.sorores suas eiusdē posthumis substituo æquis portionibus:et cōtingat q vnus solus nascat,et moriat, q substitutio euanescit,nec resoluit plurahtas in singularitatem.

d ¶ Si quis non hoies. Ille,qui coadunauit hoies si dederit damnū,tenet de dāno suo,& coadunatorū quos adunauit.Sivero coadunatus det dānū tenet de dāno tūi suo.& vide per Inno.in c.fi.q met. cā.& in c.in nra.de iniur.& de dāno dato.& vide Bal.ī l.nō ideo minus. in x.q. C.de accusa. & ad Bar.hic adde Barto. glo.text. & doct.in l.quoniā. C.ad leg. Iuli.de vi.& Bal.in l.j.in vj.co.C.de ser. fugi.& ibi qs dicat caporalis,& principalis. & adde l.j.in hoc.& ibi no.de ser. corrupt. An autē si aliqd damnū passus est coadunatus, possit ipse illud repetere a caporali,vide in d. l.quoniā. Adde quomodo teneat coadunator Bal.cōs.xxix. iij.lib.

✠ POMATES.

c ¶ Item no. Vide Alex.cōs.ciij.co.ij.volu.j.vbi pluchre loqtur declarās materiā huius ti.q per totū.

✠ POMATES.

f ¶ Dedit eis opē. Vide bal.cōs.cxxxviij. f.iiij.pte.& pulchrū cōsi.Petr.de Ancharaclviij.īcip.ex narratis.vbi pulchre ponit,qua pœna teneā tur tales raptores, maxime rerū eccle.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Plus delinquit. An puniat qs delinquẽs palã, plus quã clã, & qd dicat crimẽ occultũ, vide tex. hic, & Arch. in 11. de hæreticis. ca. in fide. in lib. vj. & doctores in l. nemo clarius. C. de sum. tri. & Arch. in c. ppetua. de electiõe. lib. vj. & qd ibi habes qd de maleficio cõmisso de nocte &c. Et facit ad declarationẽ eius qd dicit Bar. in l. fi. si quis testa. liber. esse iuss. fue. Istis adde Iaco. de Bel. in l. fi. de ritu nupt. & vide q̃ not. Bar. in l. non intelligitur. §. tacite. j. de iure fisci. Adde qd ibi iudicis, vel supioris authoritas requiritur semper, & tali authoritate non interueniente, dicitur fieri clã. Et casus est secundũ Bart. in l. ij. C. de his qui ex putario. lib. x. & ibi vide. Et de dictiõe clã, & de palã, vide in lege, si adulteriũ cũ incestu. infra, de adulteriis. Et ad eãdẽ materiã vide Bald. in l. ea quidẽ. in viij. col. C. de accusationi. & quod ibi dixi q̃ Moder. in rubrica extra de eo q̃ fur. ordi. suscep. & no. in l. j. j. ad leg. Iul. de ambitu. & quod not. Bal. in l. cum fratrem. C. de his quib. vt indig.

Conuncto §. & generaliter. j. eadem lege.

Hæc actio. Istum §. & sequentem examina vt in gloss. Barto.

1 ☞ *Occidens bannitum, cuius bannum non tenebat, excusatur à pœna homicidij: sed aliter mulctabitur.*

Hæc actio. Nota tex. ibi: sed aliter mulctabit, &c. facit ad id, qd dixi ś. si quis testa. lib. esse iuss. fue. l. j. §. ij. Item facit ad † questionẽ de exbannito, cuius bannum nõ tenebat: vt licet quis excuset à pœna homicidij: tamẽ aliter mulctabit: vt dixi in l. pe. j. de adult.

1 ☞ *Genitiuus de necessitate importat dominium.*

2 *Aliud est dicere, in bonis: & aliud, ex bonis, remissiue.*

In hac actione. Dictum est in edicto, siue cuius bona rapta, &c. modo quæritur vtrũ genitiuus, cuius, denotet dominiũ. & hoc intendit hic Iurisconsultus. Ex quo nota † q genitiuus de necessitate non significat dominium. Habes de hoc in l. ij. ś. de religio. & sum. fu. & ś. nau. cau. stab. l. ij. in prin. & §. ait ptor. Dixi de hoc ś. de ope. no. nun. super rub. Secundo † nota differẽtiam inter in bonis, & ex bonis. de quo habes in l. rem in bonis. ś. de acquir. re. domi. & Institu. eodem. titulo. §. sane in hac actione.

1 ☞ *Quando plus puniatur clam faciens, quàm palam.*

2 *Familiaris pro modico furto non potest conuenirs actione furti, sed actione vi bonorum raptorum.*

3 *Conuentus actione non potest referre actori quæstionem dominij.*

Et generaliter. Gl. signat vnũ ar. in cõtrariũ.

a Dicitur hic: quod plus delinquit qui facit palã, quã qui facit clam. contra, in l. fi. ś. de ritu nupt. & l. pupillus. §. sane. supra de autho. tuto. & l. nõ intelligitur. j. de iure fisc. & l. nõ existimo. ś. de admini. tut. Gl. nõ soluit. Dyn. dicit, † Aut id, qd fit, est omnino prohibitum per legẽ: vt furtum, et similia: & tũc magis punitur palam faciẽs quàm clam: vt hic. Aut non est omnino prohibitum: vt matrimonium, & vẽditio: & tũc magis punitur clam faciẽs: vt in cõtrarijs, secũdum Dy. Tu dic latius vt no. Cy. C. de summa tri. l. nemo clericꝰ. in fi.

Opponitur, hic innuit quod p̃ re deposita, etiã si nõ intersit, habet locum actio vi bonorũ raptorũ: sed j. statim in ver. si quis igitur. innuit quod ad hanc actionẽ requirit quod intersit agentis saltem modice. Huius timore iste §. ibi: vtilius dicẽdum est, &c. legit duobus modis. Primo qd hic loquat, qñ actio furti cessat pro re deposita: qa non interest tũc. Ad versi. si quis igit. Respon. dum dicit, interest sua, vel modice: subaudi, maxime. Ista est vna lectu. gl. Secũdo modo legit, quod dicit i isto ver. vtilius. tamẽ si cesset actio furti ob rem depositam, intelligas † ratione p̃sonæ, vt quia libertus, vel familiaris, qui pro modico furto non potest conueniri furti, sed actione vi bonorum raptorum potest conueniri pro modico interesse. Ista secunda est vera simpliciter. Sed posset ne prima sustineri? Videtur quod non: quia si non interesset sua, nõ esset qd quadruplet: & ista actio datur ad quadruplũ: vt ś. eo. l. j. in prin. ergo nõ cõpetit si simplum nõ repetitur. Sed possumus dicere q̃ simplũ est æstimatio rei: vt ś. eo. l. §. in hac actione. Nec † põt conuentus referre actori quæstionem dominij: vt l. si quis emptionis. §. sed hæc cõtra super illis. C. de præscript. xxx. an. & hoc modo procedit ista lectu. Sed si poneres quod actor confitetur rem sibi depositam et non interesset sua: non video qualiter ista actio posset competere sibi.

1 ☞ *Actio ex delicto, quæ denominatur ab eo, non datur contra hæredes.*

Hæc actio. Nota † quod actio ex delicto, quæ denominatur ab ipso delicto, non datur contra hæredes, etiam in eo quod ad eos peruenit. quod dixi in l. j. de priua. delic.

1 ☞ *Quando una actio datur contra plures, negligentia adhibita contra unum, quando præiudicet contra alios.*

LEX III.

SI seruus. Quando vna actio dat cõtra diuersos, negligentia adhibita contra vnum præiudicat cõtra alium. hoc dicit. Nota tex. ibi: quia cum quocũq̃, &c. sed dicitur hic, si actũ est cũ dño, nõ põt agi cum manumisso. an hoc est verũ, siue dñs fuerit cõdẽnatus, siue absolutus Dicit gl. q̃ si dñs fuit cõdẽnatus, & soluit: siue dubio hoc est verũ. quod dic vt dixi in l. quoties. ś. si fa. fu. fe. di. Idẽ si fuit absolutus vt l. licet. §. fi. ś. nau. cau. sta. Opp. C. de inoffi. testa. l. cõtra maiores. Gl. nõ soluit. dic, ibi nõ erat negligẽs: sed prosequebat illud ius, qd credebat sibi competere. Præterea ibi erant plura remedia: hic vnum tãtum: licet cõtra diuersos.

Secũdo opp. de l. itẽ. in prin. ś. de alie. iu. mu. cau. fa. vbi negligentia cõtra vnũ, nõ præiudicat cõtra aliũ. Huius timore dicitur verba, quãdoq̃ est † vna & eadem actio numero q̃ cõpetit cõtra diuersos: tũc negligẽtia adhibita cõtra vnum præiudicat cõtra aliũ, vt hic. qñq̃ sunt actiones diuersæ: & tũc aut cõpetũt cõtra diuersos ex dispositione cõtrahentiũ aut ex dispositione legis. Primo casu, vtrũ negligentia b adhibita cõtra vnũ præiudicet contra alium: dic vt dixi in l. cũ quis. §. si quis pro reo. ś. de solutio. Secundo casu aut negligentia adhibita cõtra vnũ, tollit illud, quod erat causa dandæ actionis cõtra aliũ: & tunc cõtra alium præiudicat: vt l. fin. C. de his qui à nõ do. mu. Aut nõ tollit illud, quod est causa dãdæ actionis cõtra alium & nõ præiudicat: vt l. itẽ. in prin. ś. de alie. iud. mu. cau. fa. & ibi de hoc p̃ gl. Ex hoc patet q̃ falsa est gl. C. qd me. cau. l. ij. quæ dicit, q̃ si est emptor liberat ꝰ præscriptio. nõ põt agi cõtra metum inferẽtẽ. Nam cum dominium non sit causa actionis qd met. causa sed metus: nõ debet tolli actio quod metus causa, præscriptione dominij: vt d. l. item. & ita tenent doct. in d. l. ij. & bene.

1 ☞ *Tres homines faciunt collegium, & etiam uniuersitatem.*

2 *Turba fit ex centum hominibus: multitudo potest esse maioris uel minoris numeri.*

3 *Duo homines faciunt congregationem.*

4 *Decem homines faciunt populum.*

5 *Gens dicitur ex minori numero decem, & uerificatur in quatuor uel quinque.*

Gens & populus est idem.

Statutum puniens coadunantem gentem, habet locum in coadunante quinque.

c **PRætor.** Hic ponitur tertiũ caput edicti prætoris. Nota quot homines faciũt turbã. Oppo. de l. Neratius. j. de verb. sig. Sol. † ibi loquitur de collegio, qd fit ex tribus. Et idem dicit gl. in vniuersitate, per illam legem in l. sicut. §. fin. ś. quod cuiusque vniuer. no. & in familia ita not. in l. de testatio. §. fina. j. de verb. signifi. hic loquitur de turba. Secundo oppo. Instit. de iur. perso. in fi. Gloss. non soluit. Tu dic, † q̃ hic exponitur, quid sit turba: ibi vero exponitur quid sit multitudo, quæ põt esse maioris & minoris numeri: vt ibi no. Quæro, quot hoies faciunt cœtũ? Certe hic habes in text. quod idem est dicere cœtũ hominũ, & turbã hominũ. Quero, quot † hoies faciũt cõgregationẽ. Gl. q̃ est extra, d̃ ele. c. j. dicit q̃ duo hoies faciũt cõgregationẽ. Quero quot

¶ Faciunt turbam. Quot hoies faciant turbã, vel collegiũ, de quo in rubri. j. de colle. illi. adde Inno. in c. j. de elect. qui tenet q̃ duo congregationẽ: tres collegiũ: decem, populũ: viginti, turbam: quatuor vel quinq̃ porci, gregẽ: decẽ oues, gregem. & ibi vide quot faciũt vnionẽ. & est glo. in d. cap. j. Quid est ppls, vide Bal. in l. etiã. in ij. col. C. de execu. rei iudic. & quot faciãt cœtũ, vide Cynum & Bald. in l. j. & qd ibi Bal. de tu. & cu. illustrium personarum: & decem faciunt parochiã. xij. quæstio. j. cap. vnio. vide Bart. in l. sicut. j. quod cuiusq̃ vniuer. no. & quid in familia, vide Bald. in l. iubemus. §. sinautem. C. ad Treb. & glo. no. x. qõ. l. c. j. ponit de his quæ hic dicuntur, & vide Barto. in l. j. supra de p̃bat. Quot faciant gentem. & quod faciant exercitum vel legionem, vide gloss. & doc. in l. secunda. C. de insa. Et quot faciant gentem, vide Bald. in l. j. in fi. ff. de iust. & iure.

Universidad de Deusto Biblioteca

POMATES.
a ¶ Quæro. quot homines. Primo vide ad hæc aliquid per Alex. in l. fi. consi. ij. C. de testa. mil. vbi ponit quot homines faciunt villã.
b ¶ No. q licet. No. q offenso licet clamare, succurrite. Quid de clamãte ad arma, vide eum in l. capitalium. §. solet. j. de pœ. & ad bar. hic facit q ipse notat in lege vt vim. de iust. & iur. & adde Bar. in l. prohibitũ. C. de iur. fisc. li. x.
c ¶ Repetita. An dicta in præcedẽti capite intelligãtur repetita in sequẽti, facit l. si quis filiũ. §. fi. ff. de inof. test. & ibi p doct. & vide Bar. no. in l. fi. de re. du. p d. Anto. in Cle. j. de sup. negli. præla. & omnino Bar. in l. doli. in prin. de ser. corru. vbi qualitas sequens refert ad oĩa præcedentia. domi. Anto. & Imo. in d. Cle. j. approbãt oĩa dicta per Bar. hic. & adde que no. gl. in c. cum singula. in ver. prioratibus. de præben. lib. vj. Et qñ dictum in vno intelligatur repetitũ in alio, vide aliquid per Bal. in l. j. de le. hære.
d ¶ Contra hoc opp. Pondera q a do. Gulie. de Perusio rñdit ad partes in quodã cõsi. incip. duo sunt principaliter inquirẽda, q dictũ Bar. p cedit in dictionibus seu capitibus, statutis separatis nõ connexis nec se cõtingẽtibus. And. Barba.

POMATES.
e ¶ Aut inserunt. Vide Alex. consil. suo. cij. in princi. vo. ij. et Imo. cxlv. & Alex. lvj. colum. j. vo. ij. vide etiam Are. consi. lxxij. & cxliij. & seq. & vltimo ad fi. vbi limitat, quando non esset eadem ratio. ver. Iac. de Bel. Ad hæc vide Aret. in d. l. talis scriptura. Alex. consi. xlij. in ij. alias iij. vo. Pau. de Ca. consi. cccxcij. incip. nota primo ad euidentiã. in penul. col. & Pau. de Cast. consi. j. colum. j. in fi. vol. ij. & Fel. vol. vj. in prin. de cõstit. & Alex cõsi. xlviij. colũ. j. volu. j. & columna iij.
f ¶ Et per hoc posset. Adde bonã gloss. in Cle. j. in ver. curan. de sup. neg. præl. & ibi vide d. Ioan. Et quando sñia debet ferri cum consilio sapientis, vide que plene not. remittendo tamen in l. j. C. ne lic. in vna & eadem cã tertio prouo. Ad Bal. vide Old. q ita disputauit. Facit qd no. Bar. in l. j. §. ij. ff. ad l. Fal. & l. oẽs populi. de iustit. & iur. in x. q. sexti articuli pricipalis. An. Bar.
g ¶ Intelligunt repetita. Et hoc est verũ i his, q̃ sunt expsse disposita. Secus si sunt subaudita: vt not. Bald. in lectu. antiqua, in l. j. in princ. in gl. in verbo, si qs. & ibi remisi. ff. qd quisque iur.
h ¶ Oldra. disputauit. Vide bonam glo. in Cle. j. in ver. curã. de sup. neg. pla. & facit quod no. Bart. in l. j. §. ij. ff. ad l. Fal. & in l. oẽs populi. in iij. q. vj. articuli principalis, Contrariũ videt velle Bal. & Ange. & Imo. in l. cohæredi. §. q patrẽ. de vul. & pup. qui si bñ cõsiderẽtur, nõ obstãt. Tu vide no. Bal. in l. j. C. ne lic. tertio puo. & d. Ange. & Imo. in Cle. j. de sup. neg. pla. vide glo. in Cle. sæpe. in ver. nõ obstãtib. de ver. sig.

4 † quot homines[a] faciũt populũ? Credo q ad minus requirant decẽ. Ita no gl. extra, de electio. c. j. Pro hoc ista l. & l. oues. j. de abig. cõiuncta l. rerum mistura. ff. de vsucapio.
5 † Quæro, quid de gente, quot homines faciunt gentẽ? Nã vidi questionẽ de facto in ciuitate ista. Dicebat statutum si quis coadunauerit gentẽ. Respondeo, est idẽ, q populus. qd probat ff. de iust. & iur. l. omnes populi. cõiuncto §. oẽs populi. Instit. de iure natu. gen. & ciui. Nam in vno loco dicitur gẽs: & in alio dicitur populus: & ponũtur pro eodẽ. ergo &c. Puto tñ quod si quis coadunauerit homines equites minori numero: diceretur gens, forte quatuor vel quinque armati dicta l. oues. j. de abigeis.

1 *Locus vbi maleficium est cõmissum inspicitur, non mandati delicti.*

Hoc autem edicto.

No. ad istud q
1 dixi tibi †, qd' debet inspici locus, vbi est maleficiũ cõmissum: nõ locus vbi quis mãdauit committi maleficiũ: vt hic. Facit l. si vt proponitur. ff. de fideius. & ibi dixi. Dicam in l. non solũ. §. si mandato. j. de iniur.

1 *Stante statuto, quod si quis coadunauerit gentem, puniatur habet locum, etiam si per spatium distet vnus ab altero.*

Hoc edicto.

Dicitur hic, si intra turbam fuerit, &c. contra ff. §. proxi. vbi sufficit, etiã si est absens. Gl. dicit, q turba potest cõtinere magnum spatiũ: vñ requiritur quod quis sit in turba, licet non sit in eodẽ loco, vbi dãnum datur. aduerte, & tene menti. Dicit
1 statutũ, si quis † coadunauerit gentẽ, requitur ne q omnes sint coadunati in vno loco, vel in vna domo, vel in vna ecclesia? Respon. non. Sufficit enim si sint coadunati, licet distent per magnũ spatiũ. Ita videbitis hic in hac gl. & ideo si vnus famulus staret in vna domo, & alius in alia, & sic de singulis: esset coadunatio, licet sint in diuersis locis. Sed licet glo. soluat istud cõtrariũ multũ notabiliter: tamen Iaco. de are. soluit istud cõtrarium aliter & sic. ff. §. proxi. loquit de eo qui cõmisit dolum in coadunatione turbę: hic cũ esset in turba dolo fecit vt damnũ daretur. Fateor tñ, q idem locus nõ debet sic stricte accipi pro eo puncto: vt latius examinabo in l. j. §. ex incendio. j. tit. j.

1 *Offenso licet clamare, succurrite, succurrite.*
2 *Quando plures determinationes respiciunt verbum, quaslibet per se determinat verbum.*

Si quis aduentu.

Nota † qd' li-
1 b cet[b] misericordiam dare offenso, dicendo, & clamando,
2 succurrite, succurrite. † Itẽ nota q qñ plures determinationes respiciũt vnũ verbũ, q̃libet per se determinat verbũ: nec se determinãt inuicẽ istæ determinatiões. Declaro, dicit in edicto prætoris, Prętor ait, cuius dolo malo in turba damnũ, qd' datũ vel factũ esse dicet. Istud participiũ datũ vel factũ esse, habet istas duas determinatiões, q sit datũ i turba, q sit datũ dolo malo: tñ nõ reqrit q turba sit coadunata dolo malo: vt hic. Qd' tene menti ad multa.

1 *Dicta in vno capitulo, quando intelligantur repetita in sequentibus.*
2 *Statuto stãte, q iudex teneatur dare quãlibet sententiã cũ cõsilio sapiẽtũ: licet per aliud statutũ dicatur q in certis causis p cedat summarie: in illis etiam tenetur dare cum consilio.*

Eritque hæc differentia.

Nota hic q dicta in præcedenti capite, in subsequẽti nõ intelliguntur repetita.[c] Nã verbũ, coactis hominibus, nõ intelligitur repetitum, vt hic: vel raptum etiam nõ coactis, &c. Cõtra ff. ad l. Aquil. l. quẽadmodũ. in fi. & insti. ad l. Aquil. §. ex hoc tñ capite. Respon. dicta in præcedenti capite, quæ pertinent ad dispositionẽ, in sequenti intelligũtur repetita: vt in cõtrarijs. Sec' in his quæ pertinẽt ad facti narrationẽ: vt hic. Contra hoc oppo.[d] quod etiã ea, quæ pertinẽt ad facti narrationẽ, intelliguntur repetita in sequẽti: vt j. titu. j. l. j. in princip. cõiuncta l. iij. §. qd ait prætor. eo. tit. Breuiter dic, quãdoq lex disponit circa plura in diuersis orationibus & tunc dictũ in vna oratione nõ intelligitur repetitũ in alia oratiõe circa facti narrationẽ: vt hic. Quãdoq lex disponit circa plura in eadẽ oratione, ita q omnia illa regunt ab eodẽ verbo: tunc dictũ in vno intelligitur repetitũ in alio. Ita loquitur l. j. §. j. cõiuncta l. iij. j. ti. j. §. quod ait prætor. Nam cũ omnia ab eodẽ verbo regũtur, qualitas, quæ respicit illud verbũ, respicit vnũ vniformiter quo ad omnia. Ita debetis intelligere hunc articulũ. Pro hac solutiõe ff. de fun. instr. l. Seia. §. Caio. Latius
1 † ergo in ista materia distingue sic: vtrũ dicta in vno capite intelligantur repetita in sequentibus. Dic, aut est vna lex habẽs plura capitula: aut sunt plures leges separatæ & distinctæ. Primo casu aut quæris de his, quæ pertinẽt ad facti narrationem: aut de his, quæ pertinẽt ad iuris dispositionẽ. Primo casu aut illa plura capitula inseruntur sub diuersis orationibus: & non intelliguntur repetita in sequẽtibus: vt l. ij. in prin. ff. eo. & hoc §. Aut inseruntur[e] sub eadẽ oratione: & intelliguntur repetita: vt l. j. in prin. coniuncta l. iij. §. ait prætor. j. ti. j. arg. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instructo. Secundo casu, qñ quæris, q̃ pertinent ad iuris dispositionẽ: & tunc aut dicta in præcedentibus sunt contra ius cõe, & exorbitãt à iure cõmuni: & non intelliguntur repetita in sequẽtibus: argu. ad hoc l. vxori. §. vxori de leg. iij. quod no. per glo. in l. talis scriptura. in fi. de leg. j. Facit extra, de reg. iur. c. quæ à iure cõmuni. lib. vj. & l. qd vero. & l. in his. ff. de leg. & p hoc posset[f] determinari questio, quã disputauit Iac. de Bel. in vno capitulo statutorũ, quo cauetur q habeat locũ in præteritis & futuris. Certè hoc exorbitat à iure cõi: cũ natura legis sit dare formã futuris negotijs: vt l. leges. C. de legi. & ideo in sequẽtibus nõ intelligeretur repetita. Et ita determinat Iac. de Bel. licet p alias rõnes. Et eius dispositionẽ habetis in aut. vt cũ de ap. cog. circa prin. Si verò nõ exorbitant à iure cõi: tunc aut quæris, vtrũ intelligantur repetita in sequentibus capitulis p ximis: & intelligũtur repetita:[g] vt l. quemadmodũ. in fi. ff. ad l. Aquil. & Insti. ad l. Aquil. §. ex hoc tamen capite, & j. de adul. l. mariti. §. hoc quinquennium. Aut quæris vtrum intelligantur repetita in alijs capitulis distantibus mediatis à pluribus alijs capitulis: & non intelliguntur repetita: vt Institu. de re. diui. §. item lapilli. & ibi not. per gl. quam nota bene. & hoc est verum, nisi prout statim dicam in diuersis legibus separatis. Secundo casu principali, quando sunt diuersæ leges, seu diuersa statuta: aut vna lex procedit per modũ regulę: & in omnibus alijs intelligitur repetita: ar. l. regula. circa fin. de iur. & fac. igno. Exemplũ in l. de vnoquoq ff. de re iud. vbi ponitur regula, q in vnoquoq negotio debet pars citari. superueuenit postea l. ij. C. de ex breui reci. q̃ tradidit formã, qualiter feratur sententia, & nõ repetit de citatione partis: & certè illud intelligit repetitũ: quia in alia lege p mo-
2 dũ regulæ est traditũ. Et per hoc Old. † disputauit[h] vnã quæ-
h stionẽ: Dicebat primũ statutũ, q iudex teneat dare quãlibet sententiã cũ cõsilio sapientũ. Demũ aliud statutũ dicebat, q in

Universidad de Deusto Biblioteca

i ¶ Not.hic de admenatione. Vide Ang.hic.& Ang.de Are.in tractatu maleficiorū.in versi.admenauit.dicit Imol.in l.his verbis.§.illa institutio de hæredibus instituendis. quod per statutum puniens maledicentem Deo: & si quis ex communi vsu loquendi proferat verba in despectum Dei omnipotentis: tamen punitur: quia talis vsus dicitur abusus.

a ¶ Dicit statutū. Nota de statutis punientibus verba iniuriosa. & per Bar. in l. nunquam plura. in penulti. col. ſ. de priu. delictis. & Bar. in l. si quando. C. de ho. vacan. lib. x. & Ange. in l. si non conuicij. C. de iniur.

b ¶ Verbum iniuriosum. Vide Bart. in cōsil. incipien. in causa vertente inter do. Nico. & Saram eius filiam. & ad hoc per Bart. dicta, adde Albe. in simili in ij. parte statutorū x. q. & quæ habes in l. si familia ſ. de iurisdictione omni. iudi.

f ⟶ POMATES. ¶ Est verbum iniuriosum. Imo hoc est verum, etiā si diceret tu mentiris saluo honore tuo. Ita dicit Barto. in l. si quis extraneus. in princ. ſ. de acqui. hære. de quo Alexā. in d. l. in j. col. j. & hic in apostil. in l. turpia. colū. ij. ſ. de lega. j. & Albe. in ij. parte statutorum. q. xliij. & Alberi. in c. cum te. de re iudi. & in c. cam te, extra de iureiuran. Idem tenet, licet consentiant Specu. in titu. de aduoca. §. ea nūc. in versicu. sed hic tamen caue. & domin. Præposi. i c. necq. distinctione ix. & vide etiā Feli. in c. quæ in ecclesiarum. colum. xxx. in fi. de consti. Aliqua etiam in c. dilecti filij. col. vj. in fi. & tribus seq. de except. & Bald. consil. xlv. i j. parte. vbi ponit an hoc sit verum si dico tu mētiris. tamē ad meā defensionem. cum tu improperas mihi aliquod delictum.

c ¶ Verbum iniuriosum. Et vide aliqua verba iniuriosa per text. & ibi Bar. in l. iiij. ſ. de libe. & posthu. & in l. turpia. in prin. de leg. j. & vidē omnino Azo. i summa C. de infa. in j. colū. vbi dicit, ꝙ si dixi te non esse de legitimo matrimonio natum vel calūniatorē, qd dicor te infamare in famia facti. l. obligatione. C. de infa. Et vide qd sit diffamare, in d. l. turpia. de le. j. in prin. Adde an iniuria, quæ fit per scripturam, dicat verbalis, Roma. consi. ccclxxviij. Et an inculpans aliquē de eo ꝙ non est verū, scilicet ꝙ portauerit aliquas merces non bonas, teneat actione iniuriarū, p eūdē consil. xcvij. Et an si qs aliquē citari fecerit tanquā cessantē, & fugitiuū, cū nō sit, teneat actione iniuriarū, p eundē consil. ccviij. & vitans aliquē tanquā excōicatū, q de pluribus fuerat ligatus, & doceat vna sētentia absolutū, non potest ab ipso recuperato excōicato cōueniri actione iniuriarum: vt p eūdē cōsil. ccclxxxvij.

⟶ POMATES.

d ¶ In genere dicā. Dicit do. Are. in l. iij. ꝙ licet hoc sit verū, qd tñ grauior ē iniuria qñ deueniūt ad speciē, qꝫ q est in genere dr p tex. & ibi bart. in l. non debet. ſ. de dolo. Sed certe hoc mihi non placet: qa qñ i genere dicit, tu es fur, obijcit quædam qualitas, quę videt inesse personæ, et cōsuetudine, et habuit: qd nō sequit, si dicat i specie, tu subtraxisti furto vestē Sempronio: p aret. tñ facit ꝙ plus creditur tribus testibus i specie deponētibus, quā pluribus in genere. Ita Nic. de Neapoli. i l. turpia. i pric. ff. de lega. j. & sequit Alex. cōsi. suo. cxlviij. col. j. volumi. ij.

e ¶ Tu mentiris. Et si sit dictū, saluo honore tuo, vt dicit Bar. i l. si quis extraneus. in princi. de acquirē. hære. Sed quid si dicatur, tu dicis falsum an sit verbū iniuriosum? Sal. ꝙ non, in l. de tutela. de in integrū resti. min. & ibi limitaui hoc, nisi dixerim, tu mētiris: qa prius mihi dixisti ꝙ erā homicida: vt not. Bar. l. quę omnia. ver. sed si aduersarius. de p cura. Adde ꝙ dicere, tu mentiris, non est iniuria qñ ille qui dicit, facit ad defensionem suæ innocentiæ. Ita dicit Bald. consilio xlv. iij. lib.

forte ibi dare concordantiam: dicitur hic vtili iniuriarū. Quæro, qua actione? prætoria, vel ciuili? Gl. quę est hic, dicit prætoria: certe prætoria tenet directa. vnde deberet exponi vtili: id est, efficaci. Vel dic proprie quod tenetur vtili ex lege Cornelia, quæ pertinet ad omnem iniuriam manu factam: vt l. lex Cornelia. §. apparet. ſ. eodem secundum Iacobum de Aret.

1 *☞ Multa verba iniuriosa faciunt vnum conuicium, & vnam uociferationem.*
2 *Statutū ꝙ pro quolibet uerbo iniurioso quis puniatur, qualiter intelligatur uerbum: & qualiter iniuriosum.*
Verbum intelligitur una oratio significatiua.
Oratio idem significans, si pluries repetatur, unum est uerbum: secus si orationes sunt diuersæ.
Vna oratio continens plura tendentia ad diuersos effectus, dicuntur plura uerba.
Vnum nomen continens tantum unam significationem, dicitur unum uerbum.
3 *Verbum iniuriosum quod dicatur.*
Verbum iniuriosum dicitur, quando dicitur, tu mentiris.
4 *Blasphemare & maledicere qualiter differant,*
5 *Blasphemia quòd sit verbum iniuriosum.*

1 **Ait prætor.** Not. hic † ꝙ licet sit verborū pluralitas: tamen vnam vociferationem, & vnum cōuicium facit, sicut multa verba faciunt vnā stipulationem: vt l. Titia. in fin. ſ. de verbo. obliga. ita dicit Iac. de Are. Et per hoc, dicit ipse, quando aliquis dat plures alapas simul debemus aduertere qualiter statutū loquatur: vt recitaui tibi in l. nunquā plu-
2 ra. ſ. de priuatis delictis. Pro huius † de-
a claratione pone, dicit statutum[a] quod pro quolibet verbo iniurioso quis puniatur in certa quantitate, qualiter intelligatur verbum, & qualiter intelligatur iniuriosum. Ad primum dico, ꝙ verbum intelligatur vna oratione significatiua, hic est casus, & ſ. e. l. j. §. verbis. Et ideo puto ꝙ si illa oratio idem significans pluries repetatur, ꝙ vnū verbum sit: vt ſ. de test. l. vnum. & l. cum filius. §. cum. ſ. de lega. ij. & C. de test. l. testamentum. Sed si sint diuersæ orationes significantes diuersa: tunc dicuntur plura verba iniuriosa. Vel si esset vna oratio continens plura tendētia ad diuersos, effectus: vt d. l. Titia. §. fi. de ver. obli. & l. pluribus. in prin. eo. ti. Idem puto, quādocunqꝫ apponat vnū nomen tantū significatiuū: vt nomē meretrix, vel latro: certe debet intelligi, tu es: vt l. j. ſ. de hæredi. institu. & l. verbum volo. C. de fideicō. Sed si in oratione apponeret aliqua dictio ad qualificationē alterius, non credo ꝙ faciat verbū iniurio-
b sum[b]: vt puta, dico ꝙ interfecisti aliquem proditorie. Videamus quid sit verbum in-
c iuriosum.[c] † Respōdeo, qñcunqꝫ tibi re im-
3 propero aliquod maleficiū p te cōmissum, vel aliquod crimē cōmissum per te, vt probatur in l. j. in fi. ſ. de obsequi. patro. præst. Idem si tibi re improperat aliqua iniuria, in te vel in tuos cōmissa: vt l. si inimicitiæ. ſ. de his qui, vt indig. & ibi no. & hoc puto verum, siue exprimatur maleficium, seu in-
d iuria: siue in genere dicam[d] latro, homicida, fur, & similia: vt no. in l. iij. in princ. ſ. de libe. & posthu. & ideo puto ꝙ si dicitur ti-
e bi, tu mētiris[e], ꝙ est verbum iniuriosum:[f]
f quia tibi re improperat maleficium. An tamē hoc sit distinguendū: an illud quod improperatur sit verum vel nō: dicam j. eo. l.
4 eum qui nocentem. in princ. † Quæro, vtrum inter blasphemare & maledicere sit
g aliqua differentia[g]? Respōdeo: prout ista verba referuntur ad Deum, vel ad sanctos Dei, omne maledictum de his est blasphemia: vt probatur extra de male. c. ij. & in Euangelio, quando princeps sacerdotum scidit vestimēta sua, & dicit, Audistis blasphemiā: quia filiū Dei se fecit. Sed prout ista verba referunt ad homines in vsu cōmuni, maledicere est dicere aliqd mali de præterito vel p̄senti, blasphemare est optare aliquid malum in futuro: & iste est vsus
5 cōmunis loquendi. † Sed quæro, vtrum blasphemia sit verbum iniuriosum? Et puto ꝙ sic. primo, quia dicitur contra bonos mores ciuitatis: vt hic. Item propter hunc tex. qui dicit ad infamiam, vel ad inuidiam alicuius spectaret in eo quod dicit, ad infamiam, loquitur de eo qui dicit malū de præsenti, vel de præterito: sed i eo quod dicit ad inuidiam, loquitur de eo qui optat malum in futuro, propter inuidiā, quam ei habent.

1 *☞ Ad domum dicitur uenire qui iuxta domum uenit.*
2 *Statutum puniens facientem insultum ad domum, qualiter intelligatur.*
Pertinentiæ domus quæ sint.
Ad domum dicitur fieri, quod fit per quinque pedes.
Circunstantiæ ecclesiæ sunt triginta pedes circuncirca.
3 *Citatio facta ad apothecam, seu ad stationem, non ualet: quia facienda est ad domum: & ibi rationem.*

1 **Conuicium.** Dicitur hic, ad domum. † Quæro qualiter intelligatur, ad domum. Certe nō debes intelligere quod domū intrauerit: quia tunc tenetur lege Cornelia non actione prætoria: vt l. lex Cornelia. ſ. eo. sed sufficit, ꝙ venerit iuxta domum. Et per hoc
2 dicit Iaco. de Aret. † ꝙ statuta quæ dicunt
h de faciente insultum[h] ad domum, verificātur in eo qui venerit in pertinētijs domus: vt ſ. quod vi aut clam. l. si vitem. §. si ad ianuam. & facit l. qui filium. §. j. ſ. ad Trebellian. Glo. tñ alibi videtur dicere, ꝙ illud fit ad domū qd fit prope per quinque pedes: vt no. in l. quidam Iberus. de ser. vrba. prædio. facit ad hoc scilicet quæ sint pertinentiæ domus. l. vlti. ſ. finium regun. Decretistæ tamen habent vnum decretum, quo contineatur quod de circunstantijs ecclesiæ sunt triginta pedes circuncirca ecclesiam. Venio ad finem §. in eo quod dicit de statione: facit quod valeat citatio ad

g ¶ Aliqua differētia. Quid sit blasphemare, vide post Bart. in l. turpia. de leg. j. Ange. in l. his verbis. de hære. instit. & vide xxiiij. q. v. c. qui capit. & de cle. male. c. j. & ij. & do. Bald. in l. fin. C. de rebus credi. qui dicit ꝙ faciēs iuramenta scelerata, dicitur blasphemare. Et vide eundē in l. ignorātia. ad fi. C. de crimi. stellio. Et adde quod Bal. no. i consi. incip. in Christi nomine amen. an dicatur male dicere, vel blasphemare ille, qui dicit, maledicto sia dio: vel a despecto de dio. &c. vide ꝙ sic, per tex. i auth. vt non luxu. contra naturā. & in c. ij. de maledi. & in l. j. C. si quis Imper. maledi. & xxv. distinc. in c. qualis. Contrarium videtur ex communi vsu loquēdi: quia sunt ista verba potius iniuriosa, quam maledica. argumē. supra de hæredibus instituen. l. quoties. §. si quis nomen. secūdum intellectū Ange. Non ergo omnis contumelia est blasphemia, rei maledictio: maxime secundum cōmunē vsum loquēdi istius patriæ Bononiensis, in his sermonibus sceleratis. & vide Imo. i d. l. his verbis. §. j. Quæ autē sit pœna percutiētis imaginē Dei, aut sanctorum, aut scindentis imaginē ligni, vide text. in c. fi. §. cæterum. de officio ordinarij. li. vj. & Cyn. etiam in l. quisquis. C. ad legē Iuliam maiesta. plenius in l. ex senatusconsulto. ſ. de sicarijs. & etiā puniri possit pœna mortis. Quæ autem sit pœna blasphemātis Deum, vide de male. i c. statuimus. & xxij. q. j. si quis per capillum. vide quæ dixi in l. damni infecti. vbi vide ſ. de damno infecto.

h ¶ Faciente insultum. Quis dicatur facere insultum ad domum, vide Iaco. de Are. Bart. & Bal. in l. cætera. §. hoc senatus. de leg. j. & ibi post Bar. dixi.

stationem.

Universidad de Deusto

POMATES.
a ¶ Si curauerit qs. Facit l. si qs nō dicā rapere. C. de epis. & cle.
POMATES.
b ¶ Si quis virgines. adde plene Bal. i. l. ibi qua p. cathniam. C. de epis. & cle. & Bal. in l. qm̄ multa facinora. C. de vi pub.
c ¶ Qui verberat clericū. Qui percutit clericū nō incedētē i habitu, non tenet. Idē tenet Dy. i l. gerit. ā acq. hære. Et prædicta vera, nisi percuriēs sciuisset eū fuisse clericū: qa in pœnis præponderat culpa: vt in lege, q occidit, alias l. si fructus. & in l. qui victū. § fi. ff. ad legem aqui. Sed quid si verberauit portātem habitū & tonsurā, tamen non erat clericus, vtrum teneatur? Dy. vbi i. teneto non, arg. l. fi. de crimi. ex pila. hære. & l. eū q. §. si iniuria. j. e. & ideo dicit in c. j. quib. mod. feu dū amitt. & ibi bal. post gl. q si quis ī sul tat dominū quē nesciit esse dñm suū, nō perdit feudū suū, nisi ēt ignorātia crassa, & supina: qa paria sunt scire, vel scire debere. l. quod te. si certū petatur. Idem dicit ibi gl. q si concubuit cum vxore dñi sui, nesciēs eam vxorē q nō perdit feudū. Itē q cognoscēs monialē, nesciēs eā monialē, non punit tanq̄ de stupro monialis. Quā glos. tene menti secundū Bald. & facit lex, si ignorans. i. loca. & j. de adulteriis. l. pen. & quod dixi ibi, & quod dixi de seruis fugitiuis. in l. qcūq; Et adde not. i l. j. supra de legibus. & q notat bal. in l. nemo. ī de in ius vocan. & per Bal. in lege, si qs nō dicā. in fine quinte colūnę C. de epi. & cle. & cū bar. concordat etiā Bal. in l. si quis per calūniā. i prin. vbi oīno vide C de epi. & cler. qd habitus faciat præsumptionē, tenet ēt Bal. in l. directis. C. de manumissis testamento. Et ad istam materiā vide Ioan. And. in regula, cum quis. in mercurialibus. Et qualiter probetur virginitas vel non virginitas vide Abb. in c. proposuistis. de probationi. Et vide bonam glo. xxx. qō. v. quæ instruit patrē puellę, ad probandum virginitatem: vt in ca. hæc imago, quæ dicit, q si prima nocte reperta sint linteami

stationem. Cuius contrarium tibi dixi in l. lex Cornelia. §. si tamen. ſ. eo. Ratio, quare † citatio est facienda ad domum, in qua habitat: quia est verisimile, quod ibi sit familia, quæ ei referat. quæ ratio cessat in statione. sed hic siue conuicium fiat ei ī domo, siue ad stationem: eadem ratio est: quia non debet ei denunciari.

1 *Conuicium etiam quando nō fit certa personæ quod puniatur si apparet quod sit dictum de aliquo, licet non expriimeret.*

1 **Cui non sine.** †Nota q si conuicium nō fit certæ personæ, nō punitur. Contra: in lege, lex Cornelia. §. fi. ſ. eodem. Solu. Ibi in famoso libello: hic in cōuicio. Puto tamen q si apparet q diceret de aliquo, licet non expriimeret, vel diceret de aliquo, & intelligeret de alio, & hoc appareret, puniretur: vt dicta lege lex Cornelia. §. fi. ſ. eod.

1 *Ex solo mandato effectu non secuto in leuioribus: quis non tenetur: secus in grauioribus.*

a **Si curauerit quis.** [a] No. q ex †solo mandato, nō secuto effectu, quis non tenetur. Quod est verū in leuioribus: secus in grauioribus vt l. j. j. de extraordi. crimi. Dixi in l. non solū. §. si mandato meo. ſ. eo. Vltimo vide gl. quæ inci. non sufficit. ibi l. iij. §. sufficit. sed ibi in quasi contractu: hicī delicto. Item ibi. j. tit. j. l. j. sed hic in delicto leui: ibi in atroci, vt ſ. dixi.

1 *An uerberans clericum in habitu laicali, sit excommunicatus: quod non.*

b **Si quis uirgines.** [b] Talis quis esse præsumitur, in quali habitu reperitur. h. d. Facit ista lex, † q ille qui verberat clericum, [c] quē credit laicum, quia vadit in habitu laicali, qd nō tenetur: vt no. in l. si ignorās. ſ. loc. & est tex. qui allegat hanc legem, extra de sen. excom. c. in audientia.

Aliud est. Nota tex. ibi: assidua et enim frequentia, &c.

Hoc edictum. Nota tex. ibi: ea enim quæ notabiliter, &c.

1 *Propositio libelli, in quo continetur delictum alicuius est infamare.*

1 **Si quis libello.** † Nota q quando tu proponis libellū cōtra aliquem, in quo continetur delictum alicuius: propositio libelli est infamare eum. Tene menti.

Idem ait. Nota q iniuria quę fit officiali vt officiali, pōt vindicari per seipsum. Tetigi in l. lex Cornelia. in prin. ſ. eodem vide ibi.

1 *Pro violentia ablatiua, vel turbatiua, competit actio iniuriarum: & in ea venit restitutio.*

d **Si quis bona.** Not. † q pro violē tia [d] ablatiua et etiā turbatiua, pōt agi actione iniuriarū. Ita etiā vidistis in l. iniuriarum. §. si quis. ſ. eo. Item aduerte cū ista iniuria, de qua loquitur hic, habeat causam manentem: cum semper detinens rem meā, mihi facit iniuriam: venit in actione iniuriarum restitutio rei, per quādam consequentiam: quia debet ab iniuria desistere: sicut in interdicto retinēdæ possessionis, per quandā consequētiam venit restitutio: vt no. in l. clā possidere. §. qui ad nundinas. & l. naturaliter. §. nihil ſ. de acq. possessio. & not. per Innocen. extra, de sen. excom. c. contingit.

1 *Verbum, video, potest referri ad oculum intellectus,*
2 *Et an iudex de omni iniuria inquirere possit: quod sic.*

1 e **Si quis sic fecit.** † Not. verbū, video, [e] referri ad oculū intellectus. sic l. si mihi & Titio. de leg. ij. & l. videamus. in princ. supra de vsur. l. videamus. supra de in lit. iurand. cum si. & ſ. de acq. pos. l. antepen. circa fi. Item no. distinctionem huius §. aut quis verberatur in iniuriam domini, aut in iniuriā propriā.
2 Item allegant quidam hunc §. † quod iudex potest de omni iniuria inquirere per officium suum: vt hic, & ibi: multa à prætore relinqui, &c. infra. §. proxi. & dicitur ibi, inuicem debere inquirere. Tu dic circa hoc, vt dixi in lege secunda. §. si publico. j. de adulte.

1 *An in actione iniuriarum habeatur ratio damni.*

Si quis seruo. Oppo. & videtur q in actione iniuriarū habeatur ratio dāni: vt l. qui seruum. ſ. de actio. & obliga. Solutio. Ista intelligitur secundū illam. Item opp. de l. si colonus. ſ. arbo. fur. cæ. Solue vt ibi. Item oppon. de l. dominiū. C. e. Sol. Dicunt quidam, q ibi loquitur in actiōe legis Aquil. hic iniuriarū. & sic est simplex ratio. Alij dicūt, q loqtur ibi in actione iniuriarum, in qua damnum venit secundario. Quod glo. reprehēdit: quia tunc agendo vna, repelleretur alia.
1 Mihi videtur, † q in actiōe iniuriarum habeatur ratio dāni: tamen diuersimode quā in actione legis Aquil. Nam si iniuria habet actum manentem, habetur ratio damni, q alias non potest desisti ab iniuria: vt dixi ſ. §. si quis sic fecit iniuriam. Item si nō habet causam manentem, potest haberi ratio damni, per quandam cōsequentiam, cū hæc actio detur ad æstimationem iniuriæ, hoc est, ad id, pro quanto quis nollet esse passus talem iniuriam: in hoc potest considerari damnum. videlicet intrinsecum: vt debilitatio serui, & expensæ factę in curando seruum: sed in actione legis Aquil. venit etiam plus: quia veniunt damna extrinseca vt si hereditatem amisit: vt l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ſ. ad legem Aquil. & supra de condi. furti. l. si condicatur. ideo licet sit sit actum actione iniuriarum, potest agi lege aquilia in eo quod plus est. & si est actum lege Aquilia, potest agi iniuriarum in id quod plus est: vt l. qui seruum. ſ. de actio. & obliga. vbi est casus.
f Vltimo glo. oppo. [f] de l. illud. de acqui. hære. vbi eligendo vnum ius, videtur alij renunciare. Solutio. Ibi sunt iura prorsus contraria. hic diuersa.

Item si liberum. Quero, qd si fuit facta iniuria p curatori, vel gestori negotiorum meorum, vel familiari meo libero: an competat actio iniuriarū? Rossre. tangit hoc in libellis suis. Cyn. tangit in l. si non conuicij. in iij. quęstione. C. eodem & Innocen. in capi. dilecti. extra de appella. & in capi. contingit. extra, de senten. excommu.

Si seruum. Opponi. Insti. eo. §. si communi. Gloss. ponit plures solu. vera est. Aut fit ad suggillationē dominorum: & loquitur lex contraria. Aut non fit ad suggillationem dominorum: & loquitur hic. Facit ad id quod dicam in lege tertia. §. si plures. infra de sepulc. viola.

na sanguinolenta: probatur virgo: vt ibi. & alia ratio in verſi. sequenti: quæ dicit si non fuerint reperta sanguinolenta, nō præsumit virgo. Dic vt ibi &c.

d ¶ Nota quod pro violentia, An autē pro violentia turbatiua, & ablatiua agi possit iniuriarum, vide in l. qui pendentem. ſ. de actionibus empt. & nota q ex vi expulsiua potest agi iniuriarum, vt ī l. vulgaris. in 5. qui furti. j. de furtis. & nota. Bald. in lege, si quis ad se. in secūdo notabili. C. ad legē Iuliam de vi. vbi videas ea quæ dicta sunt.

e ¶ Verbum, video. Facit ad no. per Bar to. in simili, de teste, in l. j. in princip. de no. ope. nun.

f ¶ Vltimo gloss. oppon. adde quod not. Bald. in l. j. in fin. supra eod. in 5. idem si liberum. & quod in iuria facta familo, vel pastori, intelligatur facta domino, tenet gl. & Bald. in l. si quis homicidij. C. de accu. Quid autem de iniuria facta socio itineris, Bald. in l. quoniā. C. de testib. videtur velle, q socius possit agere si ī iuriam reuocauit ad alium. alle. hanc l. & no. bar. in l. iij. §. si tutor. de suspect. tutoribus supra.

1 *Ille qui fieri facit, an teneatur lege Cornelia, vel prætoria.*
2 *Mandans delictum, facto secuto an dicatur ipse vere facere, vel interpretatiuè.*
3 *Statutum quod producens actionem contra instrumentū, & non probans, puniatur, comprehendit dominum producentem per procuratorem, & non probantem.*
4 *Canonistæ considerant magis animum, quam effectum.*
5 *Delictum mandantis, & facientis, an sit idem numero.*
6 *Mandans fieri delictum, an teneatur vt principalis: vel vt præstans opem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

17

Sed & si unius.

Seruus meus. Oppo. dicit hic in fi. q agitur de damno dato. contrà: in actione iniuriarum nō venit damni æstimatio: vt l. item apud Labeonem. §. si quis seruo. s. eo. Sol. Intellige hic in fi. q agitur lege
1 Aquil. †Vltimò scias q quidā dicūt, q hic est casus cōtra glo. quam habuistis in l. nō solum. in prin. s. eod. vbi dicit, q ille qui fieri facit, nō tenetur Cornelia, sed tenetur prætoria, quod videtur contra hanc legē in eo quod dicit, q agitur inquantū iudici videbitur: & sic ex lege Cornel. vt l. constitutionibus. in fi. j. eo. Si enim agerēt prætoria, ageretur in quantū pars æstimaret: vt not. in l. iniuriarū. j. e. Veritas est q hic agit̄ prætoria. qđ apparet: quia hic agit dominus nō iniuriā passus in se: vt l. lex. Corne. §. illud. s. eo. Ad id quod dicitur, q tūc deberet agi in quantū pars æstimaret: dicam j. e. l. iniu-
2 riarum. †Quæro circa hanc legē vtrū ille qui mandat aliquid fieri: secuto facto, dicat̄ ipse verè facere: vel dicat̄ facere interpretatiuè. Videt̄ q verè faciat: sicut ille, qui aliquē percutit cū pila, vel sagitta: et verè pcutit: vt l. itē Mela. in prin. s. ad l. Aquil. qđ apparet, quia tenet̄ directa legis Aquil. vt ibi. ita eadē ratione ille q te per illū pcutit, verè pcutit. pro hoc videt̄ tex. s. de vi & vi arma. l. j. §. qđ ergo. ibi: cæterū si iussit, ipse vi deiecit, &c. licet gl. videat̄ illū tex. destruere. pro hoc s. de ma. vin. l. pater. in fi. ibi: cæterū ipse manumisit. Pro hoc in l. si quis id qđ circa fin. s. de iuris. om. iu. expressè extra de sen. exc. c. mulieres. in cōtrariū facit s. de vi & vi ar. l. j. §. deiecisse. ibi: facere videt̄. & l. si pater. s. de his q in frau. cre. et ibi no. expssum s. ad le. Aquil. l. itē si obstetrix. in prin. §. j. vbi ille, qui per aliū facit, nō dicit̄ facere: sed dicit̄ causam præbere qđ dicemus. Istam materiā aliàs tetigi in repe. l. si is qui pro emptore. s. de vsucap. in qōne illa de fictione trāslatiua de psona ad personā. Modo tn̄ latius & intelligibilius dico: quidam sunt actus, qui nō possunt expediri p instrumentū separatū ab ipso corpore, vt adulteriū: tūc quia per aliū facit, ipse verè nō facit. & hoc voluit dicere gl. in d. l. j. §. quoties. s. de vi & vi arma. C. de cad. tol. l. j. §. ne autē. interpretatiuè bene pōt cōmitti per alium: vt ibi dixi. Idē dico in falso testimonio: cū enim requirat actū personæ testificātis, nō pōt propriè cōmitti per aliū, eadē ratione. Quædā sunt facta, q possunt explicari per instrm separatū à corpore: vt pcussio homicidiū, & simi. quæ possunt perpetrari sagitta, vel lapide emisso. Et hic aduerte: qnq; illud instrm, quo mediāte talis actus perpetrat̄, agit de necessitate, nec pōt nō agere: & tūc qui fecit mediāte tali instrō, verè facit. Ita loquit̄ l. itē Nela. in prin. s. ad le. aql. Qnq; illud instrumentū, quo mediāte per-
a petrat̄ actus, agit in virtute [a] libertatis suę: vt si mādo homini habēti intellectū, percutias, vel occidas talem: tūc ille liber occidit: meritò ipse verè facit: sed ego qui mando, dicor præbere causam: quia mandatum meum non est causa necessaria illius actus. Ita loquitur d. l. item si obstetrix. & multæ aliæ leges. s. ad legē Aquil. Modò ad propositū, quādo ego mando tibi aliqd quod e est post susceptum mandatū: tu habes necesse facere necessitate ciuili, quia es obligatus ad hoc: vt puta, si mādat̄ tibi aliquid, quod est honestū: vt si dn̄s mandat seruo aliquid, quod nō cadit in graue delictū: & tunc ille vere facit, cuius mādato fit. Quādoq; instrumentū, quo mediante agitur, de
b necessitate agit, dico de necessitate ciuili.[b] Hic est casus in l. pater. in fi. s. de ma. vindi. & s. quod quisq; iur. in l. iij. §. si procur. Licet enim verba illius edicti loquant̄ in personā quod quisq; iuris statuerit, &c. tamen habent locū in eo qui impetrauit per procuratorē. Cum enim mandatū de impetrādo sit licitum, ille procurator de necessita-
c te[c] impetrauit: & sic dn̄s vere impetrauit. & est casus s. de administra. tu. l. ita autē. §.
3 gessisse. Per hoc dicebā † in quæstione de facto. Assisij statutū dicebat, si quis produxit exceptionem aliquā cōtra instrumentū confessionatū, nec probauerit, puniatur in tantū. modo quidā produxit exceptionem contra instrumentū per procuratorē habētem mandatū ad hoc, nec probauit: dico q
d ex verbis statuti dn̄s punit̄:[d] quia vere dominus produxit: quia procurator tanq; instrumentū hoc fecit de necessitate, s. ciuili. Nec tunc debet inspici: vtrū verba statuti loquantur in personam vel in rē. Sed si mādatum non esset licitum: & ideo ille p quē qs fecit, nō fecit hoc de necessitate naturę: quia liberū habet arbitriū: nec ex necessitate legali: quia rei turpis nullum est mandatū: tunc ille, qui mandat, non facit vere, sed interpretatiue. Ita loquitur l. j. §. deiecisse. de de vi & vi arma. & s. de his quæ in frau. credi. l. si pater. & d. l. item si obstetrix. s. ad legē Aquil. & omnes leges quæ hoc dicunt, debent intelligi secundum modum prædictum. Non obstat. c. mulieres. extra, de sen.
4 excō. vbi dicit, † q vere facit. Dicunt quidā Canonistę, vere facit, scilicet quantū ad peccatum. Vult dicere, quia Canonistę magis considerant animū q; actū: sed nos magis actū quā animū: vt no. per Dy. in c. peccatū. extra. de reg. iur. lib. vj. & ideo quantū ad peccatū mortale, in foro cōscientiæ. ille vere facit: quia consistit in animo. sed respectu actus, quem nos inspicimus vere non
5 facit. Quæro, vtrum[e] mandantis, & fa-
e cientis, sit idem delictū numero. Istā quæstionē consuluit Dynus, & determinat q sic. Cy. refert in l. non ideo minus. C. de accusa. per l. j. C. si re. vel accu. ꝑmor. fue. Mihi videt̄ dicendū, q ista q. pōt cōsiderari primo sic: vtrū sit idē delictū: hoc est vtrū ex eodem delicto teneatur mādans & faciēs. & dico faciens immediate, fieri faciēs propter mandatū: vt dixi s. eo. l. non solum. §. si mandato. Secundo modo potest intelligi, vtrū sit idem delictum numero, hoc est, vtrum sit eadem obligatio. Et ad hoc respondeo q non. Nā tot sunt obligationes, quot sunt personę delinquentiū: vt l. si plures. j. eo. & l. si quis id quod. § fi. cū l. seq. s. de iuris. om. iudi. cū si. Tertio pōt intelligi, vtrū sit idē delictū: hoc est, vtrū eadē accusatiōe, vel actione puniat̄. Et hic est aduertēdū: aut loquit̄ in casibus in qbus ille: q mādat fieri vere facit: & tūc sine dubio eadē lege punit̄, nō attēto, vtrū verba sint scripta i rē, vel in psonā loqmur in casibus, in qbus ille, q mādat fieri nō facit vere: & tūc distingue: aut verba sunt scripta in rē, aut in personā, vt l. hęc verba. de adul. & l. v. ī fi. s. qđ vi aut clam.

a ¶Agit in virtute. Vide quod no. Bar. in l. si gemina. s. arb. fu. cæsa. ibi: quæro quid.

b ¶Necessitate ciuili. Not. ad tit. s. ad legē Aquil. & vide hic q no. per Ang. & qđ not. Bart. in l. j. §. diuus. de sica.

c ¶De necessitate. Adde not. p Bar. in l. iij. §. si procurator. quod qsq; iur. & in l. si is qui p emptore. in xiij. col. s. de vsuca. & Bal. in l. j. in vlti. col. C. de sentē. & Bald. in d. l. iij. §. si procurator. qđ qsq; iur. & Bald. in l. non ideo minus. C. de accusa. in vij. quæst. vide omnino Bar. in l. diuus. §. scribere. de fal. & vide Bal. in l. si familia. in aliqbus lectu. s. de iurisdict. omnium iudi. Ang. hic, & Bal. in d. l. iij. §. si procurator. & ibi Ang. & Pau. de Cast. & dicit Bald. per illū tex. in auth. eo decursum. C. de do. ante nup. q illud dicitur fieri in persona mea, qđ fit meo nomine.

d ¶Dominus punit̄. Limita tamen hoc esse verum, nisi lex vel statutū diceret, quicunq; per se, seu personaliter opposuerit, &c. quia tunc non cōprehenditur faciens per aliū. Gl. est nota. in cle. j. in versicu. publice. de vi. & ho. cle. & no. Bald. in c. j. §. si quis decesserit. in tit. li de feu. sue. cōtro. inter. do. & agna. & Bal. in capi. j. in fin. prin. in titu. quibus mo. feu. ami. & in cap. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. & per Bart. in l. per hanc. C. de ero. mili. an. lib. xij bene facit tex. in l. j. §. ne autem. in versic. suis manibus. C. de cadu. tol. Pro hoc facit quod notat Io. and. in ca. sicut dignū. de homi. vbi dicit, q si statutum punit homicidiū factum manibus suis, non punitur mandans, bene facit tex. de pœ. dist. j. cap. periculose. Et dicit Bar. in l. quemadmodū. C. de agri. & censi. lib. xj. quod statuta punientia facientem delictū, habent locum in mandante vigore extensionis, ne delictum remaneat impunitū. Adde quod stante statuto, quod homicida decapitetur, ita qđ statim moriatur, quod mādās nō decapitabit̄. Idē cōsuluit Bal. cōs. iij. iij. lib. Mediolani, vbi est tale statutum.

e ¶Quæro. vtrū. vid. text. in d. l. certe. §. j. de preca. per Ange. clare in trac. maleficiorum. & gl. in versi. Semproniū mandatorē. & vide j. de adul. in l. hæc verba. & adde quæ dixi in l. nō solū. in §. si mandato. qa hic debebā ponere. s. eodē. Sed quæro pone accuso te q me a possessiōe deiecisti: & ī veritate eiici fecisti: an sufficiat? Dicit Inno. q nō. q est verū: si dicō q per te fecisti: secus si simpliciter secundū Ioā. Mo. qui ita no. in c. qui p aliū de regulis iuris libr. vj. vbi omnino videas. & vide oīno Bal. in c. j. §. iniuria. in fi. de pa. iur. fir. & vide Bal. de pa. Cōstan. in ver. opizoni. & adde not. per bal. in l. j. C. de ser. fu. & in auth. sed nouo iure. c. ti. & in l. qcūq. eo. ti. Vide Bal. in l. j. §. ne autem. C. de cadu. tol. & Bal. in l. si familia. s. de iurisd. omnium iudi. & no. in l. non eo minus. C. de procura. An autem statutum cōcedens pacem fieri percussori. verificetur in mandante, vide no. per Bald. in l. transigere. in fin. C. de transactio. Istis etiam adde quod nota. Bal. in l. accusationes. q mer. cau. Pro cuius intellectu vide etiā Bal. in c. j. ti. § si vero. de pa. iur. fir. & Lud in l. si qs ī graui. §. si maritus. s. ad Sylla. & Cyn. in l. ij. circa vlti. qō. C. vnde vi. & dixi post Barto. in l. cum fundus. de vi & vi arma. & Barto. in l. vt vim. de iusti. & iure vide Bald. in l. ad officium. in fin. C. communi diuid. Et vide Bald. in authen habita. in vij. colū. C. ne ne fi. pro parte. p tex. in l. qđ sæpe. §. si qs animo. de contrahē. emp. & vide in l. Gracchus. C. de adulte. & ibi Bald. Ad materiam vide Barto. in l. verum. s. de parricid. & Bal. in fin. in princip. C. si a non cōp. iudice. & Bald. in l. perēptorias. in v. col. C. senten. rescindi non pos.

Universidad de Deusto Biblioteca

clam. & §. de acqui. heredi. l. si seruum. §. amouere. Quæro, vtrũ
6 † ille, qui mãdat fieri, teneatur vt principalis, vel vt præstãs opẽ. Hanc quæstionem tangit Cy. in l. non ideo minus. C. de accusa. finaliter nil est dictũ. Nam faciens est principalis: mandans tenetur vt mandans: præstans opem tenetur vt præstans opem. Et omnia ista sunt distincta, & separata: vt dixi tibi in l. non solum. §. si mandato. §. eo. Et aduerte: quia obligationes quibus isti tenẽtur, quælibet per se est principalis: nec obligatio accedit obligationi: licet factum accedat facto. Quod dic vt l. qui seruo. §. j. §. de fur. Sed quid de eo qui præstat opem: an videatur vere facere? Dic vt dixi in l. is qui opem. §. de furtis.

Quidam iniuriæ. Nota ꝙ inspicimus personam facientis iniuriam.

Cum seruus. Oppo. ꝙ quãtitas sola sit in obligatiõe: noxę deditio sit in solutione: vt §. de re iudica. l. miles. §. decem. ergo non est in potestate domini eum tradere verberandum, Solu. Dicit glo. hoc est verũ actore postulante. Alibi habet gl. quæ indistincte tenet, quod in qualibet actione noxali sit in potestate domini tradere seruum verberandum, vt liberetur à noxæ deditione. Ita §. de mino. l. quod si minor. §. si seruus. Sed Azo in summa. C. eo. ti. dicit, & melius, ꝙ in qualibet actione noxali, quæ prosequitur vindictam, dominus habet eã potestatem, de qua hic dicitur: scilicet eũ tradere verberandũ vel dare eum pro noxa. Et hoc vult iste tex. dum dicit: sed & in arbitrio domini &c. Si enim requireretur, ꝙ actor hoc peteret, non esset in domini arbitrio. In alijs vero noxalibus actionibus, quæ non prosequuntur vindictam, sed rẽ familiarem, nõ habet dominus illam potestatẽ: sed debet soluere, vel dare pro noxa. vt d. l. si miles. §. decẽ. §. de re iudi. & sic glo. quæ est in d. l. quod si minor. §. si seruus, nõ bene dicit. Habes ergo notare inter actiones, quæ dantur ex facto serui noxaliter ad vindictã, & aliã noxalẽ duas differentias. Prima est illa, de qua modo dixi, Secunda differentia est: quia in alijs noxalibus absente domino peruenitur ad primum, & secundũ decretũ: vt d. l. ij. §. j. §. si ex noxa. cau. aga. In ea vero, quę prosequitur vindictam absente domino peruenitur ad diffinitiuam sententiã: vt l. sed est quæstionis. §. si atrocem. supra eodem.

1 *Iudex vir bonus dicitur, & an valeat cõsuetudo Pisana quod offendens ponat se in manibus offensi: & an si offensus excedat modũ in vindicãdo, possit puniri.*

2 **Prætor ait.** [a] Nota quod iudex dicitur bonus vir: vt hic, & l. continuus. §. cũ ita. §. de verb. obli. & no.
1 in l. societatẽ. §. arbitrorũ. §. pro socio. & est iste §. in argu. † Consuetudo est Pisis. ꝙ ille, qui facit alicui iniuriã, ponat se in manibus iniuriati, vt de eo sumat vindictã, etiã in personam: quæ consuetudo, licet non valeat de iure, vt l. j. §. vsq; adeo. §. eodẽ. tamen posito ꝙ valeat, si ille excedit modum in vindicando, potest puniri: quia arbitrio boni viri debet hoc facere: argu. huius textus.

b **Si ante iudicem.** [b] Format Dy. talẽ quæstionem hic: Fecisti mihi furtũ, demũ posuisti te in manibus meis, & mihi rem restituisti: an per hoc tollatur actio furti in duplum, vel quadruplum. Certe nõ, vt l. qui ea mente. §. de furtis. Nec obstat lex ista: quia hęc actio prosequitur vindictam. illa prosequitur rem familiarem.

1 *Furiosus loco absentis habetur. & remittitur.*
2 *Pater potest remittere iniuriam factam filio.*
3 *Pater vilis non potest iniuriam factam filio remittere.*
4 *Pater vilis: nõ potest filio substituere pupillariter.*
5 *Quando iudicium transfertur de persona patris in filium, super eadem instantia procedatur.*
6 *Actio quod competat patri pro iniuria facta filio emancipato.*

1 **Filio familias.** † In primo dicto habes quod furiosus habetur loco absentis: cõtra. §. de procu. l. ij. §. j. Sol. vt ibi, & l. ij. §. voluntatem. §. sol. matri. Venio ad
2 ver. plane. Nota ex isto ver. † quod pater potest remittere [c] iniu
c riã factam filio. Quod nota propter statuta huius ciuitatis quæ minuunt pœnã propter pacem seu concordiã. Oppo. quod pater non possit remittere in præiudiciũ filij: vt l. j. C. de bo. mater. Solu. Ibi ideo quia magis videtur iniuriam pati pater quã filius: vt l. isti quidem. §. quod met. cau. Item opponi. §. de inofficio. testa. l. Papinianus. in princi. Solu. Ibi erat iniuria soli filio, quæ nõ

a ✠ POMATES. ¶ Prætor ait. Bar. in ver. finaũt. dicit nõ alibi vẽ. p bari ꝙ q nõ põt soluere, iuar in corpus: si postea veniat ad pmguiorẽ sortunã, non tenetur soluere. Facit gl. no. in c. sicut dignũ. de homi. & vide glo. no. in l. fi. de arbi.

b ¶ Si ante iudicẽ. No. mirabilẽ tex. ꝙ istigãs iudicẽ vt iniuriãtẽ sibi torqueat, ex hoc vẽ remisisse ĩ iuriã: facit l. interdũ. §. q iurẽ. §. de fur. & vid bal. & doc. in l. ab hostibus. §. j. §. sol. matri.

transibat ad patrem: ideo per patrem non potest remitti. & vide circa hunc §. quod nota. per glo. §. de pact. l. in personã. & per Inn. extra, de sentẽ. excom. c. non dubium.

d Venio ad vers.[d] interdum. † Nota quod
3 quando pater est vilis persona, non permittitur ei quod remittat iniuriam filij. per hoc ego dicebam in l. ij. §. de vulga. & pupilla. in materia substitutionis pupillaris, quãdo pater est vilis, non potest filio pupillariter substituere. Sicut enim ei aufertur administratio bonorũ filij in vita: ita in morte, vt hic, & l. fi. C. de senten. passis. Venio ad
4 ver. sed & si pater dicitur hic, † ꝙ transfertur iudicium de persona patris ad filium. Quæro, an super eadem instantia debeat procedi? Gloss. determinat ꝙ sic, l. tam ex contractibus. §. de iudi. & l. ij. §. videamus. de reivxo. actio. & bene dicit, per hunc tex. & l. sciendum. §. de actio. & oblig. Venio ad fi. glo. intelligit hunc tex. quando filius fuit emancipatus post iniuriam sibi factã.
5 Quæro, † quid[e] si iniuria erat facta à tem
e pore, quo erat emancipatus: vtrum ex tali iniuria competat actio iniuriarum patri? Gloss. videtur ꝙ sic Insti. eo. §. patitur. Cy. hoc tractat in l. si nõ conuicij. C. eo. in iiij. q.

1 *Procurator omnium bonorũ potest agere, licet in mãdato non sit dictum.*

f **Procuratorem.** [f] Nota tex. ꝙ curatorẽ autẽ,
1 &c. Nota † ꝙ procurator omnium bono
g rum potest agere[g] licet in mandato nõ sit dictum, ad agendum, & defendẽdum &c. vt hic, & l. iij. §. j. §. iudic. solu. Et de hoc est casus extra de procura. c. qui generaliter. li. vj. facit. §. de procurato. l. qui proprio. §. fi. & l. nam & nocere. §. de pact. & per Inno. extra, de fide iusso. c. fina. circa princip. magnæ. glo. De hoc in Spec. in tit. de procu. §. j. ver. item generaliter.

1 *Cum aduocatus est absturus, alius est quærendus, nõ danda dilatio.*

Quod autem. Tene menti. iVos scitis ꝙ propter absentiam aduocati datur dilatio parti: vt l. ait prætor. §. fina §. ex quib. cau. maio. Hoc autem intellige si aduocatus est
1 reuersurus de proximo: vt hic. Secus si † esset longo tempore abfuturus: tunc deberet sibi alium aduocatum quærere, argumen. huius text. Pro hoc §. de vaca. & excu. munc. l. penulti. §. fina. Demum no. tex. ibi: ad cuius inquit officium &c. & in ver. idẽ Iulianus. no. ibi: omnibus enim qui, &c.

1 *Proferens verba quæ Reipublicæ manifestari non expediunt, tenetur actione iniuriarum.*

h **Eum, qui nocente.**[h] Nota rationem huius text. Et per hoc dicunt docto. ꝙ si non expediret Reipublicæ talia quæ per iniuriam dicuntur manifestari, deberet proferens talia verba puniri. Verbi gratia: aliquis dixit

c ¶ Quero qd. Adde bal. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ĩ. ad Trebel.

f ¶ Procuratorẽ. Ad istũ tex. vide bal. ĩ l. reos. C de accu. ĩ xij. col. in q. an requiraẽ spãle mãdatũ ĩ crimi nalibus: vt ĩ l. seruũ. §. publice. ff. de ꝓcu.

g ¶ Põt agere. l. in ꝓuinciali. §. ego. de ope. no. nũ. & imo. in c. fi. extra d ꝓba. facit tex. ĩ l. cũ clericis. circa medium. C. de epi. & cleri.

✠ POMATES.

h ¶ Eũ q nocentẽ. Ad hæc vid d. Alexã. in l. iij. in ij. col. ĩ. de lib. & posthu. qui dicit opi. Barto. hic esse communem. & vid Ro. Cu. cõs. lxxxiij. c. ij. & Old. cons. lxij. & dominus Præpositus in c. figens. distin. lvj. & Paul. de Cas. ĩ procemio Codic. colũ. ij. & Fel. in cap. j. colũna fina. de exceptioni. & in capitulo dilecti filij. col. septima de excepti. & Romanus cõsilio xcvj. & seq. & vltimo cõsilio xliij. & ibi addita. Ad hoc vide Romanũ in lege finali ff. qd quisque iuris. vbi dicit, quod quando obijcitur alicui causa quod interest Rei publicæ fieri: & est verum quod si obijcitur in iudicio nunquam poterit agi actione iniuriarum. Allegat glossam in capi. si peccauerit. in secunda q. Quãdo vero

Universidad de Deusto Biblioteca

obijcitur extra iudicium dicit q si obijcit animo corrigēdi, q nō tenet. Alle.c.illa. xij.dist. Si vero non habet cām obijciendi: vt puta, quia hoc ex rixa post & tunc licet sit verū, tamen tenet actiōe iniuriarum: qa licet sit bonū, hoc tū est male dictum: sicut fuit bonū Christū occidi, tū fuit male factū. & vide ad hoc Ang. in l. vestē. j. eo. & Alb. in ij. pte statutorū. inci. itē statuto, &c. & qui dixerat verba iniuriosa, &c. & vide tex. in c. cū te. de re iud. vbi p minima re agit actiōe iniuriarū. An autem puocatus, q dixit, iniuriarū teneatur, tex. in d. l. fi. ff. quod quisq; iur. videt facere q nō. & ita tenet Spe. tit. de acc. §. j. versi. sed quid si te vocaui latronem. & ibi Ioā. and. in addi. magna: sed Abb. in ca. j. extra eo. q imo prouocatus teneat: sed q mitius puniat. Et vid ad hoc Ang. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & Bal. in repe. l. j. C. vnde vi. & vide plura in materia i l. turpia. ff. de le. j. in j. dicto. Abb. in d. c. olim. j. de rest. spol. q. ille q occidit aggressorē puocantē, etiā si fugere poterat nō debet puniri vt dolosus pœna homicidij: sed mitius, vt culpabilis. Et vide Bal. in d. l. si nō cōuicij. & Anch. cōs. ccxxv. & vide etiā Ro. i l. cū mulier. ff. sol. ma. & vide etiā Ang. in l. item apud Labeonē. §. qd' ait. s. e. & in l. iniuriarū. §. si qs. s. eo. & Feli. i d. c. cū te. ad fi. vtuo. vide ad hęc Soc. cōs. cxviij. col. iij. et seq.

¶ Eū qui nocētem. Vide de hoc p Cy. in l. iij. de li. et posth. & Hosti. in summa. de iniu. §. cōtra nos. & per Cano. in cap. accedens. de pur. cano. p Oldr. plane cōsil. liij. inci. cōsueuit dubitari. per Azo. in summa. C. de isa. & vide Bal. in j. cōstit. Codi. in prin. in iij. oppo. Et qn possit impune iniuria dici, vide remisiue p Alex. in l. fi. qd' qsque iur. Et qd si dico: tu es piurus, per Ang. in l. iij. de libe. & posth. & quę no. Bar. & Ange. in l. q oia. de pcu. s. & no. Gul. de Cu. & Pau. de ca. et Bal. et Ang. in l. fi. qd' qsq; iur. et Old. i d. cōsi. And. d Iser. i c. j. §. ptereа. q fue. pri. cā bnf. amit.

1 tibi: tu es cæcus, vel claudus: † tunc teneret actione iniuriarū: quia Reipublicæ nō interest. a Sed qd si dixit [a] alicui: tu fuisti mitratus pro falso: vel es spurius. Certè puto, q si est verum, non teneatur: quia interest Reipublicæ q infamia illius manifestetur, ne admittat ad testimoniū: item ne spurius admittatur ad dignitates, quarum non est capax. Circa hoc vide Cy. C. eo. l. si nō conuicij. in viij. quæstione.

b **Si iniuria.** [b] Quando iniuria cōfertur in aliquē principaliter, inspicitur potius veritas, quā opinio. at cùm infertur in aliquem per consequentiā, inspicitur potius opinio quàm veritas. h. d.

Oppo. j. proxi. §. Sol. habetis in summario. Item opp. de l. illud. §. fina. s. eo. Solu. Ibi non habebat animum inferendi iniuriā alicui: hic sic. Item oppo. s. ex quib. cau. in possess. eatur. l. Fulcinius. §. quod si aduersus. Glos. non soluit. ibi latitatio non erat fraudulosa, cōtra illas personas, quas fraudare nolebat: sed hic erat animus iniuriādi contra eum, qui fecit iniuriam. Item opponi. C. de hæredi. instit. l. si pater. Glossa non solu. Tu dic: licet ibi testator errauerit, hæres institutus nullum passus est damnū: vnde contra testatoris propositū agere nō potest. Hic verò, licet inferens iniuriam errauerit, tamen iniuriatus passus est damnū & iniuriā: & ideo agit, ne alterius error sit sibi damnosus. Item opponitur d. l. si per errorem. s. de iurisdi. om. iudi. Sol. glo. ibi loquitur in actu, in quo requiritur consensus duorum: hic non. Venio ad §. cū aliquis. Et oppon. de l. item apud Labeonem. §. interdum. s. eo. dicit glo. aliud in seruo, vt ibi: aliud in filio, vt hic. Nam in seruo requirit quòd quis sciat cuius seruus sit. quod est verum si dominus vult agere tanquā sibi sit facta iniuria. Et est ratio: quia ad hoc vt cōpetat domino actio suo nomine, oportet q ad iniuriam domini seruus sit pulsatus: vt s. e. l. item apud Labeonem. §. si quis sic fecit. sed si iniuria fiat filio vel vxori, etiam si non fiat ad iniuriam patris vel viri: patri & viro cōpetit actio suo nomine.

1 *Tempus illatæ iniuriæ debet in libello inseri.*
2 *Æstimatio iniuriæ qualiter fiat, ubi q p iuramētū actoris.*
3 *Actor, qui agit iniuriarum, an debeat se referre ad damnum an ad lucrum.*
4 *Certa quantitas, an debeat exprimi in libello iniuriarum.*

21

INiuriarum. Facit hæc lex ad ea q̄ dixi in l. j. infra, de pœn. Item facit 1 † quòd in libello debeat inseri tempus factæ iniuriæ. Dixi de hoc in l. prætor edixit. in princip. s. eodem. 2 † Quæro qualiter fiet ista æstimatio iniuriæ? Glos. dicit, q aut agitur prætoria: & fit æstimatio per iuramentum actoris. Aut agitur lege Cornelia: & fit æstimatio officio iudicis: vt l. constitutionibus. §. fina. j. eodem. Istam opi. tenet gl. in l. lex Cornelia. in prin. s. eo. & Insti. eo. §. pœna. Idem tenet Roffre. & Cy. in l. si nō conuicij. C. eo. in x. q. Contra hoc videtur expressē s. e. l. sed & si vnius. §. seruus meus. vbi agitur prætoria: & tamē æstimat iudicis officio. Sol. illi, qui volunt sustinere hanc opi. dicunt, q in prætorijs æstimatur iniuria per iuramentū actoris, taxatū tamē per iudicē: sicut diximus in iuramēto in litem vt l. videamus. circa finē. s. de in lit. iur. Azo in summa tamē huius ti. videtur dicere q idē sit in prætoria, q in ciuili. & istam opi. putarē veriorē de iure per d. l. sed & si vnius. §. seruus meus. & per l. itē apud La- c beonē. §. q ait prætor. Secundo quæro, [c] re- 3 tenta illa opinione † q æstimetur iniuria p iuramentū actoris: vtrū actor debeat se referre ad dānū: hoc ē, q dicat, potius voluissem esse passus tantū dānum, q̄ pati tantā iniuriam. vel debet se referre ad lucrū: vt dicat, noluissem esse lucratus tantū: & pati tā tam iniuriā. Quidam dicunt, q non debet referre se ad lucrū: per. l. si sterilis. §. cū per venditorem. de act. emp. sed nō obstat. Cū enim hic agatur propter maleficium, habetur ratio cuiuscunq; interesse etiam extrin- 4 seci. vnde teneas gl. † Tertio quæro, vtrum certa quantitas debeat exprimi in libello, cam agatur iniuriarum. Quidam dicūt q sic: per istum tex. cum glo. Sed gl. habuistis contrariā. s. eod. l. prętor edixit. §. j. in gl. super ver. sarciatur. Bræuiter puto sic dicendum: Eo casu quo debet fieri æstimatio per iudicē, non debet poni certa quantitas in libello: quia pars nō debet ponere pro certo illud q nō est in ea: sed si æstimatio debet fieri ab ipsa parte, tūc in libello debet poni certa quātitas: vt l. vbi autē. §. qui illud aut illud. s. de verborum obligatio. & l. j. §. quia autē. s. quorum lega. Vltimo vide glo. quæ incip. alias actio, ibi. s. mandati. sed ibi actio datur ad interesse: quo variato, variatur actio. hic vero agitur ad vindictam, quę nō variatur ex varietate personæ. Item ibi. §. diui. fratres. sed ibi ex augmētatione rei crescit æstimatio futura: sed hic ex augmentatione dignitatis non crescit æstimatio iniuriæ iam factæ.

1 *In, ponitur pro iuxta, causa euitādæ contrarietatis.*
2 *Testes, quorū vnus dicit factum in ostio, alius iuxta ostiū, probant.*

27

d **SI statuta.** [d] Oppon. j. de sep. vio. l. iij. Solu. Ibi erat in monumento: hic iuxta monumentum. & sic ponitur in, pro iuxta. Et 1 sic nota † q cā euitandæ cōtrarietatis in, ponit pro iuxta. & ideo facit ad concordiā te- 2 stium, quorū vnus dixit: hoc † fuit in ostio alius dixit iuxta ostium. De hoc dixi in l. Gallus. §. ille casus. s. de liberis & posthu.

1 *An actio iniuriarum posit cedi.*
2 *Et an quod non est transmissibile, sit cessibile.*

28

INiuriarum. Opponitur quod sic in bonis nostris: quia eā excercemus per procuratorem supra eodem. lege sed si vnius. §. idem ait & si nepoti. Solu. quantum ad transmisionem non est in bonis 1 nostris: quantum ad alia sic. & † sic actio iniuriarum potest cedi: vt hic not. & not. e in l. [e] si nomen. supra de hæred. vel actio. vendi. & lege vltima. C. de hęred. vel actio. vendi. per glossam & etiam ibi Cy. tangit. 2 Sed oppon. illud † quod non est transmissibile, non est cessibile: vt lege ex pluribus. supra de administratione tutorum. sed actio iniuriarum non est transmissibilis: ergo non est cessibilis. Solu. lex contraria loquitur in eo, quod non est transmissibile simpliciter: sed hic loquitur in eo, quod sit transmissibile per contestationem.

Nec

Cy. & Pe. & alios i in l. si nō cōuicij. C. eo. gl. ij. q. j. i primis. p Abb. & alios in c. cū te. de re iud. adde post cōs. Old. Pe. & Anc. cōs. ccxxvj. & & Ro. cons. cxvj.

POMATES.

a ¶ Si dixit. Add Cy. Pe. & Sali. & alios i l. si nō cōuicij. C. de iniu. Glo. in c. ij. q. j. Io. And. in Spec. de iniur. post prin. Sali. in d. l. si nō cōuicij. d. Abb. & ibi dixi i c. cū te. de re iud. Lud. Ro. in cōs. xciiij. do. Pe. in c. ij de or. cog. vbi all. Ol. i c. Quintaualis. de iureiur. Ol. i cōs. liij. Ost. ic. ij. de renū. Gul. bal. & Ang. in l. fi. ff. q qsq; iur. Ioā. and. in addi. Spe. tit. de iniur.

b ¶ Si iniu. vide no. p bal. in l. si qs nō dicā rapere. in j. col. C. de epi. & cle. & in l. diuus. j. de sica.

c ¶ Secūdo quero. Nā ca formā libellādi in actione iniuriarū, vide Sal. i l. si nō cōuicij. C. e. Et qd i partialibus iniustis seminiuriātibus, nūqd teneātur ad restitutionem dānorū, & æstimatiōis iniuriæ: dic q sic: vt extra, de iniu. in c. vl. p Imo. & bal. in c. j. §. iniuria. d pac. iu. fir. & de libello, vid Spe. i ti. de iniu. § iniuria. no. Inst. d iniu. in princi. Et ad dictū Bald. vide qd scripsi post bar. i. l. j. & ij. de incē. rui. nau. & d. Cy. in l. si non cōuicij. C. e. q dicit, q debet dici i libello q verba plataseruit aīo iniuriandi. Ang. dicit q etiā sine illo valet, si non opponat. l. fi. C. dāna. exce. Pro quo facit q no. bar. in l. cū exēplū. C. de sal. & dixi in l. j. si qs test. esse iuss. fue. & ad formā huius libelli add Bal. i l. ij. in fi. de sen. quæ si. cer. q̄. & ibi Sal. & p Sal. i l. actore. C. eo. p. Spe. in ti. de iniu. circa princ. Adde an in libello iniuriarū requirat locus & tempus, Alex. cōs. fi. ccx.

d ¶ Si statuta. Adde bar. in d. §. ille casus.

e ¶ Et no. in l. Nota p Cy. i l. fi. C. d hęre. vel ac. vēd. sed an p iniuria illata Abbati agat successor, vide bal. i l. fi. §. j. C d bo. quæ liber. vbi oīno vide bis. Vide gl. Insti. de actio. in princi. in ver. deberet. in ver. itē oppon. de l. iniuriarū. adde Ioā. And. in tit. de act. et peti. in §. iuxta. ver. vtrū agens. vbi ponit an actio iniuriarum posit cedi.

Universidad de Deusto

a ¶ Nec magistratibus. Hanc legē limita vt dixi in l. pars literarū. i. de iudic.

POMATES.

b ¶ Quidā sunt. adde doc. in c. lege. extra. de ma. & obe.

POMATES.

24 collegio, †an pereāt priuilegia ipsi' collegij? Rñ. qñ collegiū destruit per superiorē ppter illi' collegij defectū, tūc pereūt oīa ipsi' priuilegia: vt l. cū vsufru. §. q. mo. vsusfr. amit. Videt em pati maximā capitis diminutionē: & sic ei' iura in totū consumūtur: vt l. cognitionū. in fi. j. de var. & extraor. cog. Qñq; collegiū nō destruit, sed dispergit. verbi gratia: vniuersitas huius studij tēpore mortalitatis recessit totaliter: ita q nulla erat vniuersitas studij Perusij. Vel pone ppter aliū casum, vniuersitatē, vel collegiū recedere: isto casu priuilegia, & iura nō pereūt: imo ipsa iura dicunt retineri p illū locū, à quo denominabat vniuersitas. scđm opin. Moysi no. per glo. in l. sicut municipij. §. fi. quod cuiusq; vni. Facit ad prædicta quod not. per Innoc. extra de oper. noui nun. c. ij. de verbo. signi. c. Abbate. in vltima glo.

De popularibus actionibus. Rubrica.

1 *Actiones populares tendunt ad uindictam.*
2 *Populares dicuntur, quia cuilibet de populo competunt.*
3 *Pro pœna imponenda ex crimine priuato si pœna est pecuniaria, quilibet de populo admittitur: si corporalis, ille tantum, cuius interest.*
Accusatio, quæ oritur ex statuto imponente pœnam, quòd dicitur priuata.
4 *Pœna cui applicetur, quando agitur actione populari, remissiue.*

1 †Gloss. quærit[g] vtrum actiones popu
g lares sint rei persecutoriæ, vel tendant ad vindictam. Dicit glo. q tendunt ad vin-
2 dictam, & bene. †Secundo quærit glo. quare dicūtur populares. Dicit glo. quia
3 cōpetūt cuilibet de populo. †Tertio q̄
h ro[h] vtrū pro pœna imponēda ex crimine

positus fuerit? Et dic quod sic. Casus est no. in l. j. §. fi. de bo. pos. quæ ex test. mi. q est not. & illū tex. allegat Ro. singul. vj. & ix.

a ¶Quæro super quibus. Quis aūt possit videre statuta eorū, & ea annullare, & si iniqua sunt collegia dissoluere, vide Bar. in l. sub prætextu. §. de extraor. crimi. & adde Bal. in l. j. C. de monopo. & Inn. in c. cum accessissent. & c. cū omnes. de cōstit. Et dixi post Bar. in l. fi. de iurisd. om. iudi. & requirūt talia statuta confirmationem superioris secūdum Bal. in d. l. fi. Et istis adde Bar. in l. omnes populi. in j. q. princi. ff. de iusti. & iure. & no. in authē. habita. C. ne fil. pro pa. i iij. col. sed q non reqrāt confirma. tenet Bal. in l. reperita. i ij. col.

b ¶Alius nō pficiat. Adde qđ no. Bar. in l. si quis a filio. §. fi. de lega. j. & Bal. et Cy. in l. necq;. C. de pcu.

c ¶Quæro qualiter. Adde Bar. in d. l. sicut. §. fin. qđ cuiusq; vni. nomine. Bal. plene in d. c. imperialis. de pa. Cōstā. in vsi. feu. And. Barba.

d ¶Quæro quid fiet. Adde Bar. in l. j. §. fi. §. de acquir. pos. & ibi ang. & do. Io. i d. l. sicut. §. fi. An. Bar.

d ¶Quæro quid fiet. Vide Bar. in l. sicut. i fi. qđ cuius. vni. nomine. Adde de exce. prælato. in c. dilecta. & doc. i l. j. §. fi. ff. de acqui. pos. Quid aūt si maior pars renunciat collegio, siue societati: an minor pars cōueniri possit q̄ remanet & possit vti suo signo consueto vniuersitatis seu societatis vide Bald. in l. fi. C. p socio.

e ¶Enim bona. An bona diuidantur p solidū & librā vide in lege iiij. §. actor. de re iudi. & in l. ij. C. de ann. & tri. lib. x. & in Spec. de cēsi. quē sequit Bald. in l. oībus. C. de vecti. et commis.

f ¶Quęro, destructo. Bene facit quod no. Bar. in l. j. §. fi. de acquirenda poss. adde qđ. no. Bart. & doc. in l. inter stipu. §. sacrā. de ver. ob. & Io. An. in c. priuile. de reg. iur. in vj. p Dy. in l. pater filiū. §. Tusculanus. de leg. iij. p Bald. in l. si grege. & ibi dixi post Imo. de leg. j. p Ang. in l. proponebat. de iud. per gl. in d. c. priuilegio. de reg. iur. in vj. Bal. de pace Cōstā. i verbo, nos. & in authē. habita. C. ne filius p pa. & in l. j. §. fi. qđ cuiusq; vni. no. & in l. seruitutes. §. si sublatū. & ibi Ang. i. de serui. vrb. pdi. & Bal. in l. vsusfructus citāti. q mo. vsusfru. amit. & Ang. in d. §. sacrā. & in l. q res. §. areā. de sol. Adde q dixi post Bar. in l. si qs filio. in §. fi. & quod ibi Bal. & Imo. in fi. verbis. de iniusto test. & §. de extraordi. cri. in l. stellionatus.

g ¶Glo. quærit. Vide qđ no. Bal. in l. pe. in vij. q. C. de exe. rei iudi. Qui autē dicant de populo, vide q scripsi post Bar. in l. in puinciali. §. fi. de ope. no. nū.

h ¶Tertio. Vide Bar. in l. fi. de deli. priua. tñ Bal. cōtra dicit i l. aduersus. C. de fur. & do. Io. i. de publ. iudi. l. j. vbi omnino vide. And. Barb.

h ¶Tertio quæro. Vtrum pro crimine priuato admittatur qui liber de populo ad accusandum, vide Imo. in l. j. titul. j. Et an quando pœna veniat applicanda fisco, quilibet admittatur, vide in rub. C. qui accus. in iij. col. & gl. & Bal. in l. fi. C. de litigio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

priuato admittat quilibet accuſator. Gl. dicit, aut agit ad imponēdā pœnā corporalē: & tūc nō admittitur[a] quilibet: ſed ille tantū admittitur cuius intereſt. Aut agitur ad pœnā pecuniariā: & tūc quilibet de populo admittet. Sed ſi plures veniūt admittitur idoneior. quod nota multum pro ſtatutis, quæ imponunt pro delictis pœnā pecuniariā, vt admittatur ad accuſandum[b] quilibet de populo. quod tenementi: ar. ad hoc l. qui ſepulchra. C. de ſepul. vio. Facit j. de iure fiſ. l. j. ibi: vel ab accuſatione receſſum, &c. cōiuncta l. iij. §. fi. ſ. de preua. Facit etiā d. l. j. j. de iure fiſ. ibi: vel aduerſus leges, &c. & ibi: vel rem litigioſam, &c. iuncta l. fi. de litig. & ibi p gl. quæ idē dicit, quod iſta lex, &c. Nec obſtat quod no. ſ. de priua. delic. l. fi. quia illā gl. intelligē ſecundū iſtā, vt ibi dixi. Nec obſtat ſi dicis: ergo eſt accuſatio publica, quæ cōpetit cuilibet de populo: quia nō eſt verū, vt dixi j. tit. j. l. j. †Quæro, cui applicetur pœna, qñ agitur actione popularī. Dic vt dixi ſ. ti. ij. l. agraria. Cætera q̄ ſunt in hoc titulo, proſequere p teipſum.

De publicis iudicijs. *Rubrica.*

1 *Publica iudicia, ideo dicuntur, quia cuilibet de populo competunt.*
2 *Iudicia publica id eſt accuſationes.*
3 *Hic liber dicitur terribilis, quia terret homines.*

Glo. continuat rubricā ad præcedētia. Dictū eſt ſ. de accuſationibus, quæ pecuniariter mouēt. Nūc proſequit de accuſationibus quæ mouent in corpus. Et quidam habent hic, de actionibus: alij habēt de accuſationibus. Si habes, de accuſationibus: dic tunc vt ſ. dixi: quia dictū eſt ſ. de accuſ. pecuniarijs: nunc proſequit de accuſationibus corporalibus. Sed iſta cōtinuatio non eſt bona: quia etiam in præcedentibus dictum eſt de accuſationibus quæ mouentur in corpus: vt l. diuus. & l. vlti. ſ. de iniur. & l. vlti. de fur. & l. vlti. de priua. deli. & de extraor. cri. per multas leges. Item & j. eo. l. ij. tractatur de accuſa. pecuniarijs, & etiam j. ad l. Iul. de anno. l. ij. vnde ſ. & j. tractatur de accuſationibus pecuniarijs, & corporalibus. vnde hæc cōtinuatio nō eſt bona, quare alij habent in glo. de actionibus: & iſta eſt melior: quia dictum eſt ſ. de actioni. ciuilibus, quę intentantur ad partis profectum: nunc ſequitur videre de accuſationibus criminalibus, quæ mouent ad vindictā. & ſi dicis, ſ. dictū eſt etiā de accuſationib⁹ criminalibus. R ñ. nō dicitur. ſ. de accuſ. principaliter, ſed acceſſorie: ſed hic & in toto iſto libro, dicit de accuſationibus principaliter. Item dat gl. aliā cōtinuationē. Dictū eſt ſ. de priuatis delictis: ſequit hic de delictis, ſeu de iudicijs publicis: vt in toto hoc lib. Quęrit gl. †quare iſta iudicia dicant publica? R ñ. gl. dicunt publica, quia cuilibet de populo competūt: vt Inſti. eo de. in prin. & l. j. §. cōſequēs. ſ. de ſuſpe. tu. hoc declarabo. j. eo. l. j. †Quæro quare dicunt iudicia: cū in hoc titu. nō tractet de iudicijs: hoc eſt, de inſtātia, ſed de legib⁹, qb⁹ iudicia inētant? dicit gl. expone, de iudicijs, hoc eſt, de legib⁹ publicorū iudiciorū. Vel aliter, hoc eſt, de accuſationib⁹ publicorū iudiciorū. & iſta eſt bona expoſitio, ſicut etiā in iudicijs ciuilib⁹ ſunt ꝓditę actiōes, q̄ ſunt ius ꝓſequēdi, &c. vt Inſtit. de act. in prin. Ita in criminalib⁹ ꝓditæ ſunt accuſatiōes. h. d. tex. Inſti. eo. in prī. tractat ergo tot⁹ iſte liber de accuſ. q̄ oriunt ex delictis publicis, ſeu de legib⁹ qbus delicta publica puniunt. Vltimo ſcias, †q̄ alibi dicit Imperator, quod iſte liber eſt terribilis. terret enim homines, ne delicta committant: vt l. ij. § ptima. C. de ve. iure enu. Non habetis alia circa rubricam.

1 *Iudicia publica quot modis dicantur.*
2 *Accuſatio de falſo inſtrumento dicitur publica.*
3 *Accuſatio ex l. Fauia de plagiarijs, quod ſit publica.*
4 *Lex Viſcellia quod inducat publicam accuſationem.*
5 *Accuſatio ex ſenatuſconſulto turpiliano, eſt priuata.*
6 *Accuſatio de ſuſpecto tutore, quod non ſit publica, ſed priuata.*
7 *Iudicium dicitur publicum tribus modis.*
8 *Statutum puniens iurantem per corpus Chriſti dicitur inducere publicam accuſationē: quia quilibet poteſt accuſare, & infamat.*
9 *Lex gratia non dicitur publicum ſed priuatum iudicium.*
10 *Crimen de quo in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri, quod ſit publicum.*
11 *Statutum ſi alterat pœnam homicidij, falſitatis, & ſimilium: an ex hoc tale crimē deſinat eſſe publicum, & nu. 15.*
12 *Ex iuramēto formiter præſtito, non oritur actio ſed ex contracta, ſuper quo præſtatur.*
13 *Actio ex conſuetudine formiter inducta non oritur.*
14 *Crimen raptus dicitur publicum iudicium.*
16 *Iudicium non dicitur publicum, licet ſtatutum reſtringat accuſationem ex aliqua lege publicij iudicij.*
17 *Iſta non eſt bona conſequentia: quilibet poteſt accuſare: ergo eſt publicum iudicium.*
18 *Statutum licet inducat quod de crimine quilibet poſſit accuſare, non tamen dicitur crimen publicum ad effectum publici iudicij.*

LEX I.

On omnia. Hæc lex diuiditur in duas partes. Primo ponit regulā, ſeu quædā verba ex quibus colligitur regula. Secundo ponit exceptionē à regula. Partes per ſe patent. & breuiter. h. d. Oīa delicta ſunt priuata exceptis quibuſdam hic enumeratis. Tex. ibi: veniunt. perinde eſt acſi diceret omnia delicta priuata: niſi ea quæ ex legibus, &c. Dy. no. q̄ dixi in ſummario, & ꝓbatur hæc regula & exceptio hic, & ſ. de præuarica. l. præuaricationis. in fin. & Inſti. eo. per totū. Op. & vī, q̄ ſint alia publica iudicia, q̄ ea q̄ numerant hic, vt l. Iul. de ſacrilegijs & reſiduis. R ñ. gl. ſcdm Pla. q̄ cū dicit de l. Iul mai. ſtatis cōprehendit etiā de reſiduis q̄ ſatis placet. Poſſes etiā dicere, q̄ oīa publica iudicia nō ſunt hic numerata. Itē opp. q̄ l. Iul. repetundarū. & l. Iu. de annona non ſunt iudicia publica, ſed ſunt iudicia extraordinaria: vt j. ad l. Iul. repe. l. lex Iu. §. hodie. & ſ. de extraor. cri. l. annona. rñ. nō repugnat qn ſint publica: vt hic. et q̄ extraordinaria pœna imponat, vt ibi. hoc vult dicere gl. ſup ver. repetūdarū. licet nō allegat legē. Extra gl. †op. & vī q̄ ſint alia iudicia publica: vt l. q̄ ſenatus. ſ. de iniurijs. Iac. de Are. videt tenere, q̄ iudicium Iud de famoſo libello ſit publicū. & hęc lex ſupplet per illam. & ita ſentit gl. j. ad Turpil. l. ab accuſatione. §. ii. ſed d. Azo intelligit melius: & dicit q̄ ſic, q̄ iudicia dicunt publica qñq; q̄ ex l. publicorū iudiciorū deſcendunt. & hoc modo ſumit hic. Alio modo dicunt iudicia publica omnia, quæ ad vindictam publicam proponunt. & hoc modo oīs criminalis accuſatio, pōt dici publicū iudiciū: & hoc mō ſumit in l. q̄ ſenatus. ita tenet Azo in ſumma Inſti. de pub. iud. in prin. His expeditis venio ad q̄ōnes hic dī q̄ lex Cornelia de fal. dicitur publicū iudiciū. [c] †Quæro, qd de alio inſtrō fabricato falſo? Dicit glo. tūc nō eſt publicū iudiciū. Hoc ꝓbat p hāc l. quæ reſtringitur ad l. Cor. de teſta. Item probat per l. Paulus. j. rñ. j. de fal. & j. tit. j. l. ij. §. j. Azo fuit in cōtraria opi. & dicit, q̄ ꝓ quolibet inſtrumēto falſo cōpetit lex Cor. de fal. & eſt publica accuſatio, vt Inſtit. eo. §. itē l. Cornelia. de fal. & ſ. de cōcuſ. l. ij. j. rñ. & probatur C. qui accuſa. non poſ. l. ſenatus. & l. ſi vt proponis. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. & l. & ſi ad te. C. de fal. & plene no. C. de fal. l. eum qui. & ibi gl. & doc. tenent iſtā opin. & bene. Non obſtat hæc lex: qa ſupplet de alijs inſtrumētis, vt dixit Azo. Item non obſtat l. Paulus, vt gl. dicit. Item quærit gloſ. quid de l. Fauia de plagiarijs. qd de Viſcellia. & de Turpil. & de crimine ſuſpecti tutoris vtrū ſint publica vel priuata? examinemus de quolibet per ſe, & videamus †primo vtrum lex Fauia ſit publica vel priuata. Pla. dicit quod ſit priuata accuſatio: qa hic non numeratur. Azo contra per l. plag. C. ad l. Faui. de pla. ſed Pla. reſpondet, quod ibi loquitur tantū quando liber homo plagio adducitur: ſecus in alijs. Sed Azo dicit melius: & ꝓbatur inſti. eo. §. antepe. & etiam apparet: quia illa lex Fauia ponitur, & enumeratur in hoc libro, vt patet in fra

a ¶ Non admittitur. Adde Bal. & Pet. in l. ſi qs id qd. ſ. de iuriſdi. om. iu. q̄ pprer offenſam facta iuriſdictioni iudicis vbicūq; a l. impoſita eſt pœna: qd dicit eſſe mēti tenendum.

b ¶ Ad accuſandum. Vtrū poſſit quilibet admitti, qñ pro delicto imponit pœna pecuniaria, vide Bal. in l. aduerſus. C. furtis. & in l. j. C. q̄ accuſ. & Imo. in l. j. j. titu. j. an forenſis admittat, vide Bal. & Imo. in l. ſi qa reus j. tit. j. Sed vtrū accuſatio iniuriarū ſit publica, oū iuiuria nō habet ſpālē titu. cri. vide Bal. in c. j. §. iniuria de pa. iur. fir. & Bar. in l. j. in tit. j. & in l. lex Corne. in fi. ſ. de iniur. & in l. j. §. ſi quis. eodem titul.

c ¶ Pro concordia. Aduerte q̄ contractus emphyteuticarius parit actionem cōdictione ex l. j. C. de iure emphyt. ita Bar. in hac l. j. col. fi. Cōtrariū tenere videt. ſ. l. j. in iij. q. prin. ff. de condi. ex l. Tu dic, nō eſt ſibi cōtrarius, eo qa in hac l. j. loquit ſecundū cōmunē opi. quā etiā refert ipſe in d. l. j. p. alleg. licet ipſe poſtea ſentiat cōtra cōmunē opi. per veras rōnes de qbus p eū.

c ¶ Publicū iudicium Quæ ſint publica iudicia, & adde qū offendit eccleſia vel clericus eſt publicū crimē: vt l. ſi qs in hoc. C. de epiſc. & cle. & ibi p Bar. & ideo crimē ſimoniæ eſt crimē publicum. & l. ſi quēquā. eo. ti. & ibi vide Bart. & Bal. in rub. C. q̄ accuſ. non pōt. in iij. & penul. col. & Bal. in l. reos. in vi. col. C. de accu. adde glo. & Bart. in l. j. §. huius ſtudij. de iuſt. & iur.

Universidad de Deusto Biblioteca

fra ad l.Faciā de pla.q liber appellatur publicorū iudiciorū: vt l.ij.§.post hæc.C.de ve.iu.enu. Non obstat qd dicit Pla. q̃ hic non enumerat:quia fateor q̃ hic nō enumerantur omnia
4 publica iudicia,qa alia sunt. Quæro de l.Viscellia.† quidā dicunt,q̃ est publica accusatio:quia in Codice ponitur inter publica iudicia.C.ad l.Visc. Alij dicūt,q̃ nō est publica accusatio:quia nō ponit hic.Hanc secūdā partē videt tenere Dyn. sed Iacob.de Are.videt tenere q̃ sit publica accusatio. Nam Reipublicæ iterest ne dignitatū ordo turbet:qd respicit legē Iuliā Viscelliā:vt l.j.§.pen.ś.de ven.inspi.et l.sup statu.C.de q̃stio. Videte,et aduertatis. Ego puto q̃ sit publicū iudicium. Nā lex Viscellia punit libertū,q tanquā ingenuus dignitatē assumit:vt l.j.C.ad legem Viscel.sed assumere dignitatē,quā quis habere nō potest,est crimen falsi:vt l.eos.§.fi.j.ad l. Cor. de fal.ergo &c.Et sic apparet q̃ illa lex punit crimē publicū.et licet illa lex sit nona,vel separata a lege Cornelia de fal.tñ nō desinit esse publica accusatio,et crimē publicū, vt infra latius dicam.et hoc vt sentire glo.C.quando ciui.ac.cri.præiu.l.j.v
5 bi solum furtū dicit ibi poni,vt priuatū crimē.† Quæro vtrū accusatio ex senatusconsulto.Turpilliano sit publica? Quidam dicunt q̃ est publica.et est trussa.tex.est quod est priuata: vt l.iij.in fi.ś.de priua. Sed opp.nōne quilibet pōt accusare de suspecto tutore,qui incidit in Turpilianū: vt l.j.infra de iure fis.ergo est publica accusatio:vt d.l.j.§.cōsequens.de suspe. tu. & dixi.ś.in rubri.Respond.hoc non est verum,vt dicam j in
6 seq.q.† Quæro,vtrum accusatio suspecti tutoris sit accusatio publica,vel priuata? Dicit gl.q̃ est publica,vt Insti.de suspe.tu.§.cōsequens.l.j.§.cōsequēs.ś.de susp.tu.et in hoc residet gl.In contrariū facit,q̃ pōt in illo crimine interuenire ꝓcurator:vt l.non solū.in fi.ś.de procu.ergo nō est publicū crimen: vt j.eo.l.penul.§.ad crimē.Breuiter,quātū ad hoc vtrū possit interuenire procurator,& qualiter,dicam in §.ad crimē. Sed quātum ad profitū dico,q̃ accusatio suspecti tutoris non est publica accusatio,quia nulla lege reperitur q̃ sit publica. ergo &c.vt l.iij.in fi.ś.de præuari.& quia nō enumeratur hic,& est expressum j ad turpil.l.j.§.suspecti.Non obstat §.cōsequens: quia ibi loquitur de accusatione suspecti tutoris ciuili, quādo agitur ad remouendū:non de criminali,quando agitur ad puniendum:vt dicam in §.ad crimen. Præterea,nō sequitur qlibet potest accusare:ergo est iudicium publicum.† Pro cuius
7 declaratiōe debes scire,q̃ iudicium dicitur publicū tribus modis. Vno modo largissime:vt omne iudiciū qd fit ad vindictā seu ad vtilitatē publicā,dicatur publicū.& isto mō accipitur infra eo.l.interdū.et l.qd senatus.ś.de iniu.& l.licitatio.§.qd illi
a cite.ś.de pub. Alio modo dicitur large[a] quādo quilibet de populo pōt accusare.hoc modo accipitur in §.cōsequens. Inst.de susp.tu.& l.qd senatus.ś.de iniu.Circa qd do tibi regulā vnā, quā no.Omne iudiciū qd non respicit offensam certæ ꝑsonæ principaliter,de illo potest accusare quilibet de populo.Exē
8 plū†,dicit statutum:si quis iurauerit per Corpus Christi,puniatur in centū,et similia:ista nō respiciūt offensam certæ ꝑsonæ principaliter,sed malos mores,et quilibet pōt accusare. & ita loquitur l.qd senatus.ś. de iniur.nō autem iste talis punit pœna infamię,sicut cōdēnatus de publico iudicio stricte sumpto. Tertio mō accipitur publicū iudiciū stricte:et hoc mō accipitur in hoc libro,& hac lege:& ista sunt iudicia,de qbus damnatus statim efficitur infamis:vt l.j.ś.de his qui no.infam. Vnde nō sequitur:quilibet pōt accusare:ergo est publicū iudiciū:prout accipitur hic,vt fiat infamis:& sit strictū publicū iudiciū.Et ita tenet Azo in summa Inst.e.ti.Et si dicas,ego reperio q̃ damnatus crimine suspecti tutoris est infamis:vt leg. iij.in fi.et l.hæ enim.ś.de suspe.tu.Respon.non est infamis ex edicto prætoris posito in l.j.ś.de his qui notan.infa.quod patet:qa in multis casibus dānatus de crie suspecti tutoris nō efficit ifamis,vt ibi dr. Quæro,qd[b] d l.agraria,†an ē publicū iudi
9 cium? Pla.in summa de publi.iud.dicit forte q̃ sic:quia hæc ꝓcusatio competit cuilibet de populo:vt l.agraria.supra de termini.mo.Sed veritas est in contrariū:quia ex l.agraria, nō est introducta accusatio:sed actio ad partis profectum:vt ibi videbitis.Sed nos loquitur de publicis iudicijs,quæ intentatur ad publicam vindictam.& ideo non est ponenda in hoc titu sed in ti.de popul.act.Differt enim popu a laris actio,a publicis iudicijs. Quæro, quid de l.Rhemia? dic vt infra ad Tur.l. j.§.j. Quæro,quid de crimine preuari- b cationis.dic vt l.iij.in princi.ś.de præuar.
10 † Quæro,quid de crimine, quod punit per l.si quis in hoc genus.C.de episco. et cleri.Dicunt quidam,q̃ illud est crimē publicum,& per illam legē illud adijcit huic legi.et ita dicit Iac.de Are.Breuiter ego dico,q̃ hoc nō est verū,q̃ ꝑ illā legē aliqd addat huic l.qa ꝑ illā l.punit qd dā crimē c sacrilegij:sed crimē sacrilegij ē numeratū hic sub l.Iul.mai.vt hic dicit gl.& apparet in ꝓcessu lib.ergo patet q̃ nullū nouū publicū iudiciū addit huic legi ꝑ l.illā. Vlterius q̃ro, c statuto alicuius ciuitatis est alte
c rata pœna homicidij,et falsitatis,et similiū delictorum:an desinat esse crimē publicum,et iudiciū publicum? Et huius q̃stionis effectus est magnus propter l. pe. §.ad crimē.j.eo.ti.Itē propter infamiā quā incurrit damnatus de publico iudicio. Ia. But.disputādo vnam quæstionem determinauit,q̃ non desinat esse crimen publicū:licet per statutū publicū sit alterata pœna.et hoc probat sic, Alterata est pœna l. iul.de adul.per l.quāuis.et in auth.ied nouo iure.alias sed hodie.C.de adul.et tñ nemo dicit q̃ desinat esse crimē publicū,crimen adulterij,licet pœna sit alterata ꝑ leges illas. Præterea,alterata est pœna l.iuliæ peculatus:et tamen nemo dicit,q̃ desinat esse crimē publicū. Item alterata est pœna l.Iul.repetundarū:vt infra ad legē iuliam repet.l.lex Iulia.§.hodie.et tamen nemo dicet,quod desinat esse crimen publicū. Itē probatur per legem si quis ī hoc genus.et auth.ibi posita.C.de epis.et cler. Sed contra hoc videtur casus in l.nostra: quia illa dicūtur publica iudicia quæ ex lege iudiciorū publicorū descēdūt,sed nūc videtur,qd nō accuset pro homicidio ex l.Cor.de sic.sed ex illo statuto. Præterea contra Iaco.But.videtur casus in l.ij.ś.de concus.secūdū opi.gl.sed secūdum opin.
11 Azo,est casus pro eo.† Quid dicemus[e]? d
d Aduerte. Quandoque[e] per statutum,seu
e per aliā legē nouā efficitur aliquod delictū,quod prius nō erat delictū,exēplū,dicit statutum,si quis iuerit de nocte,in tanto puniatur. De isto casu ille qui accusat, e accusatur accusatiōe descendēte ex l.municipali. Quandoque per statutū,seu per aliam legem nouā īducitur noua species delicti,& nouū nomen delicti,et tunc ex illa lege noua punietur. Hic est casus in l. f ij.ś.de concus.secūdū lect.gl.Ibi enim dicitur,q̃ quidā falsitati nomē imposuit nouum,i.concussio,& ideo non est publicū iudicium,vt ibi not. Quandoque statutū non imponit nouum nomen delicti,sed solum pœnam alterat: et tunc non accusatur ex statuto, seu ex lege illa noua, sed ex lege antiqua publicorum iudiciorum, cuius pœna per
12 statutum est alterata. Probatio huius. Nam hoc† videmus
f in iuramēto:si aliqs iurat formiter[f] se emisse vel locasse,datur actio ex illo cōtractu,nō ex illo iuramēto:vt ś.de iureiu.l.si duo patroni.§.idē Iul.et §.seq.sed si iurat informiter:tūc dat actio ex iureiurādo.Ita est in ꝓposito,si statutū disponit sup certo delicto noīato,aget ex illa lege antiqua,nō ex statuto,als ageret ex illo statuto,ꝑterea,si lex disponit sup certo cōtractu,vt

a Dicitur large. Vide in rub.ī.titu.j.& Bar.in l.lex cor.in fi. ī.de iniurijs.

b Quero, quid. An accusatio de l.agraria sit publica, vide hic Imo.qui contrarium tenet. Et Bar. in d.l.agraria.Quid autem si verberante aliquem,an sit crimen publicum,vide Bar.in l.Iul.ad legē Iul.de vi publi.

c Vlterius quæro. Not.quando statutum limitat pœnā: vnum scias in materia de qua hic,quod si statutum imponit pœnam capitalem, non dicitur publicū iudicium:quia statuta dicuntur leges priuatorum iudiciorū. Ita dicit Bald.in l.ij. pecuniariam: sed cō Et quid si pro pœna corporali imponitur a statuto pœna pecuniaria vid Gui de Suza.in l.transigere.C.de transa.et adde quod no.Bart. in l.infamem infra.e. & ad Bar. hic adde Bal.in l.reos.in viij. col.C.de accus.et in c.si quis alium.d pace te.et ex his q̃ Bar. hic voluit,videt q̃ statutum possit permutare pœnam homicidij,non pœnam C.qui test.face.postratium voluit Ho. in c.fi. de accusat. & Tancre.in sua compendiosa.et Imo.hic & vide quæ no.Bal. in c.j.§.iuria de pa. iura.fir.et vide Bar. qui idem velle videtur in leg.j.supra vbo.rapt.et in l.nunquam plura.de priu. deli.et no.per Bal. ī d.l.transigere. in vj. col.ver.iuxta istam primā.C.de trāsact.

d Quid dicemus. Not.sin.in tex.in d. l.ij.secundum d.Ioā. q̃ si statutum ponit nomen delicti nouū non est publicū delictum.And.Bar.

e Aduerte quandoque. Vide Bal.in ru. C.qui accus.in vers. sed quæro an forensis.et in versū.sed qd si statutum.

f Iurat formiter. Ad de Barto.in l.omnes populi.in vij.q.princip.ff.de insti.et ire.et in leg.j.de condi.ex lege.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

COMMATES.

a ¶ Nunc ad propositum, Adde Io.andr. & Cã.in c.fi.de consue.dixi in rubri. de homi.cõsului pridie Perusij, vbi viget tale statutũ. Vide Ange.in l.is qui cum telo. C.de sica.vbi tenet valere Bal.in l. Gracchus.C.de adu. & in ca. j. §.iniuria, seu furtum .de pace iura.fir.vide Scribẽtes in ca.fi.de confes. & i c.ij.de deli.pue. Alb.de rof.q.cxxij. in secũda parte. vbi tenet Ange.in l.is q cum telo.C.de sicar. vide Bar.in consilio cxcij.inci.quidã de Curnania fuit occisus.

b ¶ Publicorũ.Nota q̃ sit pœna capitalis. & ideo quærit hic Imo.an si statutum imponat pœnã capitis,verificetur i exilio.

c ¶ Quæro quid.Si alternatiue imponit capitis & non capitalis:an dicatur pœna capitalis, adde Bald.in l.reos.in iij. col.de accu.& Bald. in l.fi.de iniur.

d ¶ Sed conditionaliter.Si pœna capitis imponitur conditionaliter,an crimen dicatur capitale Bart. videt velle contrarium in l.duobus.§. idem respondit.ff. p socio.& ad hoc vid quæ dixi in l.vbi fideiussor.de solu.secũdum Bal. post Bar. ibi per Imol.in l.ita stipul.in v.chart. de ver.ob.& Bald.in l. transigere. in v.col. in duabus quę.C.de transac. Vnum tenemẽti ꝙ eo casu quo post lapsum temporis Respublica accepisset pœnam pecuniariã,videtur renũciasse pœnæ capitali.l.quanuis.la ij. & ibi Bal.C.de vsu.& Bal.in l.data opera. in v.col.C.qui acc. in lege,reos.in quinta col.C.de accu. & Bal.in l.j.in pe.colũ. vbi quærit si statutũ dicit, ꝙ Bãnitus in persona nõ posit succedere, & aliqs fuit bannitus in centum sub condi.sive nit in sortiã communis, & non soluerit intra decem dies,fur cis tradatur,an possit succedere.

e ¶ Sed augef. Si pœna augmentatur ꝓpter contumaciam, an dicat pœna propter delictum? adde quod si etiam illa nõ soluatur venit puniendus capitaliter. Vide omnino Bar. in l.j.§.fi.si quis ius dic.per Cy.in l.j.C. de cri.stel.& Bar.in circa emptionẽ,locationẽ, & similes contractus: tunc ex illis contractibus agitur vt in ti.de contrahen.emp.& in ti.loca.& si.sed si lex nouũ contractũ inducit,agit ex nouo contractu condictione ex l.Exẽplum in contractu emphyteutico: vt C. de iure emphy.l.j.& insti.loca.§.adeo. Si
13 militer † doc.dicũt in l.ij.C.quæ sit longa consue.in consuetudine.nam dicunt aut consuetudo disponit formiter,aut informiter:sicut in iuramento. Pro hoc habes
14 † exemplũ.Insti.eod.ti.§.Itẽ l.Iulia.de vi. & §.seq.vbi apparet ꝙ licet raptus virginis puniatur per l.raptores.C.de rap.virgi.tamẽ dicitur publicũ iudiciũ l.Iu.de vi. cuius pœna alterat per l.raptores. Ratio, quia non inducit nouum delictũ,nec nouum nomen delicti:sed pœna tm alterat
15 super eodẽ delicto. Nũc ad † propositũ,[a]
a si per statutum alteratur pœna sup homicidio,non accusatur accusatione descẽdẽte ex statuto:sed accusabit ex l.publicorũ iudiciorũ,s.ex l.Cor.de sic.cuius pœna est alterata per statutũ sed si statutũ inducit nomen nouum delicti, & nouã speciem: vt pura,quia imponit falsitati nomẽ baratariam, seu mogobellum:tunc accusatur accusatione descendẽte ex statuto,& dãnatus non efficietur infamis:quia non est
16 damnatus publico iudicio. † Quæro, qd si per statutum,seu aliã legẽ restringat accusatio ex aliqua lege publici iudicij: vt non omnes,sed certi possint accusare:desinit ne esse publicũ iudiciũ? Breuiter dico quod non. Casus est j.de falsis.l.lege Cor.la ij.§.de partu.& l.q̃uis.C.de adul.
17 † Ex hoc apparet verificatũ id,quod ſ.dixi.ꝙ non est bona consequẽtia:quilibet pôt accusare:ergo est crimen publicum: quia non est verum:vt ſ.dixi,accipiendo publicum stricte,prout accipiunt in hac lege & in toto isto libro. Nam multi non possunt accusare,& tñ est crimen publi-
18 cum. Quæro,in statuto dicitur, † qd q̃libet posit accusare,vtrum ex hoc quod dicit,quod quilibet posit accusare:sequat ꝙ crimen sit publicum,accipiendo publicum,prout hic dicit tex.videtur ꝙ sic:vt l.ij.in fin.ſ.de præua.Contra puto ꝙ ex hoc non sit publicum iudicium quãtũ ad effectũ publici iudicij:de quibus videbit in processu.Ratio.quia hoc non dicit hic nec ĩ toto isto libro terribili:sed est crimẽ publicum quantum ad alios effectus,assumendo publicum alio modo,prout ſ.dixi de infamia,dicam latius in l.infamẽ.al's incipit non ex omni.j.eo.

1 *Crimen dicitur capitale,cuius pœna est mors ciuilis,seu naturalis.*

2 *Crimen etiam dicitur capitale,licet duæ pœnæ alternatiue imponantur:videlicet una capitalis,alia non.*

3 *Pœna capitalis imposita conditionaliter,facit iudicium capitale.*

4 *Augmentatio pœnæ si fiat,qualiter cognoscatur quod fiat vigore eiusdem legis vel officio iudicis.*

5 *Condemnatus pro falsitate, & in quanto pluri,si non soluerit intra decem dies,an si peruenit in sortiam communis, & nolit soluere condemnationem sine quanto pluri:vigore statuti,ut euitet amputationem linguæ,admittatur.*

6 *Statutum,per quod disponitur,quod declinans iurisdictionem Potestatis,possit impune offendi,inducit pœnam capitalem.*

7 *Excõmunicatio non dicitur pœna capitalis,sed medicinalis.*

8 *Statutum quod bannitus à centum libris supra possit impune offendi,non inducit pœnam capitalem.*

9 *Damnatio ad perpetuos carceres dicitur pœna capitalis. Pœna perpetui carceris de iure ciuili non ponitur.*

10 *Damnatus perpetuo ad opus publicum,quando dicatur dãnatus pœna capitali.*

11 *Publica iudicia,ex qbus pœna pecuniaria infertur,q̃ sint.*

12 *Pœna abscissionis membri,est pœna capitalis improprie. Tanta authoritas requiritur in imponenda pœna abscissionis membri,quanta in iudicẽte super toto corpore.*

13 *Digitus non dicitur membrum sed officium membri,large tamen dicitur etiã mẽbrũ. Membrum dicitur à metior metiris, & dicitur quasi corporis pars, & dicitur quod habet proprie officium. Illa dicitur pars rei,quæ distinguitur per partes officiorum,seu ministeriorum.*

14 *Statutum dicens quod qui abscisserit mẽbrum alterius,simile sibi abscindatur:si digitus est abscissus,digitus debet abscindi.*

15 *Debilitatio membri non est pœna capitalis.*

16 *Membrum dicitur debilitari,quando officium membri aliqualiter impeditur.*

l.& ideo.de compẽ. & Bald.in l.ij. C.de requi.reis.& in l.inutilis.ſ. de accept.

LEX II.

b Publicorum. Ista[b] sunt iudicia capitalia ex quibus perditur vita, ciuitas, vel libertas:alia nõ.h.d. Et diuidit hæc lex in tres partes. Primo ponit diuisionẽ bimembrem. Secũdo ꝓseq̃t primũ mẽbrũ. Tertio ꝓseq̃t secũm mẽbrũ. Secũda ibi:capitalia. Tertia
1 ibi:nõ capitalia. Et no. † ꝙ siue sit mors naturalis,siue ciuilis, dr crimẽ capitale:vt hic,& l.electio.§.rei aũt capitalis.de bo. pos.& l.sed & si qs.§.rei.ſ.si qs cau.& j.de pœnis l.rei capitalis.& etiã l.capitaliũ.Op.ꝙ exiliũ nõ sit mors,vt l.nemo.in fi. ſ.de epis.audien.& l.exiliũ.de interdi.& relega. Dicit glo.ibi dicitur exilium improprie. Op.de hac l.ad seipsam.Nã hic dr in fi.quod coertio in corpus nõ est crimen capitale,sed mors est coertio in corpus:ergo mors non est crimen capitale.Sol. quod dicit in fi.coertio.dic ſ.modica.alias est crimen capitale. His expeditis venio ad primum membrum,ſ.ad crimina capitalia. Quæro,hic dicitur ꝙ ex genere pœnæ dr crimẽ capi-
2 tale,vel nõ. † Quæro,quid [c] si pro crimine imponuntur duæ
c pœnæ alternatiuæ,vna capitalis,& alia nõ,vtrũ in dubio dicetur crimẽ capitale? Rñ.sic, ꝓpter vnã partẽ alternatiuæ quę hoc cõtinet. Sicut em legatũ dr conditionale,qñ vna pars alternatiuę est pura,altera conditionalis:vt l.cum illud.& l.cũ ita.quando di.le.ce.Ita hic erit crimẽ capitale totũ,cũ vna pœ-
3 na sit capitalis.facit l.si ex toto.in fi.ſ.de leg.j. Secũdo q̃ro † qd si
d non imponitur pœna alternatiue,sed cõditionaliter[d]: qa dicit statutum ꝙ pro homicidio quis puniatur in quinq; libris: & si non soluerit intra decem dies puniat in capite:an sit crimẽ capitale? Dy.ponit hãc qõnẽ hic,& qdã habent j.e.l.pe.§.ad crimen.& mouet eã etiã in l.si qñ.§.hæres.ſ.de leg.j.& dicit qd est capitale. Ratio,quia pecunia non soluta remanet caput in obligatione:vt l.j.in fi.j.de pœ.l.j.§.itẽ si ita.ſ.ad l.fal.Ita dicit Dy.& ita alij per trãseũt. Contra hoc vr tex.expresse in lege prima ſ.de in lit.iu. Videte:puto Dy.dicere veritatẽ.Nõ ob. l.prima ſ.de in lit.iur.qa ibi loquitur qñ illa augmẽtatio venit ex officio iudicis:non ex natura obligatiõis principalis. Sed in casu nostro pœna capitis venit ex virtute eiusdem legis & eiusdẽ accusationis.vnde ex eadẽ lege venit non iudicis offõ. Hæc sol.probatur per legem centum Capuæ.ſ.de eo qd cer.
4 lo. † Pro huius declaratione habemus videre,primo quando cognoscemus vtrum augmentatio pœnæ fiat ex vigore eiusdẽ legis & accusatiõis,seu officio iudicis. Circa hoc do vobis hãc doctrinã,qñq; hoc exprimitur in l.quod hoc fiat officio iudicis:tunc non est dubium:vt l.quicunq; de ser.fug.C.Qñque hoc nõ exprimit in lege tunc si qdẽ ista augmentatio pœnæ inducitur ex alia lege,q̃ ex illa,ex qua inducitur prima pœna & tũc hæc prima pœna debet inspici:nõ hoc ꝙ pôt augeri,vel minui:ar.ad hoc ſ.de iniu.l.si qs iniuriã.& d.l.j.ſ.de in lit.iur. Si vero inducit eadẽ l.tũc aduerte,si qdẽ pœna primo loco imposita trãsfundit in secũdã,& ita ꝙ prima perimit, & in secũdã trãsfundit:tũc est verũ ꝙ dixit Dy.qa totum.ꝙ seq̃t.est pœna delicti:cũ prima pœna sit nouata.et in secũdam trãslata:vt l.j.ſ.de pe.le.l.j.§.itẽ si ita.ſ.Et ad l.fal.& l.obligationũ fere §. fina.ſ.de ac.& obliga.sicut est in casu proposito:si non solue
e rit', amputetur caput. Sed si prima pœna non perimitur, sed augetur.[e] Exemplum:dicit statutum.puniatur in tamũ: & si non soluerit intra decem dies puniatur in quanto pluri.Istud quantum plus, eritne pœna delicti,an pœna contumacię

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed pone q in lege vel statuto nihil disponitur, sed iudex in sententia mandat solui sub poena quanti pluris, an illud quantum merit poena delicti vel cõtumaciæ? & vide hic Ang. & Bal. in l. quicunque. C. de requir. reis. Et an valeat talis sentẽtia, vide An. et Imo. hic, & Bal. ĩ l. cũ spãlis iudex. C. de iudi. & ad prædicta vide Bal. in l. ij. C. de requir. re. et Ang. in l. nemo carcerẽ. de exac. trib. in princi. & Bal. in l. data opera. in iij. co. et in l. cum fi. C. de sep. vio. & Bald. in addi. Spec. ĩ tit. de sen. in xiij. co. & de hoc vide per Bal. in l. et in multis. C. de appel. per Bal. aliquid in l. iij. §. si q satisd. cog. per glos. ĩ l. iij. eo. tit. Ad supra dicta vide Ang. de Are. in tracta. suo maleficiorum, ĩ vers. si non solueris intra decem dies.

a ¶ Vlterius quæro. Si ex forma statuti aliquis ĩpune potest offendi, poena est capitalis. Idẽ si apponitur poena q non audiatur. Iaco. But. dixit, quod si interuenit procurator, non est capitalis. et vide An. in l. ij. §. qui hoc. ff. de adulte. et Bar. ĩ l. data opera in xxvij. col. C. qui accu. & in l. reos. in pe. q. de accu.

b ¶ Perpetuum carcerẽ. De damnato ad perpetuũ carcerem, adde q perpetuus carcer est perpetua seruitus: vt in l. ij. de li. ho. exh. facit l. Titio §. j. de condi. & demon. et vide qd' no. Bar. in l. impiũ, & ibi Bal. ff. de iur. om. iud. et per Bal. in l. j. C. qui accus. nõ pos. sed nunquid iudex secularis posset dãnare ad perpetuos carceres, dic q nõ: vt in l. seruo. C. de poenis. et in l. incredibile. e. ti. et ideo si ibi moreretur, nõ efficeretur intestabilis. Ita dixit An. et Imol. in l. si qs mihi bona. §. j. de acqui. hære. Et ad omnia ista vide de his q ad li. perue. non pos. in l. j. et Bal. ĩ l. reos. in ij. col. C. de accu. videtur tamen quod valeat sententia perpetui carceris: licet posset reuocari secũdũ gl. in dicta l. incredibile. et ibi Bal. ad de q bal. cõsil. ccclxx. iij. li. dicit, q sententia iudicis secularis ad perpetuos carceres ẽ ipso iure nulla: in reliquis trãsit cum Bartol. et In-

maciæ quia non soluit? Dico q tu debes considerare hæc verba statuti. Nã quando soluere debet intra certum terminũ, venit in dispositione. quandoque venit ĩ conditione tantũ, nõ in dispositiõe. Exẽplũ in dispositione, dicit statutum, puniat in tantum, & quod debeat soluere intra decem dies, & si nõ soluerit, puniat ĩ quãto pluri: tunc si non soluerit, illud quantũ plus est poena contumaciæ, quia non soluit: vt d. l. j. §. de in lit. iur. & l. fi. C. de vsu. rei iudi. Quãdoque hoc nõ est in dispositiõe, sed in cõditione tantum. Exẽplum, puniatur in centũ: et si non soluerit intra decem dies, puniatur ĩ quãto pluri? et tũc quantum plus, est poena maleficij qualificati, cũ hac cõditiõe, si nõ soluerit intra decem dies. quod apparet: quia cũ non sit in dispositione soluere intra decẽ dies, non põt dici deliquisse ille, qui intra decem dies non soluit, quia illud quod est in conditione, non est in obligatione aliqua: vt l. si quis sub cõditione. §. si quis omis. cã testa. Est ergo poena maleficij, nõ poena cõtumaciæ: ar. ad hoc l. in illa stipulatione, si calendis. cõiuncta l. si homo mortuus. de
5 verb. obli. Hoc habui † examinare infinitis vicibus, & maxime Tuderti. Nã Tuderti fuit quis cõdemnatus in certa quãtitate, pro falsitate, et in quanto pluri si nõ soluerit intra decem dies. et dicebat statutũ, si peruenerit in fortiã cõis, amputetur sibi lingua. mõ ille venit in fortiã cõis, & volebat soluere sine quãto, & euadere liguã, & remanere ĩ carcere ꝓ quãto. Quærebat vtrũ possit: & sic quærebatur an illud quantũ, esset poena maleficij vel contumaciæ. Itẽ dicit statutũ hic, q ꝓ falsitate nõ posset fieri excõputatio in apodissis: mõ quæritur, an possit fieri in illo quanto pluri. Et doctrinam habes ex prædictis.
a Vlterius quæro, [a] aliquis ex vigore statu-
6 ti propter † aliqd' delictũ potest impune offendi. Exẽplũ: dicit statutum, si quis declinauerit iurisdictionẽ Potestatis, vel capitanei, possit impune offendi: an sit poena capitalis ex eo q põt impune offendi? Videtur q non: quia donec viuit, caput non eximit de ciuitate, quia põt ire per ciuitatẽ, si aliquis eũ nõ offendit. ergo &c. vt hic dicit. contrariũ puto q sit poena capitalis. Nã illud, quod hic dicitur, ꝓpter qd caput eximitur de ciuitate: hoc est, ab his quæ sunt iuris ciuilis. sed per istã poenã q possit impune offendi, perdit ea, q sunt illius ciuitatis: quia non obediuit ciuitati: vt l. amissione. §. qui deficiũt. de capi. dimi. ergo erit poena capitalis. et hoc ĩ-
7 telligas: vt j. dicã. † Quæro vtrũ excõmunicatio sit poena capitalis Glo. videtur dicere q sic, in §. minor. Inst. de ca. dimi. vbi dicitur q excõicatus æquiparatur deportato. Cõtrariũ dico ꝑ tex. extra de sẽtẽ. exc. c. cũ medicinalis. li. vj. vbi illa poena excõicatiõis dr medicinalis, non mortalis. & iõ dicitur medicinalis: quia illa poena nõ imponit ꝑpetuo: sed vt à delicto desistat, et
8 emẽdet qd facit. Simile dicerẽ † si per statutũ ciuitatis, vt solet fieri, exbannitus à centũ libris supra põt offendi impune: erit ne poena capitalis? Certe non: quia imponit vt delictũ purget, et emẽdet soluẽdo poenam, & sic est poena medicinalis, nõ mortalis. Sed qñ poena imponitur declinanti iurisdictionẽ, poena est perpetua, & non
9 põt purgari, iõ est poena capitalis. † Quæro, aliquis est dãnatus ad perpetuũ carce-
b rem [b]: an sit poena capitalis? Certe licet de iure nostro qs nõ debeat dãnari ad perpetuũ carcerẽ vt l. aut damnũ. §. solẽt. j. de poenis. tamen si damnatur ad perpetuũ carcerẽ, vel perpetuis vinculis, erit poena capitalis: quia æquiparatur damnato in metallũ. Ita tenet Inn. in cap. qualiter et qñ. ex-
10 tra de accu. † Quæro, qdã erat dãnatus ꝑpetuo ad opus publicũ: vt erat quidã Boniæ qui erat dãnatus, vt damnatos ad mortẽ ipse cruciaret: an sit poena capitalis. Respõdeo aut, hoc fuit impositũ ĩ poenã in perpetuum, aut ad tps. Primo casu æqparat dãnato in metallũ, quia ꝑpetuo debet deseruire huic negotio: et sic est seruus poenæ, et est poena capitalis. Scdo non, vt l. capitalium. circa prin. et l. qdã sunt. infra de poe. et hæc sufficiũt circa istã primã particulam Venio ad secundã partem, hic dicitur q non capitalia sunt, ex quibus poena pecuniaria, aut coercitio in corpus in-
11 fertur. † Quæro, exemplũ q sint publica iudicia, ĩ quibus ẽ poena pecuniaria. Rñdeo, habes exẽplũ in l. ij. j. ad l. Iuliã de an-
12 no. † Secundo qro, [c] vtrum membri abscis-
c sio sit poena capitalis, vel non. Videtur q non: quia illa tantum dicuntur capitalia, ex quibus mors naturalis infertur, vel ciuilis, vt hic dicitur, sed per membri abscissionem infertur coerctio in corpus: & sic nõ est crimẽ capitale. In cõtrariũ determinat Dy. quia menbri abcissio æquiparat morti alleg. §. ad hoc. in auth. de col. et no. in lege C. de offic. eius qui vi. alte. obtin. Alij dicũt contra, per hãc legẽ nõ obstãt iura præallegata per Dyn. quia loquũtur quo ad iudicis competentiã. Ille enim põt membrũ abscindere, qui põt auferre vitã: videlicet qui habet merũ imperium, nõn tamẽ est capitalis poena, et ita pertrãseũt. Mihi videtur q mẽbri abscissio nõ sit poena capitalis proprie loquendo, qa ꝑ hoc caput de ciuitate nõ eximitur ciuiliter, vt dixi. s. quod patet. quia ille, cui amputat manus, vel pes, põt facere testamẽtum: vt l. q manus. s. de test. Cũ ergo nõ perdat ea q iuris ciuilis sunt, ergo poena capitalis nõ est: sed largo mõ loquendo põt dici q sit poena capitalis: quia licet nõ inferat mors toti corpori, tñ morit mẽbrũ q abscinditur. et hoc respectu põt dici poena capitalis improprie. et ideo tanta potestas, et authoritas requiritur in iudicante super mẽbri abscisione, quanta requiritur in iudicante super toto corpore: quia requiritur
13 merũ imperiũ: vt legibus all. ꝑ Dy. † Sed quæro, quid appelletur membrum: vtrum
d digitus sit [d] membrũ. videtur quod non. Tex. enim cũ gl. in l. nõ sunt liberi. de statu homi. ꝓbatur q digitus est officium membri, nõ membrũ. Ad idem leg. idem Ofilius. supra de ædi. edic. vbi ponitur alternatiua inter digitum & membrum. ergo sunt diuersa. Natura enim coniunctionis est, vt cadat inter diuersa: vt nota. in rubric. de iur. & fac. igno. et leg. si is qui ducenta. in prin. supra de rebus du. Ad idem facit l. quæritur. §. si qs digitus. s. de ædil. edic. In contrariũ facit: quia eadẽ rõne diceremus, q neq; lingua, neq; oculi sunt membra, qa sunt partes capitis:

nocen.

c ¶ Secundo quæro. Vid Cy. ĩ l. reos. C. de custo. reo. et in l. j. C. de dilationi. et in l. si quis nõ dicam rapere. in x. op. C. de epi. et cler. et in l. trãsigere. ĩ iij. q. C. de trãsac. Adde Bal. in ru. C. de iur. fisl. lib. x. & de pa. tenen. §. si qs alium. & in d. l. reos. in iij. co. et Sali. ĩ d. l. transigere. in prin. Et an poena fustigationis sit poena capitalis, vide Bald. & Salic. in d. l. transigere. Quid de poena tertiæ partis bonorum? vide gl. ĩ. quod me. cau. in l. isti qdẽ. §. fina. quæ dicit qd nõ dicitur capitalis. quod Bar. repetit ĩ. de excu. tuto. l. athletæ. §. dat remissionẽ per text. in l. j. C. de reis postu. libr. x. sed forte bene dicit glo. per tex. istum, q dicit, qd' relegatio nõ est capitalis: et tamẽ potest continere damnatus partes bonorum. infra de interd. & rele. l. iij. in fi.

d ¶ Vtrum digitus. Vtrũ digitus sit mẽbrũ, vide Bar. Bald. Mart. Sili. Sali. & Odofr. in l. non sunt liber. i. de statu hom. Vide Bal. in c. j. in prin. de nou. for. fide li. et Bald. in authẽ. sed nouo iure. C. de ser. fugi. Io. de Ana. ĩ c. cũ ex iniuncto. de hære. Bald. in l. reos. C. de accus. et an mamilla hominis, vel mulieris, & an barba, vel labia. et an digitus sit membrum, adde Bald. in l. data opera. in xxij. col. q accu. et an statutum puniens debilitantẽ mẽbrũ, puniat debilitantem membrum inutile, vide Bar. in l. j. ad fin. de ædi. ac. vbi aũt, et quomõ cõprehendatur debilitatum mẽbrũ, vid Bal. ĩ l. si fu. C. de ser. fugi. et vide Moder. in c. in quibusdã. de poenis. vbi referunt q si quis est dãnatus ad mutilationẽ membri intelligitur de manu. Allegat text. in authen. de manda. in prin. §. coges. iũcta gl. et facit text. in authẽ. vt nulli iud. §. j. Adde q digitus sit membrũ. Bar. consi. ccj. incip. quæritur an digitus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

POMATES.

a ¶ Circa hoc. Adde ca. accuſaſti. de accu. do. Abba. ibi & ibi dixi iſtud non obſtat vide ibi.

b ¶ Vtrum debilitatio. Vtrũ pro debilitatione membri ponat pœna capitalis, dic ꝙ non: & bene. quia non æquipollet morti. fallit tñ quo ad pœnã irregularitatis. c. fi. de homi. in vj. & hic adde c. accuſaſti. cũ gl. fin. & ibi Mod. de accuſa. & vide Bald. in l. ſi fugitiui. in fi. C. de ſer. fugit. vbi habes poſt eum.

c ¶ Publica. Adde Bal. q notabiliter loquitur i l. j. C. ne ex deli. defun. An. bar.

d ¶ Interdũ. Secus eo finito. Finito iudicio ciuili põt intẽtari criminale. de quo tñ hic vide Imo.

e ¶ Reſpondeo, ibi loquit. & nor. ꝙ hic d. Io. retulit ꝙ actio ad vindictã dr illa, ex qua nil adeſt: actio de re familiari qñ aliquid adeſt. Dicit eſſe gl. forte fin. in l. ij. §. emãcipatus. d. co. bo. & tu vide Ang. & eũdẽ in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem. ſ. ſol. ma. And. Bar.

f ¶ Sed potes dicere. Et no. quod iſta lex procedit qñ vtraq; actio principaliter intẽtat, ſed ſi criminaliter intentat, principaliter, & ciuiliter, vt puta pro reſtitutione rei incidẽter admittit. Caſus eſt ſingularis ſecundum d. Io. in l. interdũ. §. q furẽ. ſ. de fur. licet ſatis concordat l. iiij. §. ſi dicatur. ſ. fi. regun. ſecundum eum. An. bar.

Pro cõcordia. aduerte, occaſione citationis qñ iudex ſcit impedimentum rei citati, tñ citatur reus tuet citatus ipſo iure. Si aũt ignorat iudex, tunc poterit peti reſtitutio in integrũ aduerſus actum geſtũ cõtra eum. Ita Barto. in l. ij. ff. de iuris vo. in fi. prin. cõtrariũ tamẽ innuit i hac l. is qui reus. Tu die, debet intelligi i hac l. is qui. quando fuit incarceratus ſui culpa: & erat cã parua & cã impedimenti erat longo tpe duratura. & ita procedat ſecunda opi. Secus ſi impedimẽtum non erat ſui culpa, et in cã ardua et paruo tpe duratura. Ita ſoluit p d. Alex. in l. ij. iunctis his q habẽt i l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. poſſet etiã excogitari alia ſolutio. ꝙ Bar. in hac l. is qui. loquitur qñ citat ex cã criminali propter publicã vtilitatẽ arg. l. iiij vulneratus. ff. ad le. Aq. Prima aũt opi. loquat i ciuilibus.

POMATES.

g ¶ Is, qui reus. ibi prima loquitur. Et ſic nota cõtra aſſeſſorẽ ſecũdũ Ang. q facit mortuũ ſuſpendi & poterit puniri de iniuria. licet contradicat Ioan. de Imo. ſeruari de facto. vid ꝙ no. in l. ij. C. q teſtaſ. poſ. Io. de Imo. in l. defuncto. ſ. eod.

h ¶ Is q reus. Reaccuſatus, quando poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare, vel alium.

1 Accuſatus proſequens ſuam iniuriam, quando poſſit reaccuſare ſuum accuſatorem, qui etiam proſequitur ſuam iniuriam.

2 Nomen rei inter reos dicitur receptum, quando propoſitis exceptionibus dilatoriis iudex pronunciat eſſe ſuper accuſatione procedendum: vel per litis conteſtationem, ſi dicta pronunciatio non præceſſit.

3 Litis conteſtatio in criminalibus ſit parte abſente: quia iudex interrogat & ſuppleat vices partis.

Practica, quod iudex facit ſibi dari licentiam actori, & reo expediendi proceſſum.

4 Accuſatus poteſt ſuum accuſatorem reaccuſare, ſi non opponitur, & valet proceſſus.

5 Infamis accuſat ſuum accuſatorem, vel etiam extraneum, quando ſuam iniuriam proſequitur.

6 Accuſatus & condemnatus, quando poſſit poſt ſententiam ſuum accuſatorem reaccuſare, & pœna differatur, vel accuſationem inchoatam proſequi.

7 Mors ex cauſa poteſt differri.

8 Dies commiſſi criminis ſi apponitur in accuſatione & non probatur, reus abſoluitur.

9 Dies variatio facit videri diuerſam rem eſſe, propter temporum varietatem.

10 Reus qualiter probabit innocentiam, ſi dies commiſſi criminis non ponitur in accuſatione.

Iudex poteſt ad inſtantiam rei interrogare accuſatorem. ut ponat diem commiſſi criminis in accuſatione ut reus certificetur, & eſt ſatis æquum.

11 Accuſatio dicitur inchoata per ſolam inſcriptionem.

12 Bannito à ciuitate, ſi de nouo accuſatur, quando poſſit ſibi dari fidentia à iudice, ut compareat ad ſe defendendum.

13 Seruus poteſt procuratorem conſtituere, in illis caſibus, in quibus poteſt eſſe in iudicio.

14 Detentus in carceribus, ſi citatur poteſt comparere per procuratorem. & ſi non compareat, eſt contumax.

15 Accuſans aliquem, licet pendente accuſatione puniatur, poteſt tamen ſuper accuſatione procedi.

16 Accuſatus poteſt inſcribere accuſationem contra alium ante damnationem, & ante concluſionem in cauſa.

§.

IS, qui reus. Iſta lex eſt ita difficilis, ſicut aliqua quæ ſit in hoc libro: & nunquã vidi eam quod non mihi difficilis videretur. Et diuidi

g tur principaliter in duas partes. Prima [g] loquit, vtrum accuſatus poſsit accuſare ſuum accuſatorem pendente iudicio. Secũda, vtrum poſsit reaccuſare poſt ſententiam. Secunda ibi: illud. Item ſecunda ſubdiuiditur in alias duas partes: quia prima loquitur vtrum poſt condemnationem poſſet de nouo reaccuſare. Secunda an poſsit proſequi accuſationes iam inchoatas. Secunda ibi: inchoatas plene. Et breuiter hoc intendit. Receptus inter reos non poteſt ſuum accuſatorem

h reaccuſare, [h] niſi fuerit abſolutus: ſecus ſi fuerit condemnatus pœna, q̃ auferat ciuitatẽ, vel libertatem: poterit tamen accuſationẽ inchoatam perficere. h. d. No. tex. ibi: conſtitutiõibus enim, & c. notabilia ſunt clara. Opp. ad primam partem, & videtur

& offm̃ ipſius capitis p̃ſtãt. ꝙ tñ vr contra l. ſi cui lingua. de ædil. edi. Quid dicemus Ad hoc facit extra de cor. vitia. c. j. Aduerte, dico ſic, mẽbrũ dr a metior metiris, ꝙ ẽ ptiri: & diuidere: vñ mẽbrũ dr q̃ſi corpis pars. Ita dicit Hug. ſup verbo, metior. mõ ſi largo mõ aſſumim⁹ mẽbrũ ꝓ qualibet particula corporis, quælibet particula corporis dicitur mẽbrũ. Nã ſicut dicitur domus, & quilibet lapis eſt pars domus: vt no. in l. eum qui ædes. de vſuca. ita in ꝓpoſito quælibet pars corporis põt dici mẽbrũ largo modo ſumẽdo ſed ꝓprie loquẽdo illas appellam⁹ partes rei, q̃ diſtinguntur ꝓ partes officiorũ ſeu miniſteriorũ. Verbi gratia: dom⁹ habet plures partes: camerã, coquinã, aulã in vna manducat: in alia coquit: in alia dormit: & iſtæ proprie dicuntur domus partes: vt l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ſ. de dãno infec. ver. ſed & ſi ĩ plures. ad idẽ facit l. j. C. de ædiſi. priua. ibi: ẽdifices, & cõcameres: mõ in ꝓpoſito: illa dicũt ꝓprie mẽbra, q̃ hñt diuerſa officia: vt pedes ad ambulãdum aures ad audiendũ oculi ad vidẽdũ: & man⁹ ad palpandũ, & ſi. iſta alia q̃ coadunant officiũ mẽbri, proprie appellant officia, nõ mẽbra, ꝓbat in aut. ſed nouo iure. C. de ſer. fu. vbi manus appellat mẽbrũ. Quid ſi aliquis priuatur dente, nũqd dr mutilatio mẽbri, vel debilitatio? Dic ꝙ nõ: vt l. cui dẽs. de ædil. edi. & dic p̃dicta vera, niſi de mẽte diſponentis aliter appareat vt alias dixi. Verbi grã

14 †dicit ſtatutũ: q abſciderit alicui mẽbrũ, ſi'e mẽbrũ ſibi abſcindat. mõ ſi abſcindit ſibi digitũ: ſibilis digit⁹ debet ſibi abſcidi, ex relatiõis q̃litate: arg. ad hoc in l. nonnũ

a quã. ſ. ad Treb. Circa hoc [a] quæro, † vtrũ

15 debilitatio [b] mẽbri ſit pœna capitalis: rñ.

Breuiter ex genere pœnę iudicatur crimē
capitale, vel nō: vt plene dixi s. eo. l. ij. cum
ergo pœna sit pecuniaria, poterit interueni
re procurator. Ita tenet Dy. hoc verū ex pᵗ
te rei. Sed an ex parte accusatoris possit in
teruenire procurator: est vidēdū an sit cri
mē publicū, vel nō: vt plene dixi s. eo. l. j. &
si est publicū nō pōt interuenire ꝓcurator
simpliciter, nisi secundū distinctionē l. licet.
15 §. j. s. de procu. Quæro, † quid si in defectū
pœnæ pecuniariæ imponitur pœna corpo
ralis? Respondeo, vt dixi s. eo. l. ij. Quæro,
& intro materiā legis nostrę, & tāgo secun
dam partē. Dicitur hic, ꝙ excusationes ab
e sentiū, &c. Quæro. [e] ꝙ † est officiū istius
16 excusatoris, quas excusationes proponet?
Inn. c. veniens. extra de accus. dicit sic, Qui
dam est simplex excusator sine mādato: &
iste non pōt proponere excusationē, nisi cir
ca factū: vt quia est infirmus, & fuit impedi
tus, & similia: et de tali excusatore loquitur
hic, & l. inter accusatorē. s. eo. & l. liberto.
in fi. de nego. gest. Excusator vero circa ius
vt puta, non venit, qa nō tenetur venire: vt
tu es excōicatus: & similes excusatiōes cir
ca ius non possunt proponi per simplicem
excusatorē: sed oportet ꝙ habeat mādatū.
Probatur in c. veniens. de dolo & contu. c.
17 dilecti. Aduerte: † ad euidentiā præmitte,
ꝙ talis excusator, qui nō habet mādatū, nō
f curatur an sit mulier [f] vel minor vt no. in §.
g publice. Itē non tenetur cauere de rato. [g] Ita
no. in l. in eo ꝙ §. j. j. de reg. iur. & Inn. in c.
18 veniens. Dic ergo † sic: ꝙ quædam sunt ex
cusationes necessariæ, & quæ impediunt
reum venire: velit nolit: vt puta, infirmitas:
vel est ab alio incarceratus: vel non potest
trāsire per iter. Istæ causæ possunt allegari
per quēlibet, nec requiritur ꝙ caueat de ra
to: qa velit nolit: absens, purgatus est. Quę
h dā sunt excusationes probabiles: [h] quæ cū
excusant à veniendo probabiliter, posset ta
men venire si vult: vt puta: quia in illo loco
habet inimicitias: & sic excusatur venīedo:
vt l. de ętate ad Treb. & de leg. l. sciendum.
§. j. tñ si vult venire: pōt: tūc talis excusator
simplex nō admittitur sine mandatū ad al
legandū talē excusationē: qa nescit quid il
le absens velit. Quædā sunt excusationes
mere voluntariæ: vt puta, tu non es meus
iudex. hoc casu si vult reus, pōt ꝓrogare iu
risdictionē. iō excusator nō pōt proponere
sine mandato, cū hoc consistat in volūtate
absentis. Ita debet intelligi prædicta c. & di
ctū Innocentij. Vidi ꝙ prædictarū excusa
tionum quædā possunt proponi sine māda
to: quędā non. Quæro procurator habens
mandatum, quas exceptiones poterit pro
ponere in crimine publici iudicij? Aduerte
i quędā [i] est exceptio dilatoria, ex quo nullo
modo crimen tangit: vt puta, dico quod
libellus

in lege eos. §. super his. C. de appellationibus. & in l. reos. C. de accusationibus. Et merita causæ puta opponere exceptionem peremptoriam, producere testes, instrumenta, & similia. Dicit etiam Bald. in dicto §. publice. qđ forte peremptoriam non poterit opponere. sed dilatoriam sic. §. pecu. in titu. de procuratoribus. tenet, quod ad merita causæ admittatur, quod intellige quando reus est in carcere. secus alius pro eo: vt not. Cynus in lege reos. & ibi Baldus. C. de accusationibus. Et hāc opinionem quod ad merita causæ indistincte possit admitti, tenet Ioannes Andreas in titulo de procuratoribus. §. primo. & inquit ꝙ non solum procurator, sed quilibet extraneus, & fortius coniuncta persona debet admitti, etiam ad plenam rei capitalis detenti in carceribus excusationem vt in conclusione cxcix. alias ccj. Petr. de Ancharano. in dicto. §. publice. dominus. Floren. & Abbas in dicto capitulo venięs. tenet contra Bartolum & vide quod notat Imola in dicto capitulo cū dilecto filio. de testibus cogend. & Baldus in dicta lege reos. xiij. columna & Baldus in le. tertia. C. ad legem Flauiam de plagi.

e ¶ Quæro. Et vide quid debeat facere talis excusator, per Bartolum in l. quæsitum. ff. de re iudicata & Bartol. hic adde Angelum in disputatione sua Bono. quidam. & Baldus in lege reos. in penultima columna. C. de accusationibus. Paulus de Leaza. in capitulo Ray. de testa.

f ¶ Sit mulier. In octaua columna & Innocentius in capitulo veniēs. de accusationibus. & Angel. in lege exigendi. in principio. C. de procura.

g ¶ De rato. Bald. in l. exigendi. C. de procurato. in versi. tertio quęro hic, &c. & in xxiij. col. Bald in l. reos. in penul. colū. de accusa.

h ¶ Excusationes probabiles. Nota quod quando reus est in vinculis, potest in qualibet causa criminali interuenire procurator. Idem voluit Bartol. in lege non tantum. de appel. & vide apposi[illegible]lam seq. & Imol. & mod. in l. cū i vna. de appel. & bar. in l. reos. in vij. colū. C. de accus. & bar. j. ea. l. in ij. col. in ver quęro.

i ¶ Aduerte quędam. Vide bal. i. l. j. j co. qūo & qñ iudex. & bal. i l. reos. i. xij. col. & seq. de accu.

Universidad de Deusto Biblioteca

libellus nō procedit:tu nō es meus iudex. Item accusator non potest accusare,& simi.vt per totū titulum,qui accusare nō possunt. Ista possunt proponi per procuratorem, per regulam l.j.§. vsus.§.de procura. Nec obstat iste §.quia loquitur tantū in istis
19 exceptionibus, per quas crimen examinatur. Quædā † sunt exceptiones quæ licet opponātur ad processum,tamen tangunt crimen.Verbi gratia:opponitur exceptio rei iudicatæ:nō potest procedi:quia de crimine iam est cōdemnatus,vel absolutus,vel
a non potest accusari:quia interfectus poterat impunè occidi [a] ex forma statuti,tūc quid iuris sit:aduerte. Istam quæstionē disputauit Iaco.de Are.& finaliter sic determinauit, Aut est notoriū illam exceptionē esse verā,& admittitur procurator.aliàs secus: argu.ad hoc in l.Fulcinius.§.si quis actione. quibus ex causis in posses.eatur.coniuncta l.eo tempore.§.de pec. & quod dicitur in solutione cōtrariarū legū:arg.pro hoc l.qui cum maior.§.libertus.de bo.liber.Hoc etiā tenet Dy.in l.reos.C.de accusa.& hoc tenet Iaco.de Bel.in quadam quæstione,quā disputauit. & ita consuluimus Pisis do.Franc.Tig.& ego etiā consului in ciuitate ista.& addidi talem rationē.Ratio huius est,quando est notorium ꝙ non debet procedi,iudex ex se nemine petēte debet absoluere reum d.l.qui cum maior.§.si libertus.& quod ibi no.§.de bo.liber.& quod no.in l.vbi pactū.C.de transac.Sed quādo esset dubium:tunc nō admittitur procurator,ne factum procuratoris
20 possit reo nocere,vt §.vidistis. Si verò † esset exceptio peremptoria:tūc procurator sine dubio nō posset interuenire : quia discutitur crimen:quia pronūciatur super crimine,nō super ea:vt l.
21 j.C.de ordi.iudi. Quæro,† quid si est dubiū de illa exceptiōe propter ius,nō propter factum:vt quia nō est dubiū, an quis sit exbānitus.Sed est dubiū an sit exbannitus de iure : an possit interuenire procurator ad examinationē illius exceptionis, & ad examinādum illud dubium? Respondeo,nō.sicut enim cum est dubiū super facto,nō potest interuenire procurator,vt §.dixi:ita nō poterit interuenire,si est dubiū super iure : quod probo per l. cum prolatis.§.de re iu.& quod nota.§.de legi.l.non possunt.& C.de legi.l.cum de nouo.& in prima cōsti. Codic.§.quibus.vbi expressè dicitur,dubietas super iure,æquiparatur dubietati sup
22 facto.& ibi not.in glos. Quæro,quid † si ista exceptio dubia, quā dixi non posse examinari per procuratorē,veniat examinanda separatim à crimine.Ista est quæstio de Ranagese quæ fiunt inter do.Iac.de But.ex vna parte & Iac.de Bel.ex parte alia:quę talis est:Quidā Ranagese nomine fuit interfectus,filius eius accusauit occisores:illi excipiebant ꝙ poterat occidi,quia erat exbānitus:reperiebatur cancellatus de bāno,sed erat dubiū an cancellatio valeret:quia iudex maleficiorū modicū sciebat. Cōsiliū ciuitatis cōmisit examinationem illius exceptionis tantū collaterali:quęritur.an possit interuenire procurator corā collaterali? Iaco.But.disputauit hanc quæst. & determinauit ꝙ sic. Et Ratio finalis,quā ipse fecit,est talis : Exceptio quæ tangit crimen, quādocunq; venit examinanda separatim à crimine,in ea potest interuenire procurator:vt l.j.& l.pses.C.ad le. Flauiam,de plag. Sed ista exceptio venit examināda separatim à crimine:quia tātum de ea cognoscit collateralis:ergo &c. Iac. de Bel.disputauit cōtrariū.Et Ratio potissima fuit ista:Illud,quod dicit,ꝙ quando exceptio quæ tāgit crimen,venit examināda separatim à crimine,potest interuenire ꝓcurator. est verū quando examinatur ad aliū finem quàm ad examinationē & decisionē criminis. Ita loquitur l.j.& l.præses.C.ad legem Flauiam de plagia.Sed quando quæstio examinatur separatim à crimine,tamē tendit ad excludendum crimen,seu tendit ad decisionem criminis, videtur vna causa,& vnum iudicium cum crimine,coram eodem iudice debet examinari:vt l.arbitro.& l.si ab arbitro.§.qui satisda. cog. & infra à qui appel.non licet l.fina.Pro hoc C.de iudi. in authē. ad hæc.& ita fuit obtentū,& determinatum.quod satis mihi pla
b cet.& pro ista parte multa consilia venerunt. Quæro,quid [b] si procurator non debuit admitti,& fuit admissus? Respond. hanc quæstionem format glo.in l.quamuis.C.de adul.& in hac quęstione dubito.ego consueui dicere aliàs,aut procurator fuit admissus ex parte accusatoris,aut ex parte rei. Si ex parte accusatoris,valet processus. Ratio : quia pars & iudex potest remittere accusatori pœnam calumniæ : & solum propter pœnam calumniæ erat, quōd deberet admitti principalis. Si verò ex parte rei : tunc non potest interuenire, nisi post causæ conclusio-

a ¶ Impune occidi.Et sic in exceptione bāni,adde quæ habentur in apostil. l.seruū quoq; §.publice.de procu.Bal.in c.j.§.iniuria.de pace iura.fir.Bar.& Bal.in l.vbi pactū.C.de transac.Et an quilibet admittat vel aliqs examinatur de bāno ad impediendū executionē bāni,vide Bal.in rubri. C.de iur.fis.lib. x.& ad Bar.hic adde Bal.in l.j.in ij.col.qūo & quādo iudex.& Bal.in l.emptor.C.sent. rescin. nō pos.& in l. reos.i in xiij.col.in verse. vltimo quero an ꝓcura.cū ver.seq. C. de accus.

nē:vt l.cūjuis.nūc dubito,& forte eēt melius dictū,ꝙ processus non valeret:quia vna de rationibus,quare ꝓcurator accusatoris nō pōt interuenire est,qa diligentius agit quis suam causam per se,cū; per alium. Esset ēm in detrimentum rei publicæ quod propter procuratoris factū reus absolueretur. Præterea,pro hoc facit iste §.qui dicit,ad crimē publici iudicij persequendū frustra,&c. & sic nullo modo potest interuenire. secus si posset interuenire,si nō repelleretur exceptione:quia tunc non esset frustra: & hoc nisi post causæ conclusionem:vt d.l.cūjuis. non habetis alia circa hunc §.qui fuit repetitus per d.Bar.die xxij.mensis Octobris.

1 *Pater accusat de morte filij sine metu calumniæ,nisi calumnia sit euidens.*
2 *Accusatus de furto quod non commisit,non infamatur*
3 *Calumnia euidens quæ dicatur.*

14.

c GEneri. [c] Sententia iniusta patrē prosequētē necem
1 filij non infamat.h.d.†.Nota ꝙ pater accusat de morte filij,sine metu calumniæ.Secundo nota ꝙ iniusta sententia præsidis patrē nō infamat. Ad primū nota. oppo.de l.pater.j.de adul.Solu.de euidenti calumnia tenetur,vt ibi:alias non,vt hic.Vl-
2 timo nota † ꝙ accusatus de furto,ꝙ non cōmisit,non infamatur.Glo.nostra tenet cōtrariū.& dic plene,vt in ea notatum habes
3 & vide dictam glo. Quæro,dicit † ꝙ pater tenetur de euidenti calumnia: quæro quæ dicatur euidens calūnia.Rn.illa quæ apparet ex actis,vel legitimis pręsumptionibus probatur in l.licet.de leg.j. vbi dicitur euidens,quod ex præsumptionibus,& coniecturis patet.Facit l.si quis locuples. de manu.testamen.ergo sententia fuit nulla.Item induco in argumē.ad q.scitis ꝙ seruus nō infamatur,quia famā nō habet,vt l.pen. §. fin.j.de va.& extraord.cog. Et modo dic. si quis accusat seruum,et calumniose de publico crimine infamatur,vt habes:quia hic est speciale in patre:ergo in contrarium est ius commune.

b ¶ Quæro qd Cy.in d.l.cūjuis.post.Fran. Accurt. tenet istam opi.& Cano.not.in c.j.de iudic.in vj. & tenēt ꝙ ꝓcessus valeat.& idem. Do.de Rota conclu.sua cij. Bal in l.seruū quoq; §.publice. de procu. qui dicit,ꝙ ꝓcessus factus añq; exceptio opponatur, semp sit validū:sed in quacū que parte iudicij repellit ꝓcurator ꝓsecutionē causæ, sicut in exceptione excōicationis quę semper in quacūq; parte iudicij repellit agentē, sed iudiciū prius habitū ratū manet. capia.de exce.in vj.& vide qd no.ꝓ Bart. in l.eleganter.ii quis post.de cōdi. indeb. & dictā opi.Bal.tenet Io. And.i d.ca.j. post Inn.adde q; no. Bal.i l. ita demis.C. de ꝓc. vbi tenet idē videlicet ꝙ ꝓcessus valeat.cūjuis ipse aliter loquat in l.licet.i iij.col.C. de ꝓcu.vbi no.ēt dicit,ꝙ post negationē et litis cōtestationē pōt reus opponere ipsi iudici inqrēti,ꝙ nō pōt inquirere:& sic de nullitate inqsitiōis opponere. Adde Bald. in l.reos.in viij. col. de accus. Ang. vero i d.l.tenet q. ista exceptio potest opponi post litē contestatam,nisi crimē esset liquidatū.de quo cū ibi vide.

c ¶ Generi.Secūdo nota inquantū allegauit glo. l.si fœmina. C.ad Turp. quę ponit qui veniūt appellatione suorū extra materiā furtatis. Iō dic, aut nos loquimur quo ad mādatū & dic vt in gl.secundū Bar.i.l.pxi. Aut nos loqmur qū quis venit ad defendēdū. & dic vt in l.i. & ij. de lib.cau.et in l.j.in fi.cū seq.de iur. aut principaliter venit quis agēdo,& appellatione suorū veniēt eēs emāciparī.l.j.in fi.cum l.seq.de iniur. & ibi no.Ang.Extra aūt has pernas ibi enumeratas venient omnes vsq; ad quartū gradū,per l.pe.circa medū.C. de aduo.diuer.iud.& ibi Bal.ad dicta omnino vide iij. q.fi.c.j.& bellissime in proposito inquit Spe.in ti.de aduo.§.obiciunt. & §. j.de accus.§.iij.ver.j.& ij.& de rescrip.præsentat.in.§. nomine quolibet impetrantis.& ibi etiā ponit q admittantur ad impetrandum rescriptum ab speciali mandato,quos enumerat etiam Ange.in d.l.j.in fi.de iniur.itē vide quæ habentur in l.ij.in fi.de accu.& in l.j.C.si rector proui.& d.Ant.in c. de extero.de test.& ad gl.in d.l. si fœmina.vide Gul.post gl.i.de in ius voc. l.iij.§.parētes.vide etiā late Bal.in l.j.in xxj.col.C.qui accus.

De accusationibus & inscriptionibus. *Rubrica.*

Continua rubricam sic:Dictum est §. de publicis iudicijs:verum quia publica iudicia exercentur per accusationes : ideo ponitur rubrica de accusationibus. Item quia in accusationibus ponitur inscriptio ideo sequitur de inscriptionibus.de quibus habetis j.eo.l.libellorum.& l.si cui in prin.

LEX I.

NOn est permissum.

Quia lex ista glossatur persequentem:ideo hic nihil dico : sed dicam in l.seq.

a ¶ Accuſare. Et ad materiam quis poſsit accuſare, an adulatores, & facilis litigator poſsint accuſare. Et videtur caſus ꝗ ſic.in c.ſimiliter.in ver.litigabunt.iij.quæſt.v.Quid de inimico, vide Ange.& Imo.in l.is qui reus.ſ.ti.j. in penul.chart.& gloſſ.& Bar.in rub. C.de accu. Ad idem vide Ro.in ſingu.xxxvij.Et accuſatio dicitur illaudabilis. ij.qō.vij.c.ſi quis. de quo vide not.in c.j.in glo.j.ij. q.vj. vbi accuſatores appellantur ęmuli.& d.c.ſi quis. alle. Abb.mod. in ca. ex parte.in ſi.extra co.

b ¶ Quæro vtrū. Per Bald.in rubr.C.qui accuſ.& ibi dixi. & Cy.& bal.in l.de crimine.eo.tit. Et quādo quis admittatur ad vindicādā ſuorū iniuriā, adde gl. in c.j.§.hoc aūt.qui feud. dare poſ.

c ¶ Quæro quid. Adde Bar.i l.cū ſcimus.de agri.& cēſi.li.xj. & Bar.per illū tex. in l.hos accuſare. §. oībus.in vl. col.ſ.e. & Imo.i l.ex facto.§.ſi qs rogatus. ad Treb.& facit ſi ſtatutū dicit ꝗ pœna remittiť ſi offenſus habuit pacē a filijs offēſi, vtrū filius ſpurius poſsit facere pacem? Cōcludiť ꝗ naturalis pōt, ſpurius non: & quia ius vindicandi mortem defuncti ſpectat ad hæredes l.j.& ij.C.de his qb. vt indign. Sed tales nō poſſunt eſſe hæredes:ergo &c.& vide Cy.& Bald. in l.quiſquis.C.ad l.Iul. maie.& ad Bart.hic adde Bal.in l.j.in xxij.colū.C.q accu.in ver. quo ad ſecūdū. vide Bar. in l.id qđ pauperibus.in x.co. de epiſ.& cleri.& in l.neganda.ad fin.C. qui accuſ.

POMATES.

d ¶ Quid de filia. Vide Feli.in c. in præſentia. column.x.de proba. & d. Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. colū.xiij.ſ.ad Trebel.& colū.ſeq. ad fin.& Archi.in c. canonum ſtatuta.colum.lxxxj.de conſti. & aliquid lxxxiiij.et vide Bald.in d.c.nōnulli, colum.ij.volu. ij.& iij.in fin.& ſeq. vbi pulchre declarat dicta bar.hic.

e ¶ Coniuncta perſona. Quæ dicatur coniuncta perſona.Innocen.in c.Michael.de fi.preſby.in c.nōnulli. de reſcri. quod filius ſpurius non poteſt ſine mandato experiri:quia non dicitur coniuncta perſona. & ad ea quæ no. Bar.hic, vide omnino Inno.in d.c.nonnulli,& Ange.in l.j. & ij.ſ.de libe.cau.& quod not.Specul.in tit.de aduo.§.obijcitur.& §.j.& in titu. de accu.§.j.& in tit.de accuſ.§.iij.verſ.j.& ij.vide l.ſi cui eorū §. affinit. de poſth.& ibi Bar.& Imo.in l.ex facto.§.ſi qs rogatus.ad Treb.Bar.& Bald. in l.cū rē alienā. C.de leg.bal.in l.pe.§.egredientes.de aduo.diuer.iudi.& in l.j.i fi.ff.de poſtu.& i.l.j.& iij.de iudi.Imo.& bal.in l.j.C.q accu.& aduerte: ga cōiuncta pſona in linea trāſuerſali nō dicitur vltra quartū gradū.tex.eſt in l.fi.§.quarto gradu.ff.de gra.affi. Qui aūt dicātur pximiores cōſanguinei recurre ad Bart.in l.ſi tertius.de aqua plu. arc. & Bal.in l.exigēdi.ad fi.C.de pcu.Bal.in l.fi.§.fi.C.de fur. Et quod ſpurius nō admittatur ſine mandato, voluit Bal.in l.quod pauperibus.in x.col.C.de epiſ.& cle. Bald.in l.cū acutiſsimi.C.de fideic. Imol.in d.l.ex facto.§.ſi qs rogatus. Et ꝗ dicanť neceſſarię pſonę, habetur i l.j.& ij.ſ.i ius vo.vt eant. & in l.benignius de lib.cā.vide Bar.in l. lex Cornelia.in pri. ff.de iniur.& in l.cū ſcimus.de agri.& cēſi.lib.xj. Adde ꝗ ſtāte ſtatuto, ꝗ cōiunctis vſq ad quartū gradū,& illis de domo pmittať vīdicta, quod ſpurius poterit vindictam ſumere: vt voluit Bald.cōſ. cxix.lib.v.

f ¶ L.ſi fœmina. Quæ ponit q veniant appellatione ſuorū extra materiā ſuitatis: ideo aut nos loquimur quo ad accuſandum.& dic, vt in d. glo.ſecundū nos, p Barto.hic.ſ.proxi. Aut nos loquimur quando qs venit ad defendendū: & dic vt in l.j.& ij.de lib. cau.& in l.j.in fin. cum ſeq.ſ.de iniur. Aut principaliter venit quis agendo: & appellatione ſuorum veniūt omnes enumerati in l.j.ſi. cū ſeq.ff.de poſtulā. & ibi Angel. nota. & extra illas perſonas ibi enumeratas veniūt oēs, vſq ad quartū gradum, per l. petit.circa mediū C.de aduoc. diuer. iudi. & ibi Bal. Ad prædicta vide omnino.Ca. in quarta q.fi.& not.Specula. de aduo.§.obijcitur. & §.j.de accuſat.§. iij.verſic.j.& ij.de reſcri. præſen.§.ratione autē impetrātis.vbi etiam admittitur ad impetrandū reſcriptū pro alio ſine ſpeciali mandato, quos enumerauit etiā Ange.in d. l.j.in fi. Itē vide qđ habetur in l.ij. in fi. de accu.& in l.j. C. ſi rector prouin.& domi. Antoni.in ca. de cætero.de teſtib. & ad gl.in d.l.ſi fœmi. vid Gu.& bar. in l.j.poſt gl.i.in ius vo.vt eant.late per Bald.in lege prima. qui accuſ.in xxj. columna.

g ¶ Quid de adulto. Vtrū adultus poſsit accuſare, adde no.p Bar.in l.de pupillo. in prin.de ope.nunciа. Gui.de Suz.in l. j.C. de pči. Imperatoris bal.in rub. C.q accu. in iij.colū.& in l.ij.e.ti.bar.in l.q accuſare.ſ.e. An aūt accuſatio facta ab iſtis pſonis inhabilibus ſit ipſo iure nulla, vide bar.i.l.j.§.accuſa.ſ.ad Turp.adde Io.An.i ti.de accuſatore.§.j.ver.ſed qd de pubere.& ibi vide rationē diuerſitatis, quare minoritas ſufficit potius in accuſando, quam in teſtimoniū perhibendo.

1 *Mulier de quibus criminibus poteſt accuſare.*
2 *Vxor poteſt accuſare de morte mariti.*
3 *Filij naturales, ſpurij, & nepharij, admittuntur ad accuſandum necem defuncti patris.*
4 *Hi filij quo ad matrimoniū dicūtur cōſanguinei, et affines*
5 *Filij naturales, & ſpurij, quod poſſunt etiam accuſare de crimine publico in patrem commiſſo.*
6 *Coniuncta perſona, vt poſsit agere pro coniuncta ſine mandato, vſque ad quem gradum intelligatur, quod vſque ad illum gradum quo poteſt ſuccedere.*

LEX II.

Certis. Nota hanc notabilem legem. Nota bene text. ibi: veluti ſi mortem &c. Opp.di
1 citur † hic, ꝗ mulier non poteſt accuſare,[a]
a niſi in iſtis criminibus. Contrà in l.in quęſtionibus.ſ.ad leg. Iuliam maie. Solu. ꝗ hic dicitur, ꝗ mulier non poteſt accuſare, fallit in caſibus hic poſitis. Item fallit in alijs caſibus propter immanitatem criminis, qui caſus ponuntur in glo.per ordinem.quam vide. Item dicitur hic, de teſtamento paterni liberti. Sed quid ad propoſitum: nonne de quolibet teſtamento poteſt mulier accuſare? vt ſ.proxi.ergo ad quid fuit impoſitus iſte ver. Sol.hic alia ratio videbatur impedire mulierem: quia contra eum cogi inuita non poterat dicere teſtimonium. ergo eo modo videbatur quód non poſſet accuſare.quod hic remouetur. Hæc ratio non eſt bona.ſi enim non poteſt dicere teſtimoniū: ergo minus videtur admitti ad accuſandū: vt in princi.huius legis. Quare dic ſecundū Iac.de Are.ꝗ hoc ſenatuſconſultum non fuit neceſſariū:quia non ſolū poteſt accuſare ex hoc ſenatuſconſulto, ſed etiā ex princ. legis de iure communi, ex pręcedenti regu
2 la. Quæro, † vtrum[b] mulier poſsit accu
b ſare de morte mariti. Rñ.ꝗ ſic.nam de morte ſoceri poteſt: vt in prin.huius legis, coniuncta l.lege Iul.ſ.de teſti. ergo multò magis de morte viri: quia eſt propinquior, vt d.l.lege Iul. Item vos videtis hic & ſ.l.proxi.ꝗ ſi quis proſequeretur ſuā vel ſuorum iniuriam, poteſt accuſare.& tex.dicit de li
3 beris & parentibus. Quæro † quid[c] &
c de filia[d] naturali, vel ſpuria: vtrum admit
d tatur ad vindicandum necem parentum? Breuiter hāc qōnē tangit Inn.in c.nōnulli. in fi.§.extra, de reſcri.circa fi. & ibi finaliter ſe nō firmat. Ego dico ꝗ filia, vel pater naturalis vel mater naturalis admittitur.ar.l. iij.ſ.de libe.cau.vbi videtur tex.ſed de ſpurijs pōt dubitari:quia filij ſpurij nō ſunt nominandi filij: vt in auť.ex cōplexu.C.de inceſt.nup.& in corpore vñ ſumiť. Itē dubito de filio ſacerdotis, vel monachi:quia illi ſunt nepharij:& nō poſſunt demōſtrare patrē: vt l.vulgo.& quod ibi no.ſ.de ſta.ho. Finaliter ego credo oēs iſtos admittēdos tāq̄ idoneiores, quaſi propēſiore dolore ad hoc accedāt; arg.l.ij.in fi.j.de adult. Pro hoc ego
4 † video, ꝗ ad matrimoniū iſti tales naturales, & ſpurij, dicunť cōſanguinei, & affines vt no.in l.nō facile.§.affines.ſ.de gradi. Prętereа leges loquētes de hac materia loquūtur quodā vocabulo naturali, ſ.parentū, & liberorū: vt hic. Sed qñ iſtis vocabulis vtitur, nō attēdimus diſpoſitionē iuris ciuilis: vt l.tutelas.ſ.de capi.dimi. Pręterea, iure naturali omnes liberi, et legitimi naſcebātur: vt in auth.qui mo.na.effici.ſui.§.liceat. Cū ergo vtatur vocabulo naturali, vt hic patet & l.tutelas. ergo & tales liberi admittētur:
5 arg. prædictorū iuriū. Secundò quæro, † quid in alijs criminibus, non mortis: vtrum poſsit accuſare de publico crimine cōmiſſo in patrē, vel ſimiles perſonas. Hic enim nō loquitur niſi de morte, & de teſtamēto. Certé puto qđ idē.arg.l.j.& l.ſeq.ſ.de libe.
6 cau.cōiuncta l.lex Corn.ſ.de iniu. † Quęro, cū dicať in l.ſed & hæ.ſ.de pcu. ꝗ cōiūcta perſona admittatur pro cōiūcta ad agēdum ſine mādato: qualiter intelligetur con
e iuncta perſona[e]: intelligeturne ſecūdū iſtā legē? Certe ſatis videť facere ad hoc ꝗ nō,
f in l.ſi fœmina[f].C.ad Turp.tamē Inn.videtur dicere ꝗ coniuncta perſona intelligať vſque ad illum gradum quo poteſt ſuccedere. Ita not.ipſe in d.c.nonnulli.§.fi.de reſcrip.& forte tenetur.

1 *Pupillus maior infante, accuſat de morte patris cum authoritate tutoris.*
2 *Adultus annorum uiginti poteſt ſine curatore accuſare de morte patris.*
Minor xx.annis nō pōt teſtificari in crimine publici iudicij.
3 *Nepos pōt accuſare de morte patris, & teſtamento aui.*
4 *Tutor quando accuſat de morte patris & pupilli, debet dicere, tutorio nomine pupilli.*
5 *Cautus aduocatus quando accuſat tutor, dicit, talis tutor accuſat.*
6 *Tutor poteſt accuſare tutorio nomine pupillorum, & etiā tanquam conſanguineus defuncti, licet teneatur eligere ad petitionem conuenti.*
7 *Syndicus uniuerſitatis quod poſsit accuſare ſyndicatorio nomine uniuerſitatis.*

Pupillus. Vides ꝗ pupilli poſſunt accuſare de morte patris cū cōſilio tutorū: vt hic videtis. Oppo.ꝗ nō pupillus accuſet, ſed tutor: vt l.ij. C.qui
1 accuſa.nō poſ.Gl.dat plures ſo. † ſed illa eſt vera, aut pupillus eſt maior infante: & pōt accuſare cū authoritate tutoris. alias tutor
2 accuſat. Quærit † glo.quid de adulto[g]?
g Certe dicūt quidā, ꝗ adultus poterit accuſare: cū nō phibeať niſi pupillus. Sed contra hoc facit l.i teſtimoniū.ſ.de teſt.vbi minor xx.annis ad teſtimoniū nō admittiť in crimine publici iudicij. Hug.hic fateť ꝗ nō admittať, niſi ſit xx.annorū. Hoc tenet Iac.de Ra.& Pet.vt refert Cy.in l.ij.C.q accu. nō poſ.& Iac.But.& oēs.& Spec.in ti.de acc.
3 ver.ſed qd de pubere. Quæro hic † permittit exeq de morte aui, et de teſtō pr̄is. Quid ergo de teſtō aui, & de morte patris? Dicit
4 gl. idē, & multo magis. Extra glo. † quæro dicitur hic, ꝗ tutor accuſat: quæro quando tutor accuſat, cuius nomine accuſat? Text. in l.ij.C.qui accu.nō poſ.videť dicere ꝗ accuſat ſuo noīe, nō nomine pupilli. Cōtrariū

videtur

Universidad de Deusto Biblioteca

a ❡Et istā opi. Sed forte hoc nō puto verū: qa iterpretatio semper fit cōtra libellantem. Gl. est sing. in c. i præsentia. extra de proba. And. Barba.

b ❡Vtrum syndicus. Adde Bar. in extrauag. ad reprimēdū. i versi. legitime. & vide gl. i l. sed si hac. de in ius vo. & Bal. in l. Polla. de his qui. vt indi. & in l. ij. C. qui accu. & in l. seruum quoq;. §. publice. de pcur. & in l. reos. C. de accus. Et qualiter respondebit interrogatorijs necessarijs, nota. in c. præsentiū. de testi. i vj. & Ang. & Imo. in l. pe. §. crimen. de publi. iud. in xj. chart. Adde q̄no cōueniēda sit vniuersitas, si deliquit. Ange. cōs. clxv. Io. An. i addi. ad Spe. i ti. de acc. §. j. ver. itē duos. vbi tenet, & ita dicit p cōplures fuisse cōsultū, q syndicus nō pōt nomine vniuersitatis accusare, sed noīe suo ad vniuersitatis commodum.

POMATES.

c ❡Libellorū. An autē ista lex habeat locū vbi summarie pcedit, vide Ro. cōs. cxcj. ad fi. & aliqd p d. Alex. consil. lxxij. col. iiij. ad fin. & seq. vol. j. & clxxiiij. col. iij. vo. ij. & lxxj. co. j. vol. iij. vbi gñaliter dicit ponēdo exēpla, vt ibi, agit ex delicto debet specificare circa qd est cōmissū.

Aduerte q Bar. inuoluitur vitio cōtradictionis, secūdū quosdā in hac l. libellorū. Sed i quo videat cōtrariari. & p eius saluatiōe vid cōcordā. positā ad §. fi. i l. ij. cō dō. ff. de cōd. et dem.

d ❡Debet inseri. Si tn̄ fuerit insertus, debet pbari: vt not. maxime Bal. in l. j. C. q ac cu. cum tp̄s appositū sit de substātia pbationis. l. ob carmē. ff. de test. qd itellige verū, nisi dixerit i fine accusationis q nō intēdit se adstringere, nisi ad ea q̄ sufficiūt ad victoriā causę: vt no. Ang. i l. i causis. C. de accu. p l. diuus. de re iu. & l. p̄tor. §. docere. l. vi bo. ra.

e ❡Apponi locus. Vtrū locus debeat poni, add Bar. i l. de pupillo. §. q opus. de ope. no. nūc. Quid aūt si qs cōmiserit maleficiū i mari, qs locus cōfinabit: vide Bal. i l. si testamēto. ff. d his q. vt indi. & qd si qs p̄stitit opē, vel auxiliū, qs locus cōfinabitur, vide Bart. in l. in furti. ff. de fur. & vide ad hęc dicta q̄ habes post Bart. in l. qd ait lex. §. j. de adult. qd in mādante qs locus & dies, vide i l. nō solū. §. si mādato. de iniur. adde q si accusat testis de falso, debet poni locus iuramēti nō depositionis, secūdū Bal. in l. j. ad fi. C. de sacrosan. eccle. Itē i crimīe falsi pcedit: licet locus nō ponat delictū clādestine cōmittit: vt no. Inst. de publi. iud. in prin. & alibi nō reperit secūdū Bal. in c. j. circa fi. q. mo. feu. amit. et qñ testis cōmittit falsū, tacendo veritatē, qs locus debet poni i libello, vide Bal. in l. presbyteri. C. d epi. & cler. & Bal. i l. illa institutio. de hær. insti. & in l. ij. de epi. et cle. & qd si maleficiū est cōmissum in cōfinibus duarū ciuitatū vide Dy. & Bal. i l. fine. §. j. de lib. agn. et p Bal. i l. ij. C. vbi d cri. agi. opor. p do. Ant. in c. fi. i prin. de foro cōpe. & Bar. i l. iurisperitos. §. cū oriundus. de exc. tut. & ad materiā vide bal. p istū tex. i gl. i l. j. C. vbi de cri. agi opor. & i cōs. fc. in pūcto pponit q Titius accusauit Seiū &c. bal. i l. actor. i vlt. col. C. de pba. Bal. in l. nullū. C. de test. An i inquisitione reqrat locus & tp̄s, vide Bal. i l. iubemus. in ij. col. C. de pb. add Alex. cōs. clj. & cxxij. vo. ij. vbi q̄ sint ponēda i libello i criminali p Ro. cōs. lx. vbi dicit, q i mādato dato ad accusādū necesse est ponere, & diē & locū commissi delicti.

videtur in l. Polla. C. de his qui. vt indig.
vbi videtur dicere: q accusat nomine pu-
pilli, sed gl. in dictis legibus exponit q ac
cuset nomine pupilli. i. nomine suo ad vti
litatē pupilli. Ego dico, q tutor pōt accu-
sare tutorio nomine pupilli. Casus est in l.
Polla. & l. tutorē. §. de his qui. vt indig. Nō
obstat d. l. ij. quia fateor q inscribit se no-
mine suo, tamē nomine pupilli accusat. Si
mile q vnus accusat, alter inscribit: vt l. vl-
a ti. C. de iniu. Et istā opi.[a] tenet Richar. Ma
5 lum qd puto verū de iure. Quid †ergo fa-
ciet aduocatus cautus, quādo tutor accu-
sat? Rñ. dicet, talis tutor accusat: nō dicet,
tutorio nomine. & ex hoc seruabit vtraq;
opi. Si enim debet accusare tutorio noīe,
ex hoc q dicit tutor, intelligit tutorio no-
mine: vt l. cū post. §. j. §. de admin. tuto. & l.
post mortē. §. j. §. qñ ex fac. tu. Sed si nō pos
set accusare tutorio noīe, intelligeret pro-
6 prio noīe, prout potest. Quæro, †qd si
tutor accusat tanq; tutor pupillorū, & tan
q; cōsanguineus talis defuncti: an admitte
tur talis accusatio? Certe sic: qa ex vtraq;
parte pōt accusare: sed ad petitionem con-
uenti tenetur eligere quo iure accusat: qa
interest cōuēti: qa si tanq; tutor accusat, nō
tenet nisi de euidēti calūnia: vt l. tutorē. &
l. Polla. præallegata. sed si accusat tanquā
cōsanguineus, tenet de calūnia, sicut qli-
bet extraneus: ideo cum interest conuēti,
debet eligere: vt l. si duo. §. de solut. Facit l.
quoties. in prin. & qd ibi not. §. de admini.
7 tuto. Vltimo quæro, †vtrum syndicus[b]
b pro vniuersitate posit accusare. Dy. con-
suluit in hac quæstione, & determinauit
q syndicus pro vniuersitate nō potest ac
cusare syndicario nomine, sicut nec tutor
tutorio nomine. Nā æqparātur syndicus,
& actor: vt l. j. §. quibus. §. qd cuiusq; vni.
no. Itē æquiparātur actor & pcurator: vt
l. itē eorū. §. actor itaq;. eo. ti. sed p pcura
torē nō pōt qs accusare: vt §. ti. j. l. pe. §. ad
crimen. ergo &c. Breuiter, quātū ad propo
situ, puto q syndicus posit accusare no-
mine vniuersitatis, sicut tutor nomine pu
pilli: vt §. dixi. argu. ad hoc l. orphanotro-
phos. C. de episc. & cleri. Pro hoc etiā fa-
cit l. tam collatores. C. de re mili. li. xij. sed
illa lex loquitur magis in syndico vniuer
sitatis accusatæ. quam accusantis.

1 Anni domini, & Imperatoris nomen, non sunt apponendi in accusatione, si apponuntur in principio quinterni.

2 Dies commissi criminis non debet inseri in accusatione, & quando infra. & nu. 12.

Dies dati libelli accusatori non apponitur. sed notarius apponit.

3 Locus loci non apponitur in accusatione, quando factum, de quo quis accusatur, est uniformiter punibile in quacunque parte loci: secus si non esset uniformiter punibile.

4 Si sunt duo castra eiusdem nominis sub una iurisdictione, debet locus commissi criminis expresso nomine demonstrari: sed si ad diuersas iurisdictiones, accusatio intelligitur de castro suæ iurisdictionis.

5 Locus commissi delicti appositus in accusatione, debet saltem per duo confinia demonstrari: nisi esset ita certus, quod alia demonstratione non indiget.

6 Locus, ubi quis percutitur, inspicitur: non locus, ubi quis moritur.

7 Si existens in platea cum balista sagittauerit, & percusserit existentem extra plateam: quis locus inseratur: & dat cautelam quod uterque locus.

8 Statutum puniens mittentem gentem contra aliquem terram uicinam, locus, ad quem mittitur gens, confinabitur.

9 Accusare uolens aliquem qui occupauit aliquam ciuitatē, ex quo de delictum respicit uniformiter totā ciuitatem, necessario non requiritur demōstratio particularis loci ciuitatis.

10 Locus delicti, quando requiritur quod apponatur in accusatione delicti, quod committitur negligendo, uel omittendo.

11 Quod dicitur in hac lege de loco, & tēpore, habet locū in adulterio, & in maleficio simili positiuo: secus in dissimili.

12 Dies commissi delicti quod inseri debeat in accusatione, quando in illo die delictum est punibile. Idem in hora.

Accusatus licet regulariter non teneatur apponere diem & horam commissi delicti in accusatione, tamen ad partis petitionem iudex potest cogere declarare diem, & horam, ut reo sit defensio: non tamen cogitur probare.

13 Tps percussionis, & nō mortis, inseri debet in accusatione.

14 Tempus insultus quando sit apponendum in accusatione, & quando tempus percussionis.

15 Si uulnus est factum ante natiuitatem, & accusatio post natiuitatem, & dicitur hoc anno: quod hæc accusatio non comprehendit delictum factum ante natiuitatem.

Annus potest duobus modis intelligi.

Libellus quod intelligatur secundum intētionem libellātis.

16 In delicto quæ habent causam continuā, seu successiuā sufficit exprimere annum, uel mēsem secundū quod delictu fit.

Quando agitur contra aliquem, qui per unum annum tenuit aliquam terram occupatam, sufficit apponere annum, uel mensem secundum quod ipse tenuit.

17 Persona accusati debet saltē exprimi per duas demonstrationes: nisi esset singulare nomen q per se demōstraretur.

18 Non curatur, an accusatio formetur in prima, uel in tertia persona.

19 Cōclusio in libello criminali, quod regulariter nō reqratur.

20 Inquisitio an debeat continere annum, diem, locum, & tempus commissi delicti: remissiue.

LEX III.

c Libellorum.[c] Vidistis de materia, qui
accusare nō possunt: hic incipit de
materia accusationis. Op. duob[us] modis:
& videt q debeat inseri dies & hora: ut l.
aut q aliter. §. j. §. quod vi aut clam. Gl. nō
soluit. Dic vt ibi. Scđo oppo. q persona
non sit inserenda, vt l. iij. in princ. §. de ap-
pel. Gl. nō soluit. Dic, q ideo non debet
inseri persona: qa ex actis primæ causæ ap
paret persona cū qualis est mota: hic vero
non apparet persona, quæ accusatur, nisi
in libello apponatur. Quæro, vtrum de-
1 beant †scribi anni dñi, & nomē Imperato
ris. Gl. videt velle q sic: vt hic, & not. in l.
in causis. C. eo. arg. in auth. vt præpo. not. Impera. in prin. Veri-
tas est, q tex. hic hoc nō decidit: nec vtimur ista solēnitate: sed
si anni domini, & nomen Imperatoris scriptū est in principio
quaterni notarij, videntur hic repetita: non tamen vtimur illa
solennitate. Dicitur hic consul. quæro de quo consule hic lo-
quatur. Respon. dicūt quidā de consule, apud quem accusatio
pducit. Hoc est falsum: vt apparet ex tex. vbi accusatio pducit
corā p̄tore, vel p̄side: & tamē nomē cōsulis apponebat. Quare
dic, q hic loquit de cōsulib[us] ppli Romani, qui hodie nō sunt in
2 vsu. & ita dicit gl. Quæro de qua †die hic loquat. Rñdeo. de
die dati libelli: nō de die cōmissi criminis. Nā ille nō debet in-
d seri:[d] vt hac lege. sed dies dati libelli in criminalib[us] debet inseri
ab accusatore: in ciuili a reo, vt in auth. de exhibē. reis. §. susce-
pto. tn̄ ista solēnitate nō vtimur: sed notarius ipse scribit diē, in
qua accusatio porrigit. & istud sufficit. Quero, extra gl. hic di
cit, q ponit loc[us], tp̄s & psona. Primo ergo q̄ro, vtrū in accusa-
e tiōe debeat apponi loc[us][e] loci, vt in tali domo & in tali camera:
an sufficeret solū dicere i tali loco. Videt q nō sufficiat dicere i
tali domo: qa aliū est camera: vt l. j. §. eodē aūt tecto. §. ad syll. &
tn̄ hic nō dicit, nisi de domo. Breuiter dico, q si qñq; factū, de
quo qs accusat, est vniformiter punibile i quacunq; pte loci cri
mē fiat: tūc sufficit ponere domū, nec habem[us] pōere locū loci,
vthic. Sed si nō eēt punibile vniformiter: verbi gr̄a, pōt hō igre
di palatiū ciuitatis, i aula iferiori, sed i supiori nō sine pœna: tūc
si qs vellet accusare me de itroitu palatij, debet dicere q itraui
supiorē aulā: & sic debet pōere locū loci vt cōcludat ar. l. de pu-

a ¶ Eiusdē nominis. qđ si sint duo loca eiusdem nominis, an vitietur adde Bar. ī l. quoties. ſ. de verb. obl. et ista faciūt ad q. de citatiōe facta đ vno cum duo sint eiusdē nōis, đ quo ꝑ Bal. in l. cū quē temere. ſ. de iudi. Et cum Bar. hic trāsit Ang. in l. si rem. ſ. de rei vēdi. vide Bart. in l. ita fidei. de iure fisci in d. l. quæ conditio. §. fi. vbi aliter vr̄ loq.

b ¶ Quæro, qualiter. Adde Bart. in l. demōstratio. et ibi de condi. et demō. Adde l. cū pater. §. fi. de lega. ij. et ibi ꝑ Imol. et vide in l. j. de lib. & posthu. retinus refert in suo tractatu maleficiorum, cōtrariū fuisse in facto terminatū hic Bononiæ, dum ibi esset.

POMATES.

c ¶ Alia demōstratione. Ad hæc vid Bal. & moder. in l. si qs ī fundi vocabulo. ſ. de leg. j. qbus adde Inn. in c. cū ad sedē. de restit. spoli. Et ex hoc infert Ang. Areti. in tract. malefi. in gl. in verbo, platea ꝙ isto casu si apponeretur cōfinis, et erraretur, ꝙ talis error nō vitiaret libellū. Et hoc est etiam de mente gl. in d. l. forma. hāc tamē conclusionem videt̄ limitare Ro. in l. certū. ſ. si certum pet. vt non habeat locū, quoties tale qd pro forma requireretur. Quod an sit verū depo. de illo articu. an in his quæ pro forma requiruntur, sufficiat adimplere ꝑ æquipollens. de quo per doct. in l. j. ſ. de libe. et posthu. et Feli. in c. cū dilecta de rescrip. et vide addi. ad Anna. cōsi. xviij. & vide Alexā. in l. hac. consultissima. col. j. et ij. et ibi Ias. in pen et vl. co. C. de test.

d ¶ Quis locus. Vide Cy. in l. quid de crīe C. de accusatio.

e ¶ Vlterius quæro. Quandoque quis sagittauit aliquem cū balista, quis locus inspiciatur: per Cy. & Bal. in leg. j. C. vbi de crimi. agi opor. ꝑ do. Anto. in ca. fi. de foro compe. Adde q̄ dixi in leg. ait lex. infra de adult. Bald. in l. si qs nō dicam rapere de epis. et cleri. in vj. col. vide Ioan. And. in Specu. de inquisitio. §. nunc tractemus. in prin. quid si aliquis rapit puellā in vno territorio, et eā cognouit in alio? Bald. in d. l. si qs nō dicā rapere in prīcipio. C. de episco.

pillo. §. qui nunciat. ſ. de oper. no. nun. Se-
4 cūdo † q̄ro: hic dicitur ciuitas. quid si sunt
duo castra, vel duæ ciuitates eiusdē nomi-
nis: [a] vtrum debeat expresso nomine de-
monstrari. Breuiter dico sic si quidē vna
vna tantum ciuitas pertinet ad iurisdictio-
nem iudicis, corā quo fit accusatio, intelli-
gitur de illa ciuitate, castro, vel villa, quæ
ad eius iurisdictionem pertinet. Hoc ꝓba-
tur in l. quæ conditio. §. fi. ſ. de cōdi. & de-
mō. Sed si ambo castra, vel ciuitates ęqua-
liter spectant ad iurisdictionē illius iudi-
cis: verbi gratia, in ducatu sunt duo castra
et q̄libet vocatur gualdū. in ista ciuitate
sunt plures villæ eiusdē nōis. sed diuersifi-
cantur per agnomen, tunc debet declara-
ri, et certificari, ita ꝙ certus sit libellus, de
qua villa, vel ciuitate sentiat: alias libellus
nō valet tāquā incertus et obscurus, vt l.
ita fidei, circa finem. j. de iure fisci. licet fa-
ciat in cōtrariū lex quæ conditio. §. j. ſ. de
conditio et demonstra. Solue vt ibi facit
5 c. finale extra de rescrip. Quæro, dixi †
ꝙ debet inseri locus, q̄ro qualiter [b] debeat
certificari. Cōmuniter aduocati dicunt ꝙ
debet poni locus maleficij certus ponēdo
duo cōfinia, vt l. forma. infra, de cēsi. qđ
puto verū, nisi ille locus sita demōstratiōe
esset ita certus, quod alia demōstratio-
ne [c] non indiget, vt si dico, in palatio Po-
testatis, vel Capitanei. vel in ecclesia. nam
tunc nō eget alia demōstratione, vt l. j. cir-
ca fi. ſ. de do. præle. Ad idē l. qui fundum.
6 in fi. de contrahē. empt. Sed quæro, † ali-
qs ꝑcussit Titium in platea, q postea mo-
ritur in alio loco, accusatur de homicidio:
q̄ro quis locus [d] debeat īseri. Respō. locus
percussiōis, nō locus vbi morit̄, quia ibi
videtur interfectus, vbi est ꝑcussus: vt l.
ait lex. ſ. ad legē Aq̄l. et lege prima. §. ex
incendio. ff. de incē. rui. nau. et ex hoc sta-
tim sequitur ad multa. Nā si maior pœna
īponit̄ in platea, quā alibi, certe locus, vbi
qs ꝑcutitur inspicit̄, nō locus vbi morit̄.
7 Vlterius † quæro, [e] qđ si aliquis existens ī
platea cū balista ꝑcussit aliquē extra pla-
teā, quis locus inspicitur? Petr. ī simili C.
vbi de cri. agi opo. j. prima. vr̄ tenere ꝙ de-
bemus inspicere locū, vbi erat ꝑcutiēs, ar.
d. l. ait lex. ſ. ad l. Aquiliā. Certe mihi non
videt̄ hoc esse verū. Nā in homicidio in-
spicimus locū, vbi quis percutitur: q̄a ex
actu percutiēdi quis punit̄, ex quo sequi-
tur postea mors. Dicit̄ enim homicidiū a
cæde, seu a cędēdo: vt l. ita vulnerat°. ſ. ad
l. Aquil. iō inspicit̄ locus, vbi quis ꝑcutit̄
sed in q̄ōne proposita debemus aduertere
ad verba statuti. Aut enim statutū punit
sagittātē: vt lege, si quis sagittauerit cōtra
aliquem, puniatur in tantum, tunc est ve-
rū dictum Petr. quia actus sagittādi fuit fa-
ctus in loco, vbi erat percutiens, s. in pla-
tea, ideo ille locus inspicitur. Si vero statu-
tum punit percutientē, quia dicit, si quis ꝑ-
cusserit, puniatur in tantū, tūc actus ꝑcu-
tiendi sit extra plateā, licet sagittatio fiat
in platea. Percutere enim, est tangere eun-
tem, quod fit extra plateā: ideo ille actus ī-
spicitur, et ille locus vbi quis ꝑcutit̄: iō ille
locus debet īspici. Puto tñ quod de caute-
la sit, quod vtroque casu vterque locus ī-
8 seratur. Item † quæro, dicit statutum hu-
ius ciuitatis: si quis miserit gentem contra
aliquam terram vicinā, puniatur in tantū:
accusatio fit contra mittentem gentē: quis
locus cōfinabitur. Si confinabimus locū
vnde mittitur, esset nimis durum. Si con-
finabitur locus, per quem iuit gens: adhuc
esset durum: quia forte iuit gens per plura
loca. Si confinabimus locū ad quē iuit, for-
te non est locus delicti. Veritas est quod
locus, ad quē mittit̄, confinari debet: quia
in istis quę habēt causam successiuā, tem-
pus, & locus perfecti delicti debēt inspici:
vt l. semper. §. annus. ſ. qđ vi aut clā. Quę-
ro, volo [f] accusare † aliquem: quia occupa-
uit aliquam ciuitatem quomodo forma-
bitur accusatio, ita quod procedat, cū de-
debeat inspici ciuitas & domus? Respon-
de, quando maleficium respicit vniformi-
ter totā ciuitatem, non puto ꝙ sit necesse,
quod demonstretur locus particularis ci-
uitatis: ar. l. de pupillo. §. qui nunciat. ſ. de
ope. no. nunci. Prædicta in maleficijs, quę
cōmittuntur in faciendo. Sed quid in ma-
10 leficijs † quæ cōmittuntur negligēdo, seu
cōmittendo, qualiter ponitur locus? Ego
reperi Dy. dicentem in vno concilio: ꝙ in
alijs maleficijs negatiuis nō debet apponi
locus. & nihil allegat. Breuiter puto sic di-
cendum, [g] negationes seu priuationes nō
cognoscuntur: nisi respectu habitus: vt l.
decē. de sol. & l. decem. de ver. obl. & ſ. de
iusti. & in l. manumissiones. Aut ergo il-
lud, qđ est omissum seu neglectū, debebat
fieri certo loco: vt syndicus ciuitatis debe-
bat denunciare maleficia in curia Pote-
statis, & malefactores ibi præsentare: vel
aliquis debeat facere custodiam in tali lo-
co, & non fecit: tūc debet inseri locus, vbi
debebat fieri: quia est ibi omissum & ne-
glectum, vbi debebat fieri, & nō alibi. ar.
ad hoc infra, de re milita. l. desertorē. §. qui
stationis. & §. sequenti. Si vero illud, quod
debebat fieri, non habebat locum determi-
natum: tunc non debet inseri locus: quia
11 non est. Nec obstat lex ista: † quia, vt vide-
bitis statim infra ea. l. vers. sed aliud. istud,
quod dicitur de loco, & mense, & simili-
bus, intelligitur in adulterio & maleficio
simili, siue positiuo: secus si in dissimili: vt
ibi videbitis. Et hæc sufficiant circa locū.
Circa tēpus [h] † quæro, [i] hic dicitur quod
12 mensis, non dies, debet inseri: quæro an sit
verum simpliciter? Respondeo, aut factū,
de quo quis accusatur, est vniformiter pu-
nibile in quacunq; parte mēsis: tūc nō de-
bet inseri dies: sed si in aliquo die illius mensis illud factum nō
est punibile: tūc inseri debet dies, vel qualificatio iuris: ita: vt cō-
cludat illud esse delictū. Verbi gratia. Nā quædā sunt delicta in
festo sancti Herculani, quæ in alio tēpore non sunt delicta: tūc
debet inseri dies. Idē dico de hora: quia per statuta terrarū quę-
dam sunt delicta aliqua hora, quæ alia hora non sunt delicta:
ideo hora debet inseri: alias nō concluderet ꝙ sit delictū: argu.
pro hoc l. cum actū. & ꝙ ibi no. ſ. de nego. gest. & l. actor. C. de
13 probatio. & ꝙ no. in l. nō solum. §. sed vt probari. ſ. de ope. noui
nunc. [k] & extra, de rescrip. c. fin. in Cle. Ad idē facit. ſ. de incen.
rui. nau. l. j. §. fin. Eo tamen casu, quo dixi, quod quis non cogi-
tur diē neque locum inserere in accusatione: concedo quod ad
petitionem partis: iudex possit cogere declarare de qua die
intellexit, vt reo sit defensio, vt dixi in l. is qui reus. ſ. tit. pri-
mo. non tamen per hoc accusator cogitur ad probandum diē:
sed cogitur declarare, vt reus possit se defendere. Et hoc est,
quod dicit text. neque autem diem, neque horam inuitus com-
prehen

& cleri. Et qđ si cōgregāte gētes ī vno territorio, & in alio destruit ecclesiā. Vide Bald. in l. ij. C. de eunuchis. Adde an maleficiū inceptum in vno loco, & finitum in alio, possit in vtroq; loco puniri, Bal. consi. ccj. iiij. lib.

f ¶ Quęro, volo. Vtrū in delictis negatiuis requirat̄ locus. quod sic. vide gl. in l. si mora. in ver. ne facta. soluto mrīmonio. quā Imo. dicit ad hoc notā. vide Ioan. And. ī Spe. de accu. ī iiij. parte. Bal. in l. j. ad fi. de his quib. vt indig. et in l. actor. in vj. col. C. de probatio. & ī l. ꝑsbyteri. C. de episco. & clericis.

g ¶ Sic dicēdum. Si autē non apparet dies accusationis porrectæ, vel īquisitionis formatæ: an vitietur processus, vide not. Bar. in extrauag. ad reprimēdū. in verb. inquisitionis. Et an dies omissus in accusatiōe possit suppleri in ꝓbationibus, vide quæ dixi post Bart. in l. j. ſ. idē scribit. ſ. depos. Vide Bart. in l. si præses. ſ. de pœnis.

POMATES.

h ¶ Circa tēpus. Vide Ant. de Prato in cōsilijs Barba. ad fi. co. xiij. vol. j. & Alexā. pulchre lxxij. co. ij. vol. j. & clxxiij. col. iij. vol. j. vbi dicit ꝙ in accusatione debet poni tempus certū & limitatū: nec sufficeret dicere, ꝑut de veriori tēpore constabit. Et vide Bal. in c. ij. de confes. vbi ponit pulchra de tēpore & loco. & Ange. cōs. clxxviij. vbi ponit quid in inquisitione.

i ¶ Circa tēpus quæro. Adde not. Bar. in l. non solū. §. sed vt probari. & ibi doct. de ope. noui nun.

POMATES.

k ¶ De ope. noui nūc. Et istud tenet Bellamera, deci. cccxiij.

prehendet,&c. Quæro, aliquis[a] percus
13 sit aliquem † vno tempore, ex quibus percussionibus est mortuus alio tēpore. Certe debet inseri tēpus percussionis, nō mortis: vt l.damni.§.Sabini.de dam.infec.& l. huic scripturæ.§.j.ſ.ad l. Aquil.cum simi.
14 †Sed quæro, aliquis insultauit aliquem de die, & fugauit illum per magnū spatiū, ita quod cum percussit de nocte post pulsationem campanæ: quod tempus ponet in accusatione? Gl.in l.qui de crimine.C. eo.videtur velle ꝙ insultus confundantur cū percussione.& idem ibi Cy.qui ponit hanc quæstionem: vt inspiciatur tempus percussionis. Ego dico ꝙ debemus inspicere verba statuti qualiter dicāt: si quidem dicunt, si quis percussit: tunc inspicitur tēpus percussionis. Sed pone, quod dicat, si quis fecerit insultum cōtra aliquē,& secuta est percussio, puniatur in tantū: tūc isto casu insultus punitur principaliter: sed aggrauatur propter percussionē: tunc debet poni locus insultus,& tēpus insultus, non locus & tēpus percussionis: arg. eorū quæ ſ.dixi. Debet enim inspici quid punit lex, vel statutum.
15 †Quæro, aliquis percussit aliquem per aliquot dies ante festum Natiuitatis; demum percussus porrexit accusationem per aliquot dies post festum Natiuitatis,& dixit sic: talis accusat talē de eo ꝙ hoc anno,& ꝙ de præsenti mense Decēbris eū percussit,&c. Quæro, cum annus mutet a die natiuitatis: an libellus iste[b] pcedit, ita ꝙ comprehendat maleficiū commissum ante natiuitatem? Videtur ꝙ nō: quia non fuit hoc anno. Iaco.Butr.posuit hanc quæstionem, Institu.de act.in princ.& ibi dicit ipse. Debetis scire ꝙ duplex est annus: vnus legalis, qui est ccclxv.dierum: vt l.cum hæres.§.stichus.de statulibe.& l.ita vulnerat⁹.ſ.ad le.Aquil. Et isto modo loquendo quicquid est factū inter istos ccclxv.dies, pōt dici factū hoc anno. Quidam est annus cōmunis,& vulgaris, q denominatur à natiuitate domini: & isto respectu nō potest dici maleficiū cōmissum hoc anno. Cum ergo verba libelli debeāt intelligi[c] secundū intētionem proferentis: vt l.si qs intentione.ſ.de iudi.intelligimus de anno legali: vt comprehēdat maleficiū. Istud tamen nō videtur verum esse. Nam cū in accusatione debeant inseri anni Domini, secundū opi.glo.& nos dicamus ꝙ anni Domini, qui ponuntur in principio quaterni, ponātur in loco annorum, qui debēt inseri in accusatione: de necessitate sequitur quod si dicatur hoc anno, debet intelligi hoc millesimo, q millesimus debet inseri in principio accusationis: & est insertus in principio quaterni: ideo putarem ꝙ libellus istud maleficium non comprehendat. Sed pone,
16 †quod tenuit aliquis occupatam aliquā terram per vnum annum: & ego volo accusare eum lege Iulia.maiestatis, quia tenuit contra principem: sufficitne dicere ꝙ tenuit per annū: an debeo dicere etiam mensem? Videtur ꝙ debeam dicere mensem, vt hic. Sed credo quod hoc quod dicitur de anno & mēse, intelligi debeat de maleficijs momētaneis: sed in maleficijs quæ habēt causam cōtinuā, vel successiuā, credo ꝙ sufficiat annū exprimere vel mēsem, secundū quod ipse tenuit: arg. C.de hære.aut.credētes.& aut.si vero do
17 minus tēporalis. Sumus † expediti de tēpore. Circa psonā quæro, qualiter debeat exprimi. Rn̄. Debet persona ita exprimi ꝙ reddatur certa: p duas demōstrationes: vt Petrus talis de tali loco: vel si esset ita singulare nomē, qd redderet certū, sufficit: vt l.hac cōsultissima.& ibi not.C.qui test.fa.
18 pos. Quæro, † vtrū sit necesse ꝙ accusator formet libellū i persona prima, seu tertia persona: vt, ego talis accuso, vel talis accusat,&c. Hic est tex.cum gl.ꝙ non est curandū. Ita dicit glo.sup verbo, Lucius.etiā
19 in l.pe.C.eo. Vltimo nota † ex lege ista, ꝙ non videt ꝙ sit necesse, ꝙ in libello criminali pars cōcludat aliquid[d] iudici, ꝙ dicat, quare peto talē puniri,&c. Sufficit em̄ ꝙ dicat talē cōmisisse maleficiū. Pro hoc
20 facit j.ad Turpil l.j.§.j. † Vlterius esset videndum qd de inquisitione: an debeat cōtinere ista. De hoc dicā j.de adul.l.ij.§.si publico.vbi de inquisitione tractabimus,

c appellauit ſimpliciter dicendo, appello: vel dixit,appello ad iudicem competẽtẽ, vel ad ſuperiorẽ & ſimilia:an appellatio valeat? R eſpondeo,ſic argu.huius tex. & j.l.proxi.& ſ.de verbo.ob.l.q Romæ.§.
9 peñ.† Quæro,dicitur[d] hic quod debet ap
d pellari ac ſuperiorẽ:qs eſt ordo inter iſtos iudices? T ex.videt̃ hoc ponere C.eod.l. præcipim⁹.Sed certe ibi loquit̃ de appel-latione quæ interponitur ad principẽ,qs ſit ordo cognoſcendi in curia principis: cũ alibi interponit̃ appellatio,quis ſit iſte ordo,dic vt per Spe.in ti.de appel. §.nũc tractemus.ſed quia hoc eſt limitatum ſe-cundũ diuerſas conſtitutiones curiarum. ideo proſequi omitto. Quæro tamen de
10 quibuſdã,†de quibus poſſet dubitari.po ne q̃ eſt ciuitas,q̃ nõ recognoſcit ſuperio rem,eligit ipſa ſibi rectorẽ,nec habet aliũ officialẽ,quis erit iudex appellationis? rñ. Ipſe populus,ſeu ordo. q ipſum officialẽ facit:quia ſolus reperitur ſuperior ipſi po pulo,& ſibi Princeps eſt:vt no.ĩ l.hoſtes. j.de captiuis.Et hoc colligit̃ ex l.ij.§.exa-ctis.ſ.de origine iuris.vbi populus Ro-manus liber faciebat officiales.& ab eis erat ius appelldi,niſi expreſſe eſſet inibi-
11 tũ.† Quero in aliqua[e] ciuitate ẽ aliqđ col
e legiũ,q̃ facit ſibi aliquem rectorẽ:cui dat iuriſdictionẽ,quod põt,in l.fi.[f]C.de iuriſ di.omnium iulquis erit proximus ſupior, ad quem appellabit? R eſpõdeo.Ille,qui eſt iudex ipſius vniuerſitatis:vt rector ci-uitatis:argu.huius §.& extra,eod.ca.dile cti filij,prior & conuentus. Prædicta ve-ra,quando ciuitas propriam legem habe-
12 bat,ſecundũ quã aliud inducetur.† Quæ
f ro,quid[f] ſi proximus ſuperior non poſsit haberi? rñ.ſi quidem impedimentum eſt diutius duraturũ,ad alium ſuperiorem ap pellabit,arg.l.ſi longius.in prin.ſ.de iudi. & j.de vaca.mu.l.pe.in fi.& hoc cũ ſit im pedimentum iuris,ſiue facti:vt extra,de offi.dele.in c.is cui.lib.vj.& ideo ſi pone-remus ex caſu,de ea.q. cognouiſſe iudicẽ inferiorem & ſuperiorẽ,& ſimul pronun ciaſſe,appellaret̃ ad ſuperiorẽ omiſſo me-dio quo ad alium primum iudicantẽ mi-norẽ:quia proximus eũ præcedens,impe ditur,eo quod ſecundũ iudicauit,vt l.eos.
13 C.de appel.† Quæro,pone,[g]ex cauſa iu
g dicauerunt ſimul iudex ſecularis & eccle ſiaſticus:ad quem appellabitur? R ñ.ad ſu periorẽ iudicẽ eccleſiaſticum.Non enim poteſt appellari ad ſuperiorem iudicẽ lai-cum,quia ei non poteſt ſubijcere ſe,etiam ſi vellet clericus:vt in c.ſi diligenti.extra, de foro compe.nec eſſet æquũ,q̃ vtriuſq; ſuperior appellaretur,quia forte in locis diſtantibus,& ſeparatis ſunt:nec poſſunt ſimul conuenire. Appellabitur ergo ad ſuperiorem iudicẽ eccleſiaſticum,cui põt ſe ſubijcere iudex laicus:vt per ipſum to-ta cauſa decidatur:ne cauſæ cõtinentia di-uidatur,vt l.ij.ſ.de qui.re.ad eun.iudi.ea. & l. nulli.C.de iu.& arg.l.ſi cõem.ſ.quẽ-
14 admo.ſerui.amit. †Quæro, pone q̃ ali-
h quis[h] epiſcopus,vel alius clericus nõ co-gnoſcit vt epiſcopus ſed vt comes alicui⁹ comitatus,quis erit ſuperior,an inſpicie-mus ſuperiorem reſpectu clericatus, vel epiſcopatus? Canoniſtæ tangunt hoc ex-tra eo.c.Romana.§.debet autẽ.lib.vj.vbi videtur tex.q̃ ad ſuperiorem iudicem ec-cleſiaſticum.Inn.tangit extra.de maio.& obe.c.ſolitæ.Spec.in d.§.nunc tractemus. ver.penul. Veritas eſt iſta,q̃ ſi quidem il-la dignitas comitatus eſt incorporata in patrimonium eccleſiæ liberæ:nec pro illa dignitate recognoſcit dominum tempo-ralem,quod appellatur ad forũ eccleſiaſti cũ,vt d.c.Romana. Si vero recognoſcit dominum temporalem, vt quia haberet in feudum:tunc ad alium appellaretur,ſe-cundum decretum ſ.alleg.§.ſed ſi pone-remus q̃ clericus factus eſſet rector alicu-ius ciuitatis:tunc appellaret ad ſuperio-rem illius ciuitatis. Non enim iudicat vt epiſcopus,ſeu vt clericus:ſed vt Rector
15 talis ciuitatis. Et idem dicerem, † ſi vnus Rex haberet comitatum,& in illo iudica retvt Comes:appellaret̃ ad ſupiorẽ ipſius

a ¶ Appellari poſsit.Intellige ad papam poteſt appellari omiſſo medio,quã-do appellatur a iudice eccleſiaſtico,vel appellatur a iudice laico,qui tñ erat ſubditus in temporalibus Papæ.Ita loquitur d.c.ſi duobus.vel ſi non erat ſubditus appellabatur a tali,qui non recognoſcebat ſuperiorem:quo caſu in ſubditum poteſt appellari ad Papam.Ita refert dñs Abbas poſt Hoſt.in c.cum Ioã.de ſi.iſtr. Adde an appellari poſsit ad ſuperiorẽ omiſſo medio, vel ad iudicem competẽ tem,Bal.cõ.cclxxx-vij.j.libro.

b ¶ Si nocet. Et quæ ſit ratio,quare ſi ap-pellat̃ ad minorem, talis error nocet:& an ipſo iure fiat re-miſsio ad cõpetentẽ & an geſta corã ſu-periore incompeten te teneant,vide Mo der.hic,& in l. Impe ratore j.eo. Et an interim poſsit ap-pellari ad competen tem intra tempus: tradunt hic.

c ¶ Quæro quid. qñ appellatio eſt facta ſimpliciter, an va-leat.vide p gl.de of-fi.deleg.c.is cui.i vj. An ſufficiat dicere, appello:ſi non dicat̃ ad quem:vel ſi dica tur,ad quemlibet iu dicem competentẽ, vide Bal.in l.aper-tiſsimi. C.de iudic. Et gl.& bal.in l.cũ proponas in fi.C.de bo.authori.iudi.poſ ſi.& idẽ q̃ vult hic Bar.tenet ſpe.in tit. de ap §.nunc tracte mus.ver.ſed & ſi qs Et hoc eſt verũ de iure ciuili,ſecundum doc.quo caſu appel-latio qualitercunq; facta,reuertit̃ ad iu-dicem debitum.j.e. in l.imperatores. ſe-cus de iure Canoni-co.c.is cui.de offi.de lega.in vj.Quid ſi di catur appello ad iu-dicẽ cõpetentem:an valeat? vide gloſ.in d.l.cum proponas. C.de bo.au.iu.poſ. & ibi bal.& in d.l. apertiſsimi.licet Pau. de ca.in l.qui Romę §.pe.ĩ.de verbo.ob. hoc verum dicat de iure ciuili: quo iure iudex cõpetens eſt ſemper certus: quia ſemper debet appel lari ad proximũ im-mediatum. l. Impe-ratores.j.eo.& hic. Pro hoc facit, quia in generali ſermone videt̃ incluſus ordo iuris. l. Gallus. §.j. cum ibi no.de liber. & poſthu.l.talem.in prin.de hæred.inſtit.Dixit in d.§.pe. De iure autem ca nonico ſecus:quia debet appellari ad mediatum ſuperiorẽ.ij.q.vj.§.ad Ro-manam.& d.c.dilecti.ſultimo de appel.Et eſt verum q̃ ſi intra decem dies datos ad appellandum,iſte appellans declaret ad quẽ iudicẽ vellet appella-re,valet appellatio,etiam de iure Canonico,per id q̃ voluit elegãs gl.in ca. is cui.de offi.dele.in vi.do.Io.an.in c.in alternatiuis.de re.iuris.in mercu.Et q̃ imo indiſtincte valeat appellatio iſta:appello ad competentem iudicem. Tenet Imo.hic:quia de iure Canonico gradatim debet appellari,præter-quam in duobus,quorum vnus eſt ſedes apoſtolica, & alter legatus ſedis apoſtolicæ:vt in c.j.de offi.dele.verum in dubio videtur in alijs,ſcilicet in iure communi,& non ſpeciali.l.quãquã.& l.teſtamento.de teſta.mi.&c.Et circa hanc materiam vide Spe.& Io.an.in ti.de appel.in §.nunc tractemus. ver.ſed ſi quis.cum ſeq.& per Bal.in l.iiij.C.eo.& in.d.l.cum proponas.Et ad hæc dicta adde omnino Pau.de.ca.in d.l.qui Romæ.§.pe.ĩ.de ver.ob.& quod ibi ſcripſi.Adde,an valeat appellatio ad ſacrum conſilium,vel ad ſum mum pontificem Ro.conſi.cccxj.

d ¶ Quæro,dicit̃.Et nota quod ad hoc,vt ad iudicem quis poſsit appellare, opus eſt,quod ille iudex habeat miſtum imperium:alias non poteſt ad eum appellari.Ita dicit bar.in d.l.j.§.ſolent.j.qñ ap.ſit.& not.q̃ non poteſt ap-pellari ab eodem iudice ad eundem:vt in c.cum ſit Romana.extra e.lib.vj. tamen valeret conſuetudo ad hoc inducta in appellando.c.ij.de conſuetu. co.li.Et ad materiã vide bar.in l.ab exe cutore.in prin.in ij. colũ.j.eod.& aliquã multum not.per eũ-dem in hac materia, in l.j.§.ſolent.j.qñ app.non eſt neceſ.q̃ iudex ad quẽ habeat merum vel mixtum imperium: vt dixi ĩ.Et adde quod nũ-quã poteſt eſſe iu-dex appellationis il-le,qui ſemel fuit ĩ cã recuſatus,ſecundum bal.in auth. habita. in v.col.C.ne fi.pro pa.in verſ.ſed dubi-tatur. Et an ſi ille q iudicauit ſucceſsit iu dici appellationis, poſsit ad eum appel lari,&c.vide glo. & Bar.in l.filius.in fin. ſ.de inof.teſta.& dũ dixi ĩ. de conſuetu-dine.adde ſecũdum do. Anto.in ca.dile-cti.de appel.q̃ valet conſuetudo, q̃ poſ-ſit appellari omiſſo medio,ſecundũ eun dem in d.c.dilecti.li cet apertius Hoſtiẽ. tenuit cõtrarium in c.ſuper quæſtionũ ĩ §.antentionis.de of-fic. delegati. Sed an poſsit appellari ad duos alternatiue vel copulatiue.vt hic p Antoni.& Moder. & bald.in l.appella-tione.in vj.col. C.e. Sed quid ſi vult pœ-nitere,vide in l.ſi qs libellos.eo. ti.maxi me per bal.

e ¶ Quæro in aliqua. A quo appellandũ ſit, quando ſentẽtia eſt lata a rectore ali-cuius collegij: vide per bar.in d.l.j.§.ſo lent. Sed quid ſi ille actor interuenit in collegio, tanquã de collegio poteſt ad eũ appellari? Text. eſt quod ſic d. §. ſo-lent. & in c.a colla-tione.de appel.ĩ vj.

f ¶ Quæro qd. Quid ſi pximus ſuperior non poteſt haberi? vide in l.vbi abſunt ĩ.de tut.& cura.da. ab his.& Bar.in l.ij. ff.de offi.procon.& in l.ij.quando fiſcus vel priua.cum quo bal.tráſit Roma.in l.ſi vero.§.de viro. in iiij.fallentia.ĩ.ſol.matri.

g ¶ Quæro pone. Quid ſi iudex eccleſiaſticus iudicat de vna & eadẽ cauſa,ad quem appellabitur:faciunt ea quæ habes in l.præcipimus.§.eodem obſer-uando.C.de appel.& ibi Bal. & Salice.& ibi Bar.qui ponit no.dictum.& ibi habes poſt eum.& adde in ſimili dictum Barto.in l.iuriſperitos.§.cum oſtendimus.de excuſa.tu.Adde ad quem appellari debeat,an ad iudicem ec cleſiaſticum,an ad laicum.Alexander.conſilio.clxxxiij.& Roma.conſilio cclxv.

g ☞ POMATES.¶ Quæro pone. Vide Alex.conſi.clxxxiij.in ij.volu. & conſi.clxvij.in eodem volu.vbi cõprobat bene iſtud dictum Bartol.& Feli.late in c.j.col.iij.& ſeq.de preſcrip.& in capitu.cum ex officij.col.x.ad finem eodem titulo.& tenet & non ab re in rubrica.de appellation.colũ.v. & ſequen.

h ¶ Aliquis.Quid ſi epiſcopus non cognoſcit vt epiſcopus:ſed vt canonicus ad quem appellabitur? Vide bar.in d.l.ſi qñ.C.e.dicunt tamen doct.in ca. Iter dilectos.de ſi.inſt.q̃ ſi aliqs eſt ep̃s & comes,& facit aliqđ vt comes,de

Universidad de Deusto Biblioteca

bet sigillare vt episcopus: vide Ro. cõ. idque in §. charta. & verbo. obli.
ROMATES.
a ¶ Inquantũ comes. Vide Rom. consilio cccxxij. vbi sequitur in pulchro casu, & confirmat aliqui bus similibus.
b ¶ Opp. Et si nõ sufficit pducere appellationem loco libelli idem dixit per illum tex. Bal. in l. si quis. si fio. §. hi aũt. de inut. stipu. et Bal. in l. si quis libello. C. de appel. dicit aũt Imo. in d. §. hi aut. q tutius ẽ libellũ formare: quia per appellationẽ nihil videtur petitũ a superiore, ad quem appellatur, vt ex serie verborũ appellationis apparet: et iudex debet impartiri officium suũ ad petitum, et non ad petitum: sed in summarijs, & in quibus sufficit qualisqualis petitio, hoc est clarum. in his etiam videtur quod rescriptũ posset pduci loco libelli. Et sic intelligitur dictum Inno. in c. dudum de ele. facit qđ habetur in Cl. sæpe. de verbo. signi. et illud dictũ Inn. etiam retulit in l. j. §. fin. de va. et extraord. cog. quoddictũ limita vt per Bal. in leg. j. C. de preci. Impe. offer. quo ad iudicem: sed non quo ad partem: quia imo requiritur libellus alius. et Bal. in leg. j. et ibi tex. C. quando libel. princ. dari. vbi no. et quę sit forma appellationis facta viua voce: & quid si appellauit viua voce: et postea in scriptis, q̃ appe. tenear, vide per Bar. ĩ l. litigatoribus C. e. Et ad Bar. hic vide l. cũ pcurator. §. dominus. de oper. noui nun. Bald. in d. l. litigatoribus. Bald. in l. cos. §. siuaũt. & in d. l. litigatoribus. C. e. Add quæ appellatio valeat, si primo viua voce appellatur, secũdo in scriptis. Bal. consi. cviij. iiij. lib. et per Pau. de Cast. pulchre consi. xxv. Ro. consi. xlj.
c ¶ Iudice sedente. An quando iudex legit sententiam, possit appellari, vid' in l. actori. C. de re iud. et qđ ibi habes adde Bal. ĩ d. l. cos. §. siuaũt. & ĩ d. l. litigatoribus.
d ¶ Intelligeretur. De hoc vide Bart. vtrobique. et Bart. in l. j. §. nũciatio. de oper. noui nunc. & quæ dixi post Bart. in l. iij. cond. fol.
e ¶ Certa est. Et adde ĩ causa appellationis valere libellũ, peto pronunciari me recte appellasse: secundum Bal. in l. edita. ĩ xv. co. C. de edẽdo. et ibi dicit, q omnes leges loquentes de sententia, trahũtur ad libellũ: quia idem ius est. Et adde q cõmittens se protectioni superioris dicitur appellare: secundum Cy. et Bal. in l. j. C. si quacunque præd. potestate.
f ¶ Peti apostoli. Sed an in libello appellationis debeat appellans dicere, appello prout in ista scriptura continetur, vide ad hoc no. gl. in c. vlt. de re iudi. in vj.
g ¶ Fieri mentio. Vtrum debeat fieri iniquitatis sententiæ, & an debeat exprimi a qua parte sentẽtiæ appellatur, Tex. est not. in l. appellanti. in prin. mira eod. quod nota.
h ¶ Quæro. Cui dẽt libellus. dicit Bald. ĩ authen. quæ supplicatio. C. de preci. Imp. offeren. post Gui. de Suza. quod sufficit dare notario actorũ absque etiam iudice quod no. quia est valde vtile.

a Inquãtũ Comes, ᵃ nõ ad superiorẽ inquãtũ Rex: vt est casus C. eo. l. si qñ duciano. & hoc quando appellatur ab ordinario. Quando vero appellatur a delegato, dicetur in l. j. § j. quis & a quo appel.

1 *Libellus duplex est libellus appellationis: unus est ipsa appellatio: alius qui datur iudici ad quem.*
2 *Appellatio quæ fit uiua uoce, sufficit quod dicat, appello à te, uel à sententia.*
3 *Appellatio quæ fit uiua uoce, potest fieri iudice sedente.*
4 *Si non appellatur uiua uoce, de necessitate appellatur in scriptis, & talis libellus dicitur appellatorius, & debet continere personam appellantis, iudicis à quo, & sententiam, et contra quem.*
5 *Procurator, contra quem lata est sententia, ipse debet appellare procuratorio nomine, et in dubio dicitur appellare procuratorio nomine.*
6 *In appellatione sufficit exprimere nomen officij: licet nomẽ proprium iudicis non apponatur.*
7 *Sententia, à qua appellatur, debet certa in appellatione demonstrari.*
8 *Apostoli necessario non petuntur in ipso libello appellatorio: licet consuetudo communiter obseruet, q instanter petantur.*
9 *In libello appellatorio potest dicere quis, dico sentẽtiam nullam: & si qua est appello.*
10 *De iniquitate sententiæ, necessariò non requiritur q dicatur in libello appellatorio: licet consuetudo contrarium obseruet.*
11 *Libelli appellatorij debent dari iudici à quo, si haberi potest aliàs iudici ad quem.*
Quando appellans timet à iudice à quo: sufficit appellare coram honestis personis.
12 *Libellus appellationis sufficit, q offeratur iudici, absque eo quod legatur.*
13 *Forma libelli appellatorij qui datur iudici ad quem.*
14 *Sententia per appellationem extinguitur: non tamen irreuocabiliter.*

Libelli. Libell' appellatori' debet continere personã appellãtis, iudicis a quo appellatur, sententiam, a qua appellatur: personam vero eius, cõtra quem appellatur, de necessitate nõ debet continere: sed tempore sentẽtiæ põt vno verbo appellari dicẽdo, appello. hoc
b dicit cum l. seq. & in prin. seq. Op. ᵇ de prin. l. Seio. Gl. soluit duobus modis. Tene primum. Quęro, de quibus libellis hic loquatur? pro cuius euidentia sciendum
1 est, † q vnus est libellus appellationis, hoc est, ipsa appellatio: alius est libellus, q datur iudici ad quem est appellatũ, vt super appellatiõe procedatur. & istos duos modos prosequitur Specula. in tit. de appellatio. in quarta parte. §. nunc dicendũ rest. & in §. præcedenti. Sed licet sic de cõsuetudine admittatur, tñ non est necesse. Sufficit enim q corã iudice appellationis pducatur appellatio facta coram iudice a quo appellatur, & petatur super ea procedi absque nouo libello. Hoc videtur velle tex. in auth. de his qui ingre. ad appel. §. volumus. & Innocẽ. videtur tenere de officio delega. ca. cũ contingat. circa finẽ magnæ glossæ. tamẽ circa formas prædictas aliquid videamus. † Et primo circa
2 appellationem, quę fit viua voce, apparet formam esse vulgarẽ. Sufficit enim dicere appello: vt hic. & subintelligas, appello a te, a sentẽtia quã statim protulisti inter me & aduersariũ meũ, in tali causa. Hoc probatur hic, & in l. litigatoribus. C. e. † Sed
3 q̃ro, quãto tẽpore duret ista facultas appellãdi viua voce. Dicũt quidã, tota illa die: at. huius tex. dũ dicit, ipso die. et j. e. l. a sententia. in fi. Nã cũ ipsa die liceat: ergo in qualibet parte diei debet licere. In cõtrariũ videtur q hoc possit facere statim, añ quã iudex ad alia facienda diuertat. vt l. litigatoribus. C. eo. Alij dicunt, q hoc põt
c facere iudice sedẽte ᶜ p tribunali: argu. l. diuus. §. de ĩ integ. restit. & illud cõiter ob
4 seruatur. † Secũdo q̃ro, qñ appellatio non fuit interposita viua voce, quando possit appellari. Respõdeo, tũc de necessitate ẽ appellandũ in scriptis, vt hic, & j. eo. l. a sẽtẽtia. in fi. et l. litigatoribus. C. e. & isti dicũtur libelli appellatorij, et debet iste libellus appellatorius cõtinere ea, q̃ hic dicũtur, s. personã appellantis, iudicis a quo,
5 & sentẽtiã, & contra quẽ. † Sed dubitatur circa primũ, quid si pcurator est cõdẽnatus, et appellat, an debeat appellare proprio nomine, an pcuratorio nomine domini. Nam cũ ipse procurator sit dñs litis effectus, et in eũ feratur sentẽtia, vt l. j. C. de sentẽ. & interlo. omniũ iudi. videt' q ipse debeat appellare. Veritas est, q dẽat procuratorio nomine appellare, vt j. quando appel. sit l. j. §. in ppria. Puto etiam q possit pprio nomine appellare: vt j. eo. l. ab executore. §. j. & ibi no. q si simpliciter diceret appello, nec adijceret cuius noĩe i
d telligeretur ᵈ pcuratorio nomine dñi, vt l. fi. §. de inst. et l. penul. §. si quis cau. Quæro, quid de his qui appellãt pro alijs, cum nullũ habeãt mandatũ, dicã infra eo. l. non
6 tantũ. † Super secũdo. s. de persona iudicis a quo, puto q sufficiat si ponatur nomẽ iurisdictiõis, vel tribunalis, licet nomẽ propriũ nõ exprimetur. Nã nõ debet appellare aduersus eum vt aduersus priuatam personã: sed tanquã a tali dignitate. Igitur sufficit, si nomẽ dignitatis exprimatur, vt l. si cõis seruus. ita §. de stip. seruo
7 Super tertio, s. super sentẽtia a qua appellatur, dicit glo. q † debet inseri res, super qua est lata sentẽtia. Puto tñ q sufficiat si exprimatur tantũ, q sententia certa demonstratur. Vnde cũ dico, appello a sñia lata tali die per vos, nõ est necesse q inseratur res, super qua est lata. et si dico rẽ, non est necesse q dicam diẽ. qđ enim vna demõstratiõe demõstratur, amplius demonstrari nõ est necesse: vt l. j. ĩ fi. §. de dote p̃le. Vñ quocũque mõ
e appareat, q certa sentẽtia est, satis est. ᵉ † Quærit gl. vtrũ ĩ ipso
8 libello appellatorio debeãt peti apostoli. ᶠ Quidã dicũt q sic.
f Veritas est q nõ est necesse, secũdũ Dy. et alios, qđ apparet quia tẽpora sunt distincta. Nã aliud est tẽpus appellationis, et aliud est tẽpus petendorum apostolorum, quod est triginta dierum, vt C. eo. l. iudicibus. et j. de lib. dimis. l. j. Cõiter tamẽ obseruatur, q in ipsa appellatiõe apostoli instãter petũtur, vt extra de appe. c. ij. in Cle. in prin. tamẽ si separatim fieret, vale
9 ret per ea quæ dicta sunt. † Quæritur vtrũ, ĩ ipso libello appellatorio possit quis dicere, dico sententiã nullam, et si qua est, appello Glo. q sic in l. j. C. quãdo puo. nõ est neces. dicã in l. si
10 expressim, infra. e. † Quæro vtrũ in libello appellatorio dẽat
g fieri mẽtio ᵍ de iniquitate sentẽtiæ? Videtur q sic, vt hac lege in prin. et l. pfecti §. de min. et ita cõiter obseruatur. Puto tñ q et si hoc nõ exprimatur, pcederet appellatio, vt hic, cũ nõ dicatur q debeat hoc exprimi. Preterea dicẽdo, appello, videor di
11 cere iniquã. † Quæro, ʰ cui dẽant dari isti libelli appell. Gl. di
h cit, et bene: q dñt dari iudici a quo appellat', si haberi põt: alias iudici ad quẽ, vt j. qñ appe. sit l. j. §. dies. et §. si qs. Itẽ si aliquis timeret iudicẽ a quo appellat', sufficeret, si ĩterponeretur appel. corã personis honestis: vt l. ij. C. de his q p metũ iud. nõ appe Iste aũt metus qualiter pbetur: dixi in l. de pupillo. §. si qs ipsi
12 prætori. §. de noui op. nũ. † Quæro, vtrũ sufficiat iudici offerre libellũ appellatoriũ: an debeat corã ipso legi? Tex. est, q nõ reqritur legi. extra, eo. c. appellatio. lib. vj. Prædicta vero ĩ appellatione a diffinitiua. Appella. vero ab ĩterlocutoria an dẽat in scriptura fieri? Gloss. tangit hic. Dicã in l. ij. j. de appella. re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

a ¶ Sed huic opp. Sed contra, appellatione extincta erat snia: vt d.l. in fi. ergo frustra petitur.

b ¶ Item si sentētia ad de bal. in c. sancimus in titu. quo tempore miles. qui idē tenet. & allegat quod not. in l. verba illa. d. ver. signi. & adde ꝙ nec verba referunt ad nullitatē, & iniquitatem: adde not. per Bal. in l. absentē. C. de acc. & ibi est tex. in fi. vbi no.

c ¶ Quid ergo. Singularis est tex. sed Bal. in l. præscriptione. i. x. col. C. si cōtra ius vel vti. publi. & est no. vide eum inver. ibi: nec obstat j. eo. l. appellanti. in fi. cā est inserenda in appellatione ab interlocutoria: vt est casus in cle. appellāti. de appel. & specifice & expresse debet exprimi. Dixit tamen Ang. in l. vbi autem §. illud. de ver. ob. p illum text ꝙ sufficit si se referat ad illud in specie ꝙ no. vide ꝙ ibi dixi. Itē si appellatur ab executione, debet inseri causa, vt dicit iste. j. l. p. xi. Item quando qs propter suum preiudicium appellat, debet inseri cā: vt dixit bar. in l. a sententia. j. e. & quēadmodum cā non debet exprimi, ita non debet exprimi a quo, ca. snīæ appellatur. Tex. est in l. appellāti. In prin. j. eo. Item quid si apponat cā scilicet friuola & falsa. an appellatio est nulla? Dictū est fin. Ioā. An. in c. cordi. de appel. lib. vj. i vl. colum. in nouel. ꝙ sic. Et mouetur, qa in contractu, nō requiritur insertio cāe tamē si apponat, viciat contractū, si est falsa: vt in c. j. de cōdi. appos. vbi est casus. Sed tu cogita p istum tex. & Cle. sēpe. in fi. de ver. sign. & vide quod no. d. Abb. in ca. fi. in iij. col. de procurato. & not. in l. j. in prin. C. de rei vxo. act. Vū cogita ppter id qd dixit Barto. in l. eius qui. in versic. secūdo no. j. de app. reci. & istā partē videt seqdo. Ioā. de imo. in d. cle. appellanti. & vt velle Bar. in l. j. in fi. prin. de eden. Fallit in confesso appellante, secundum Bal. & quosdam. de quo p doc. in l. fi. §. iussus. j. eo. & Bal. in l. minoribus. C. de his q. vt indi. & etiam Mod. j. eo. in l. constitutiones. Item fallit, vbi

Tertio est videndū de liberis, qui dantur
13 iudici ad quem est appellatum. Et si quidem teneremus id ꝙ §. dixi, ꝙ hoc casu libellus nō sit necessarius: tūc hoc nō esset videndū vlterius. Sed qa cōis practica se habet in cōtrariū, ideo istorū libellorū videamus formas. Et in istis libellis debent inseri oia, q̄ dicta sunt in libello appellatorio. Debet etiam inseri tenor appellationis iam interpositæ: & in eo debet esse conclusio talis. Quare peto per vos pronunciari, per me bn̄, & iuste appellatum esse, & male & inique iudicatū ēt: vt p̄ leg. l. eos. in prin. C. eo. Alij vero addūt dicentes. Peto dictā sentētiā, tanq̄ iniquam remedio appellationis cassari. & irritari. Et istam formā vī ponere Spe. & consue
14 tudo obseruat. † Sed huic op. [a] Sententia per solam appellationem est cassata, & irrita: vt §. ad Turpil. l. j. in fi. & dixi §. eodē. l. j. in prin. Quō ergo petitur a iudice cessari iterū: contra l. quæ sub cōditione. in fi. §. de conditio. institu. Res. per appellationē sententia extinguitur: nō tn̄ irreuocabiliter. Quod autē in libello petitur cassari, et irritari, intelligit irreuocabiliter. Posset ēt dicta cōclusio aliter formari secūdū diuersitatē casuum, super quibus format appellatio. Quid enim si reus absolutus est, & actor appellet? Certe, recte poterit actor cōcludere sic: Peto pronunciari bn̄ & iuste appellatum, & inique iudicatum: & reum peto mihi cōdēnari in quātitate petita. Hoc em̄ casu iudex appellationis etiā cōdēnare debet: vt l. cū apud. §. iudic. sol. vt ibi dixi. Et no. in l. Offidius. §. de le. iij. Itē si snia [b] non diceretur in totū iniqua seu iniusta, sed si esset alio modo reformāda, posset in cōclusione adijci: Peto p vos dictam snīam in melius reformari, & ad debitum statum reduci: vt supra, eodem l. j. in prin. Puta, si aliquis est iuste cōdēnatus, qa cōdēnari debebat: sed iniuste, qa iudex nimis excessit: vt l. si qua pœna. j. de verborū significatione. & ibi no. in gl. magna. Facit ad prædicta l. creditor. §. j. §. de solutionibus. vbi iudex sententiam reformauit: vt §. fami. ercis. l. quædam mulier. & de iure patronatus. l. Carmelia. Sed si poneremus appellationem esse factam p illa verba, dico sententiā nullam: & si qua est appello: tunc debet in libello concludi, peto per vos dictam sententiam pronunciari nullam: & si qua esset, &c. vt §. dictū est.

Sed illud. Breuiter hoc intendit: Si quorundam ex his, aduersus quos appellatur, in appellatione nomina inserantur, aduersus omnes appellari videtur. Sed si quorundam ex his, qui appellant nomina inserātur, eis solis proderit appellatio. h. d. Habet duas partes. Secunda ibi: cæterū si plures. Ratio primi dicti est: quia nomen aduersarij nō debet inseri de necessitate in appellatiōe vt §. proxime. Ergo si quorundam nomina non expressit, non nocet: quia idem si nullius nomen expressisset: & satis est qd de dicta sententia fiat mentio, vt §. Et hoc verum si vna erat causa, & vna sententia: secus si diuersa, vt dicit gl. Ratio secundi dicti est: quia persona appellātium debet inseri in appellatione: ergo si aliquorum nomina dimittantur, non possunt videri appellasse. Sed contra secundum dictum opp. C. si vnus ex pluribus appel. l. j. & ij. Sol. ibi soli, quorū noia sunt expressa, videntur appellasse, vt hic: victoria tamen eorum proderit alijs, etiam secundum distinctionem legis contrariæ. vt no. j. eo. l. si qui separatim. & ibi dicemus. Et hæc est vera solutio. Aliæ solutiones ponunt hic in glo. quæ possunt esse veræ in se: & eas examinabo in d. l. si separatim. tamen non sunt necessariæ quantum ad legem istam.

1 ☞ *Causa, an inferenda sit in appellatione & quando.*
2 *Appellatio si est facta ab uno capitulo sententiæ, an videatur ab alijs appellatum: remissiue.*
3 *Causa si est deducta in actione reali, quod non videtur deductum in iudicium omne ius agentis.*

c **Quid ergo.** [c] Qui certā cām in appellatione expressit, potest illam prosequi, & ab illa discedere, & aliam quācunq̄ voluerit assumere. h. d. quod no. & est verum in appellatione a diffinitiua: secus si appellet ab interlocutoria. & extra eo. c. j. lib. vj. dicā in l. ij. j. de app. reci. Opp. §. de adulte. l. denunciasse. §. quid tamen. Sol. patet ex his quæ ibi dixi. Op. C. de codicil. l. fina. Sol. ibi in his quæ electione tolluntur. Et est ibi ratio: ne ex eadem scriptura, causa diuersis modis admittatur. † Quærit gl. vtrum in ap-
1 pellatione debeat inseri causa. Breuiter, aut loquimur in apellatione a diffinitiua: & non est necesse quod causa inseratur, cum ad illam non astringatur. Nec ob. j. eo. l. appellanti. quod apparet, quia §. l. proxi. in fi. nulla fit mentio de causa: vt hic. Ad quid enim necesse est quod cā inseratur, cum ad illam nō astringitur. Nec ob. j. eo. l. appellanti. in fi. qa expone vt ibi p gl. Si vero appelletur ab interlocutoria: tunc dicit glo. de iure canonico, causa est inserenda: vt extra, de app. c. vt debitus. & expressius hodie extra eo. c. j. lib. vj. Ego puto idē de iure ciui-
2 li, vt dicam in d. l. ij. j. de appel. reci. † Quæro, quid si appellet ab vno capitulo sententiæ: vtrum videatur ab alijs appellatū. Dicam in l. appellanti. in prin. j. eo. Vltimo scias quod Petr. p
3 hunc §. dicit, ꝙ † in actione reali, in qua de necessitate non debet inseri causa: tamen si inseratur per illam nō astringit: imo totum ius suum in iudicium deducere videt, sicut hic: cum in appellatione non debeat inseri causa: si tamen vnā inserit, non adstringitur ad illam. Cuius opinio refert Cy. in l. edita actio C. de edendo. Sed eius opi. falsa est: vt l. si mater. §. j. §. de exce. rei iudi. & l. & an eadem. §. actiones. in prin. eo. tit. & in eis dixi. Aliud est in causa appellationis, in qua si perdat, in totum perdit: ideo in fauorem appellantis est inductum, vt omnem causam prosequi possit. Aliud est in causa principali: vbi si perderet ex vna causa, poterit iterum agere ex alia: & sic est in eius fauorem inductum: vt aliæ causę deductæ in iudiciū non videantur. An autem causa in actione principali debeat inseri, dic plene vt in d. l. & an eadem. §. actiones. §. de except. rei iudicatæ.

1 ☞ *Ab executore facti non potest appellari: sed à pronunciatione de exequendo, vel nō exequendo sic.*
2 *Ab executore facti, quando excedit modum in exequendo, potest appellari: & etiam à pronunciatione de exequendo cum insertione causæ.*
Causa insertio, quod necessario non requiratur in appellatione à diffinitiua.
Executor, qualiter videatur excedere modum in exequendo.
Executor si non citat partem, videtur excedere modum in exequendo.
3 *Si iudex mittit nuncium ad exequendum: & excedat modum in exequendo, ad quē appellabitur.*
4 *Officium iudicis, quandoque potest implorari contra iniquitatem executoris exequētis.*
5 *Iudex potest suam sententiam interpretari, si est ordinarius, & habeat merum imperium.*
6 *Iudex ordinarius quod possit interpretari sententiam sui delegati.*
Delegatus non potest interpretari suam sententiam.
7 *Iudex quam interpretationem facere possit de sua sententia.*

tertius appellat. §. ne interesse sui. l. a sententia. j. eodē. in prin. & dic, vt ibi p Bar. in fi. prin. & est tex. in c. cum sup. & ibi Inno. de re iudic. & Ioan. And. ibidē in versi. rationabiliter. & Adde Mat. i not. cxxij. Sed an iudex possit cogere p tē causam exprimere in appellatione, vt sciat an velit differre, vel deferere. Bal. ꝙ non, in l. quoniam iudices. C. de appel. Item fallit si dicta cōclusio, ꝙ nō debet inseri cā in appellatione a diffinitiua, &c. vbi appellatur in casibus, ubi bitis appellari scūm Inn. in c. pastoralis. in gl. magna, de offi. dele. Item in cā mōtaneæ possessionis scūm Bal. in l. j. in ij. col. si de mōtē. pos. & Bar. in l. ij. j. de appel. reci. vide q dicit C. eod. in l. ij. in appelatione ab interlocutoria an sit inserenda causa & quæ vide Bal. in l. ij. C. de episc. audi. & Ange.

Iudex

& Imo. in l. quicqd astringẽdæ. de ver. obli. & q̃ sit inserẽda causa expsse, & specifice, habes in Cle. appellanti. de appel. Et de causa inserẽda in appellatione a diffinitiua sententia, dic vt per Canoñ in c. vt debitus. de appel. & per Innoc. in ca. ij. de operis noui nuncia. Et an in appellatione ab extraiudicialibus debeat inseri causa, vide Bar. vbi habes in l. si. j. de app. reci. adde, q̃ in appellatione a relatione cõsulẽdo debet inseri causa secundum Bar. in l. j. §. qñ rum. i. e. Adde q̃ qñ in appellatione non fuit inserta rõnabilis causa, q̃ iudex nõ debeat deferre app. Ro. consil. cccxxiiij. Et q̃ causæ sunt inferendę in appellatiõe ab interlocutoria, Ro. plene. cõ. cccccj.

interpretari, vide quod scribunt doc. in c. nouit. de iudic. & gloss. C. commi. vel epist. l. iij. & xxxv. quæstione vij. c. loci. §. quia ergo. Et ad hoc vide & quod notat Bal. in l. hæredes palam. §. si quis. ff. de testa. Et de istis interpretationibus vide per Ioan. And. post gl. in cap. ex pte. lultimo. de verbo. sig. vbi ponit, an officiales electi ad cõponẽda statuta, finito eorũ officio possit illa interpretari. & dicit Bal. in l. ne in arbitris. C. de arbi. ad fin. q̃ arbiter potest laudũ suũ interpretari. de quo p Spe. in titu. de arbi. §. si. versi. sed nũquid verbum obscurũ, per Archi. xj. q. j. §. ex his. Et in materia vide Bald. post Bar. in l. ij. C. de sen. ex bre. reci. vbi dicit, qđ princeps habet interpretari priuilegium suum. c. cũ venissent. de iu. per bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & per bar. in l. hac lege. C. de sen. ex bre. reci. & bal. in d. l. iij. C. cõmi. vel epist. Et de hac materia vide post bar. in l. Gallus. §. quidã recte. vbi dixi. de li. & posthu. adđ an iudex possit reseruare interpretationẽ suę sentẽtiæ Pau. de Castr. consi. cccxix.

8 Iudex quando interpretatur suam sententiam, debet pars citari.
9 Iudex q̃ possit interpretari sententiam sui prædecessoris.
10 Si iudex reseruauit sibi taxationem expensarum: licet nõ dixerit, & successoribus suis tamen successor poterit taxare.
11 Delegatus, qui sibi reseruauit taxationem expensarum, non potest illas sibi reseruare, nisi esset talis delegatus cuius iurisdictio adhuc remaneret ad exequendum.
12 Taxationem expensarum, si iudex delegatus sibi reseruauit, quod valeat talis reseruatio, & videtur reseruata deleganti.
13 Reseruatio taxationis expensarum vt valeat: consilium est, quod ordinarius sibi, & successoribus reseruet: delegatus verò sibi, & deleganti.
14 Appellari quod possit ab iniqua interpretatione, seu immoderata expensarum taxatione.
15 Iniquitas interpretationis qualiter derogatur.

a Ab executore. De hac materia, quãdo appelletur ab executione, vide extra eo. in c. a nouit. sed Bal. in d. l. ab executiõe. dicit q̃ gl. vtrobiq; tenet idẽ quod Bar. hic. per Bal. in addi. Spec. in tit. de sentẽ. in xviij. col. Et an a sentẽtia lata de exequẽdo possit appellari Bart. in l. si cum exceptione. in §. Labeo autẽ. quod met. causa tenuit q̃ sic. Quid si iudex ad literas alterius exequitur, & excedit modum: ad quem appellabitur: vide Bar. in l. a diuo Pio. §. j. in penul. q. ff. de re iudi. Sed vtrũ sentẽtia de mãdãdo primã executioni sit interlocutoria, vide Iaso. & Barto. in l. ab executione. C. eod. Ro. in rub. de re iudi. ff.

b Modum excedat. Si excedit modum, potest appellari, est verũ in executione ordinaria: secus ĩ delegata: quia tunc sententia seu executio est nulla, nec põt appellari. Ita videt velle Bal. in l. si vt proponis. per illum tex. cũ glo. C. de sent. vide Bal. in d. l. ab executione. in iiij. colũ. per Ram. in l. v. in prin. de verb. obli. Et an requirat q̃ declaret processus, vide per Bal. in addi. Spec. in tit. de exec. sent. in j. col. Et qñ dicat iudex excedere modũ, adde quod not. Bar. post gl. in d. l. a diuo. in §. in venditione. versi. quæro an interm obilia. de re iudic. Adde an si modus exceditur, q̃ ab executione possit appellari, Ro. consi. xlij.

c Quæro. Quando iudex misit nũcium qui executionẽ vltra modũ exequit, ad quẽ appellat. Ad qđ adde no. q̃ Spec. in tit. de app. §. nunc tractemus. ver. qđ si lata sñia. Adde etiam quod no. Bar. in l. a diuo Pio §. sñiam. in penul. q. de re iudi. & do. Abb. in c. qđ ad cõsultationẽ. in vlti. charta. de re iudi. vbi vide.

d Sententiam interpretari. An iudex possit interpretari suam sententiam? Et dicit Bar. in l. ij. de sentẽ. ex bre. reci. Per istum tex. q̃ habẽs merũ imperium potest suã sentẽtiã interpretari: alias nõ. Et quis possit suã sententiam

A B executore. a Ab executore nõ appellatur: sed ab iniqua sententiæ interpretatione sic: & tunc solũ de iniustitia interpretantis quæritur. h. d. Tres partes habet: vt ex summario cõprehẽditur. Secũda ibi: sed ab eo. Tertia ibi: ita tamen.
1 † Ex primò nota, q̃ ab executore non potest appellari. Contra. C. eo. l. & in maioribus. Sol. gl. hic, & in l. ab executione. C. quo. appel. non reci. dicit, q̃ ab executione facti nõ potest appellari: sed à pronunciatione de exequendo, vel non exequendo bene appellatur: arg. in d. l. & in maioribus. quod nõ placet Odof. & quibusdã Modernis: quia eadem est ratio in pronũciatione de exequẽdo, quæ est in ipsa executione: vt Cy. refert in d. l. ab executione. C. quo. appel. nõ reci. Hoc patet ex tex. qui dicit, ab executione: quasi dicat, ab officio iudicis exequentis. hoc autem intelligẽdum est vt j. proxi. contrario dicam. Contra hoc opp. quod
2 † ab executore possit appellari: vt l. ab executione. C. quorum appel. non reci. Solu. ista lex determinatur per illam: scilicet, q̃ nõ possit
b appellari, nisi in exequẽdo modũ excedat, b et sic partẽ grauet, et sic apparet q̃ lex vult, q̃ cum appellatur à diffinitiua possit appellari sine aliqua causa: vt s. proxi. §. dictũ est. Sed quãdo appellat ab executione, siue intelligas de pnũciatione de exequẽdo, siue ab ipsa executione facti lex requirit q̃ inferatur causa qualiter excedat modus. qđ potest cõtingere multipliciter: vel nõ admittẽdo exceptiones impediẽtes executionẽ, vel exequẽdo antę tẽpus: vel in re in qua non debet. vel alias: vt no. per gl. in d. l. ab executione. C. quorum appella. non recip. & per Ber. plenius extra, de re iudica. ca. quod ad consultationem. in fi. An autẽ videatur excedere modum iudex, si procederet parte, nõ citata ad executionẽ, Cy. videt tenere q̃ sic, in d. l. ab executione. in j. quæst. ego aliter dixi in l. a diuo Pio. circa princi. ff. de re
3 iud. † Quero, c pone q̃ iudex misit nũciũ
c ad exequẽdũ, qui excedit modũ in exequẽdo: ad quẽ appellabitur? Doct. in dicta lege, ab executione. dicũt q̃ appellabitur ad supiorẽ iudicis, nõ ad ipsum iudicẽ: qa exequi ipse videtur, cũ per aliũ exequatur. Tu dic, aut iudex dedit nuncio mandatũ limitatum, qualiter exequeretur: & tunc sit vera prædictorũ opinio: quia ipse iudex hoc mandato grauat partẽ: & ipsius iudicis factũ tangit: & ideo ad eum appellandũ non est: extra, de offi. delega. cap. si à subdelegato. lib. vj. Si vero in mandato non est defectus: sed in nũcio exequente, tunc appellat ad ipsum iudicẽ: argu. ff. qui satisda. cogan. l. arbitro. & j. à quibus appel. nõ licet l. vlt.
4 † licet autẽ per modũ appellationis posset quis cõqueri de iniquitate executoris: tamẽ põt etiã absq; appellatione quandoq; iudicis exequentis implorare officiũ: secundum formã l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. Veniamus ad secundã partẽ: ex qua
5 no. † q̃ põt iudex suam sententiã interpreta
d ri: d & quia istud est singulare dictum hic melius quam alibi. & ideo circa hoc aliqua videamus. Primo quæro, quis potest suã sententiam interpretari. Rñdeo: quidã dicunt q̃ iudex ordinarius potest interpretari sententiã sui delegati: vt l. à diuo. ff. de re iudi. & ita intelligũt hic. Sñiam aũt propriã nullus: qa per hoc posset deuenire ad retractationem sententiæ, q̃ iudex facere nõ potest: vt l. j. C. sentẽ. rescin. nõ pos. & ff. de re iudi. l. iudex. Alij dicũt, q̃ potest interpretari sñiam suã & hoc probat hic gl. Primo à simili, sicut princeps potest. Sed illud arg. nõ procedit maior potest: ergo minor. Præterea, est cõtra tex. in l. j. in fi. ff. de qõni. Secundo probat per simile de testatore. q̃ procedit: quia testator potest testamentũ in totũ tollere, & mutare: ex sua enim libera voluntate dependet. Tertio probatur p simile de prætore: vt l. j. in fi. ff. de præto. stip. & istud aliqualiter facit. Quarto probat per simile de tabellione. & istud etiã aliqualiter facit: quia tabellio nihil immutare põt de volũtate sua, secundum Dyn. Pro hoc etiam ff. de iudi. in l. actorũ. Sed tex. iste melius probat, q̃ aliquis alius. Gl. etiam hoc determinat per alias ll. ff. de test. l. hæredes palam. §. sed & si notã. Et hoc est verũ in iudicibus ordinarijs habentibus merum imperium: vt hic patet. Secus in minoribus. Collegit
6 ex hac gl. † Aut quæritur de interpretatione sententiæ delegati à se: & quilibet potest hoc facere. Aut de interpretatione sententiæ propriæ: & tunc aut est delegatus: & nullo modo potest. Aut est ordinarius: & tũc aut est de maioribus, aut de minoribus:
7 vt ex prædictis pat. † Quæro secundo, quã interpretationem põt facere iudex de sentẽ
e tia sua, cum interpretatio assumatur e multis modis: vt lege prima §. qui operas. supra ad Tertullianum. & not. in lege secunda. ff.

e Interpretatio assumatur. Et qualiter & quot modis sumatur interpretatio: & si iudex põt facere pretationẽ de sua sententia: & vide Bal. in l. iij. C. de libe. prę te. & debet eius interpretatio esse talis q̃ nõ perimat, sed exponat. & vide aliquid per bald. in l. si quis intẽtione ambigua. de iudi. Item debet esse verisimilis: vt no. Dy. in reg. cũ sint iura. & habetur hic: et vide quod no. Bal. in l. si vt proponis. C. de exce. rei iudi. Et de materia vide in l. ea quæ. C. cõmi. vel epis. & dicit Bal. in l quicumq;. in in vj. col. ver. secundo casu. C. de seruis fugi. q̃ a mala interpretatione põt appellari, nisi appellatio sit specialiter ĩterdicta. vt est text. hic in fi. Et adde in proposita qõne, vtrum pars debet citari qñ iudex declarat suam intentionẽ: facit qđ no. bal. in authẽ. hoc sacramentũ. de iura. calum. vbi dicit qđ qñ reperit testis vt declaret dictũ suum pars nõ debet citari licet debeat citari qñ examinat principaliter. l. si qñ. C. de test. vt apparet ex verbis bal. ibi: quia alia est ratio a citatione a principio, q̃ fit in citatione ad declarãdũ: vt patet. Et vide ad bar. hic, extra de verb. sig. olim. Idẽ tenet bal. in l. ea quę. C. cõmi. vel epi. ff. l. qualẽ. de arb. Adde q̃ voluit Io. and. in addi. ad Spe. in tit. teste. §. nũc videndũ. ver. hoc quoq;. ff. q̃ licet post terminũ datũ ad producendũ articulos quis nõ possit vlterius procedere, poterit tñ productos declarare, & similiter erat intelligendum depositio.

POMATES.

a ¶Item si condemnauit. Nota iudicē non posse īterpretari sententiā suā, quando vellet vti interpretatiōe extranea: vel quando vellet aperire id, quod ponit esse clarū. Pro cuius cōplemēto vide bal. in l.ea quę. C.cōmi. vel epi. Et ad hęc vide Alex.cōsi.iij.col. vlt.vol.j. & Areti. lxv.ad fi.

a ¶Item si condemnauit. Nota hic colligitur notabilis limitatio & intellectus ad dicta bar.in l. demonstratio falsa. in viij.col.de cōdic. & demō.in l.diuus.ſ.d cust.reo.& in l.j. C. si plu. vna senten.& in l.inter stipulantē. §.j.in fi.de verb. ob. & ibi do. Alberi. dicit, ꝙ nihilominus assessor.pōt īterpretari ꝙ est idē ex banitus.& vide ꝑ Ange.in l.his verbis.§. fi.de verb.obl. & tenet Bal.in l.nō ignorat.in fi.de fru.& lit. expen. Et ad hæc vide in l.ij.ſ.de liber.et posth.& ꝙ not.bar. in l.pen.de leg.j. & ī d.l. in his.de cōdi.& demō.& cōtrariā tamē opi. cōtra Bart. hic videt sequi Ange.in l.cū quē temere.ſ.de iudi.& male: & cautelam, de qua hic, reprehendit Ange.in d.l.ij.ſ.de li. & posthu. & Imo. ibi dubitat per l. Pomponius scribit, si frumentū.ſ.de rei vēdi. quia incertitudo vitiat iudicium.

b ¶Nō admitteretur. Vide Bal.in l. volūtatis.in pen.col.in simili.de fideicōmis.

c ¶Quæro vtrū. Adde Bar.in l. naturaliter.§. nihil cōmune, circa v.lect.ff.de ac. qui.possess.

d ¶Posit taxare. Quādo iudex reseruauit sibi taxationē expēsarū, an successor possit taxare? vide bar. in l.terminato.C de fru.& lit.expen.do. Ang.& Imo.in l. inter stipulantē.§.j. de verb.obli.sed taxatio fit scdm Bart.in l.Paulus.de re iudic. & Cy.& bal.in d.l. terminato.C.de fru. & lit.expen.& ibi Bal.in vj.col. Et adde ꝙ condēnatio expensarū nō pōt reseruari, sed executio sic, secundum Bart.in l. Paulus.de re iudi.& Cyn.in d.l.terminato,& Bal. in authē. generaliter in vj.col. C de episc. & cle. in ver.idē tenet Bart. in l.terminato.C.de fru.& lit. expen. &

de origi.iur. Respōdeo: Quandoq; inter-
pretatio assumitur pro correctione totali.et
istud non potest facere, nisi solus Princeps:
vt d.l.j.in fin.ſ.de quæstio.& l.iudex.ſ.de re
iud.eadē ratione non potest etiam ei sentē-
tiæ abrogare in parte: licet quandoq; con-
tra generalitatem sententiæ replicationis re
medio succurratur: vt l.licet.C. de iudicijs.
Quandoq; interpretatio ponitur pro extē
sione: & illud etiam nō potest facere iudex
nisi circa accessoria, ipso die: vt l.Paulus.ſ.
de re iud. Quandoq; interpretatio ponitur
pro congrua verbi, vel orationis expositio
ne: & istam interpretationem potest facere
re iudex: vt hic. Nihil em̄ de nouo facit, sed
factū declarat: vt d.l.hæredes.§.sed & si no
tā.ſ.de testa. Exemplū: iudex pronunciauit
aliquem violentiam cōmisisse: poterit post
ea declarare, vtrum intellexit de violentia
publica, vel priuata. licet si hoc non inter-
pretaretur, intelligeretur de vi priuata: vt l.
si præses.ſ.de pœnis. Item si iudex condē-
nauit ad centū: nec dixit de qua pecunia: li
cet in dubio intelligatur de minori, vt l.nu-
mis.ſ.de leg.iij.tamē poterit interpretari iu
a dex de qua senserit. Item si cōdemnauit[a] Ti
tium filium Sempronij.& reperientur duo
Titij, poterit declarare de quo senserit. Sed
si vellet facere interpretationem vnam pe-
nitus extraneā: vt in exemplo posito hic,
in gl.scilicet, si condēnauit in nouem bo-
ues, & ipse interpretari vult, id est, in nouū
bouē: nō pōt hoc facere. Item si verba es-
sent omnino clara, & ipse vellet aliter inter
b pretari: non admitteretur:[b] vt l. ille aut ille.
§.cum in verbis.ſ.de leg.iij.& ſ.de verb.ob.
l.quicquid astringendæ.ver.nec rursus.se-
8 cundum lectu. Dyn. † Quæro, qualiter fiet
ista interpretatio, vtrum debeat pars citari.
Puto quod sic: vt l.de vno quoq;.ſ.de re iu
di.& l.nam ita diuus.ſ.de ado.& arg.eius ꝙ
dicimus de arbitris, qui debēt arbitrari prę-
sentibus partibus: vt l.si quis arbitratu.ſ.de
verb.obl. Aliæ tamen solennitates non re-
quiruntur, quæ requiruntur in sententia: ar
gu.d.l.hęredes.§.sed & si notan. de testam.
9 † Quæro, vtrū[c] vnus iudex posit inter-
c pretari sententiam prædecessoris sui. Vide-
tur quod non: sicut hæres non potest inter
pretari libellū defuncti: vt no.in l. idē Pō-
ponius scripsit, si frumentum.§.fin.in gl.ſ.
de rei ven.& l.inter stipulantē.in princi. &
§.j.ſ.de verb.oblig. In contrarium videtur.
quod ſ.dictū est, scilicet quod delegans in-
terpretatur sentētiam delegati sui. & illud
puto verum: quia accipiendo iudicem pro
iurisdictione, seu pro ipso tribunali, vere
idem est iudicium, & idem iudex: vt l. pro
ponebatur.ſ. de iudi. Nec em̄ ius interpre-
tandi sibi cōpetit, vt priuato: sed vt iudici.
Hæres vero & defunctus nō est eadem per
sona vere, sed ficte. Et de hoc apparet solu.
10 ad quæstionem: † iudex condemnauit reū
in expensis reseruata sibi taxatione: nec di-
xit, & successoribus suis. Quæritur, vtrum
d successor posit taxare.[d] Ex prędictis patet
quod sic: reseruauit enim sibi vt iudici: non
sibi vt priuato. Nec enim hoc priuatus pos-
set facere: argu. pro hoc in l. post mortem.
§.j.& quod ibi no.ſ.quando ex fa.tuto. Itē
11 prædicta faciunt ad alias quæstiones. † po-
ne, quod delegatus condēnauit in expēsis,
reseruata sibi taxatione. an talis reseruatio
valeat? Videtur quod non: quia taxare ex-
pensas est declarare, & interp̄tari, suā sniam
sed delegatus nō pōt sni̅m suā interp̄tari
vt dictū est. ergo nec hoc poterit sibi reser
uare. quod puto verum: nisi esset talis dele
gatus, cuius iurisdictio adhuc remaneret
ad exequendam sententiam. Quod quan-
do sit, dixi ſ.de re iudi.l.a diuo Pio.in princ.
vbi glo.tangit. Sed tunc quæro, quādo de-
legatus condemnauit in expēsis. reseruata
sibi taxatione, cum reseruare non potuerit
an condemnatio expensarum valeat? Vide
tur quod non: quia rem meret sententia in-
certa: ergo &c. vt in l.vltima. C. de senten.
quæ sine certa quanti. In contrarium vide-
12 tur quod † valeat,[e] & taxatio videtur reser
e uata deleganti: & illa adiectio sibi, nihil re-
leuet: argu.supra de bono.possessio.secun-
dum tabu.lege si ita.§. qui filio. quæ opti-
me facit. Et hoc videtur verum quod vide-
tur tenere dominus Iacob. Butrig. in qua-
dam dispu. & asignabat rationem: quia de
legatus reseruauit sibi, non respectu perso-
næ, sed respectu iurisdictionis. Sed iurisdi-
ctio delegati, & iurisdictio ordinaria est ea-
dem: vt l.j.§.qui manda.ſ.de offic. eius cui
manda.est iurisdi. ergo ipse delegatus, qua-
si idem poterit facere dictam taxationem.
Tamen vt prædictæ ambiguitates cessent,
consulendū est in iudice ordinario, qd reser
uet sibi, & successoribus suis, in delegato
13 vero quod reseruet sibi. & delegati. † Sed
iuxta ꝑdicta quæro, an ab interpretatione,
f seu expensarum taxatiōe posit appellari?[f]
Videtur quod non. C.quando prouo. non
est neces.l.fin.in princip. In contrarium vi-
detur casus hic: quod appellari potest ab
iniqua interpretatione. Et istud est verum
si iudex modum excedit in taxando, siue
inique interpretando. Non obstat l.fin.quā
do prouo.non est neces.quia ibi nō licet ap-
pellare victori ideo, quia reus ipse appella
uit: vnde appellatio rei sibi sufficit: secus si
reus non appellasset: vt ibi no.per docto.&
per Iacob.de Are.in l.Paulus.de re iudica.
14 Hoc etiam quod † ab iniqua taxatione pos
sit appellari, tenet Inno.extra, eod.ca.sępe.
in gloss.super ver. appellauerit. Venio ad
15 tertiam partem. Quæro, † qualiter iniqui
tas interpretationis detegatur? Respondeo
in ista causa nulla admittitur probatio, per
quam principalis sententia infringatur. Et
hoc vult dicere hic text. dum dicit: hoc so-
lum quæratur, an iudicis interpretatiōe sit
iniquitas. quasi dicat, Iniquitas proximæ
sententiæ non attenditur. Ad idem supra
de iureiurā.lege si duo patroni.§. Iulianus.
in fin. Iniquitas autem interpretationis poterit apparere ex mul
tis. Primo, ex his quæ gesta & probata sunt: vt dicit gloss. Item
ex qualitate rei. Exemplum. iudex condēnauit me in decē libris
pro pretio talis libri: postea interpretatur quod intellexerit de de
cem libris Bononiensium grossorum: certe ex libri qualitate po
terit interpretari ęquitas, vel iniquitas interpretantis: vt lege sem
per in stipulationibus. & quod ibi not.infra de regu.iur. Item, si
iudex me condemnauit in decem libris pro salario aduocati: &
postea interpretetur de decem libris grossorum: ex qualitate
causæ, & facundia aduocati, & consuetudine fori, vel loci, ap-
parebit iniquitas vel æquitas interpretantis: vt infra de va. &
extraord.cogn.lege prima.§.in honorarijs. Et eodem modo si
taxauit expensas, ex qualitate causæ, & actorum multitudine,
& fori consuetudine, perpendi poterit æquitas, vel iniquitas
inter-

Bal.in l.fi.C. de leg. & Ange.in d.§.j. & Bal.in d.l.ij. & Ange.in l.ex facto.ſ. de vulgari & pupillari & Imo.concor. opi. Rapha.& Imo.in d. §.j.ad fi. Adde an iudex possit reseruare taxationē expensarum, Bar.consi.mihi xcvj.

e ¶Quod valeat. Et qualiter taxentur expensæ, vide in Spec. de executo. §. viso. versi.quid si reus ꝓbaret.intit.de expē. §.postremo. in prin.

e ¶ Extra iudicium. Contrarium not.Bart.in l.diuus.in princip.ff.de in integ.resti.de quo habes ibi per eum.remisiue.

f ¶ Verus contumax. Adde gloss.not.in l.j.§.fina.si quis ius di.non obtem.in glo.magna in fi.quæ vult quod iusta causa excusat quem à cõtumacia.& ibi ponit Bal.exemplum,si erat multis negotijs impeditus.Non autem excusat à ficta contumacia:ideo contra talem potest fieri missio in possessionem ex primo decreto:vt in d.glos.nota.per hoc:quia excusat à vero dolo.l.si plagij.et ibi not.C.de plagia.l.illud.ff.de lib.causa.ita excusat à pœna iuris aut canonis secundũ Ioan.And.in c.j.§.fi.de elec.in sexto.Bal.in l.properandum.§.sin autem alterutra.C.de iudic.& latius Bald.per illum text.C.de epis.audien.& per Roma.in rub.de arbit.in viij.char.& dũ dixi supra,q iusta causa excusat à pœna contumaciæ secundum Oldra.in d.l.j.§.fin.adde tamẽ quod Cy.in d.l.j.in princip.tenet cõtrarium quod imo possit mulctari:quia alis sequeretur probabilis ignorãtia quæ excuset, & ab expẽsis, & ab inobediẽtia iudicis.quod esset absurdum: argumen.l.iij.C.de hære. Fatetur tamen quod non mulctabitur,sicut ille, qui solum in non veniendo contẽpsit iudicem, sed minus, cum mulcta sit arbitraria.l.si quæ pœna.ff.de verbo.significa. Et quãdoq imposita potest remitti ex cã,puta paupertatis in l.illicitas.§.fin.de offic.præsi.quod nõ posset ĩ pœna:vt ibi not. Et hoc sequitur Petr.de Ancha.in d.l.j.in princip.& per Cy.in l.satis.vbi vide supra,de ĩ ius vo.& de prædictis aliqua per Ro.in d.rubric.de arbitr.& ad glo.in dicta l.j.§.fin.qui est sing.vide aliquid per Bald.in d.l.deberi.C.de fideicõ.liber.qui illam nõ sequitur.& bene dicit Bald.in l.ea quæ.in princip. C.quomodo & quãdo iudex.quod excusatio contumaciæ probatur per coniecturas.et ibi est alle.glos.in d.l.j.vbi vide.& finaliter dic etiam committi arbitrio iudicis: & ibi etiam in ij.col.ponit de veritate gl.& no.per Bar.hic.

rem.j.eo.secundum vnam lect.vult q sic. Contrarium puto: quia hæc est quædam interlocutoria: vt l.quod iussit.ff.de re iudicata.

1 ☞ *A iudice, cuius iurisdictio est prorogata, consensu partium appellari potest.*

2 *Pactum quod à sententia arbitri compromissarij possit appellari: an valeat. remissiue.*

3 *A sententia lata secundum consilium sapientis assumpti de consensu partium, potest appellari.*

Ex consensu. A iudice delegato, ex consensu partium potest appellari.[a] h.d. Facit † q à iudice, cuius iurisdictio de consensu partium est prorogata, possit appellari: fallit ĩ episcopo: vt C.de epis.au.l.episcopale.secundum Dy. † Quærit Dy.vtrum valeat pactum, q à sentẽtia arbitri[b] compromissarij possit appellari. De hoc per Cy.C.de arbi.l.j.& plene dixi in l.nemo potest.ff.de lega.j. † Item facit q a sententia lata secundum consilium sapiẽtis assumpti,ex cõsensu partium potest appellari. Dixi in l.j.§.quæsitum.ff.eo.tit.

Cum procurator. A sententia lata à iudice incompetẽti frustra appellatur. Nota formam pronunciationis quando appellatur à sententia nulla: quia debet pronunciare[c] frustratorie appellatũ: quia sententia non tenebat.

Filiusfamilias. In profectitijs, filius potest nomine patris tantum appellare.h.d.

1 ☞ *Quis sit verus, & quis fictus contumax.*

Eum qui.[d] Verus contumax non appellat.h.d. Opp.ff.de iudi.l.& post edictum.§.fin.Solu.hic loquitur in vero: ibi in ficto cõtumace. Quæro, quis est verus, & quis est fictus contumax. † Glos. disputat hic, & ĩ l.fi.ff.de in integ.resti.Cy.ponit in l.properãdũ.§.sin autem reus.C.de iud.Ioan.An.extra,de dolo & cõtu.c.j.in Cle.quæ plene omnia examinaui in d.l.fi.ff.de in integrum resti.ideo hic non recito,nisi quatenus est necessariũ ad declarationem text.& glo. Et est sciendum q ad hoc quod quis sit verus contumax, duo requiruntur, s.quod cognouerit se citatum legitime. Item q potuit venire: vt hic expresse probatur in tex. Quocũq ergo modo cognouerit satis est: vt l.item veniunt.§.á quo.ff.de peti.hære.& ideo citatus ad domum, si ad eius notitiam congruo tempore peruenit citatio, dicetur verus cõtumax: & licet iudex a quo eius appellationem receperit: quia cum habuisset notitiam citationis ignorabat: tamen si de scientia probatur coram iudice ad quem, super eius appellatione non procedetur: & eodem modo si fuit citatus personaliter, & cum vellet venire, fuit impeditus aliqua iusta causa: licet iudex à quo, eius non receperit appellationem: quia cum verum contumacem reputabat: tamen hoc probato corã iudice appellationis, procedetur in sua causa: vt hic dicitur in glo.& colligitur ex text. Nota ergo bene istum text. quia melius declarat quis sit verus contumax, quam aliquis alius tex. Item aduerte, quod glo.hic in princ.dicit verum contumacem eum qui inuentus dicit se nolle venire. Idem not.in multis locis.quam gl. Ioan.And.intelligit, quando hoc in iudicio dicit: secus si dixisset nuncio extra iudicium:[e] vt extra, de senten.excom.c.venerabilibus.§.secus.in glo.super ver.in iudicio.lib.vj.q forte posset procedere quantũ ad hoc quod si citatus esset non peremptorie, iterum esset citãdus: nec habet locum glo.l.fi.ff.de in integrum.resti.quæ dicit eũ non esse citandum vlterius. Sed si poneremus eum peremptorie citatum: siue in iudicio siue extra: & dicit, nolo venire: satis est, vt sit verus contumax:[f] quia sufficit q sciat se citatum. Non obstat quod glo.hic dicit, q iusta causa non veniẽdi est, si dicit se non venisse propter obliuionẽ vel quia non credebat iudicẽ festinare. Nam illud quod de obliuione dicitur, nõ est verum. Non enim præsumitur obliuio, nisi ex longo tempore: vt l.si id quod.[g] in prin.& ibi not.ff.de acquir.pos.& l.furtum.§.fundi.ff.de vsuca. Item id quod dicitur, q non credebat iudicem festinare, nõ est iusta causa: nõ enim debemus inspicere id, quod dicit se credidisse: sed id, quod credere debebat: vt l.qd te.ff.si cer.pet.& l.qui fundum.§.seruus.ff.pro empto, ibi glos.quæ contradicit huic in eo quod dicitur de obliuione.

Negotiorum gestor. Hãc legẽ declara vt l.fi.ff.de re iud.

Curator iuuenis. Adolescẽs factus maior, debet prosequi appellationẽ interpositã à suo curatore.h.d. Contra.j.eo.l.tutor. Sol.hic reddiderat rationes & instrumenta ad causam facientia: ibi secus.

1 ☞ *Impedimentum itineris, qualiter sit probandum.*

Imperator. Alias §.quidã libri nõ habẽt hanc legem, vt dicit glos.est enim Græca lex translata in Latinũ.& ideo est obscura, & ex ea quasi non habeẽ intellectus: & videẽ velle dicere. Primo q quidã appellãtes dicebant se nõ posse venire ad Principẽ, ꝓpter quosdã milites Principis q stabant in certo loco: quos Imperator redarguit, dicẽdo q alia via erat veniendi ad eũ, quã illa vbi stabant milites: & citius veniebant. Et hoc nota † vt qui probãt impedimẽtũ[h] itineris, non sufficit probare impedimentũ per vnũ iter tãtũ. Debẽt enim homines ire per itinera magis secura: licet sint aliquãtulum magis longa: vt ff.de fal.l.eos.§.fina. Secundo Imperator prohibet, ne

g ¶ L.si id quod. Pro hoc quod not.gloss.fin.in l.qui fundum.§.seruus pro emptore.& l.fi.& ibi Bar.in princi.de adim.le.& vide Bal.in l.qui non probasse. C.de calum.

h ¶ Probat impedimẽtum. Nota ad probãdum impedimentũ, vide Bar.in l.continuus.§.cum ita.de verbo.obli.& Bart.in simili in l.veteres.ff.de iti.actuq priua.Et ad materiã vide Bart.in l.cum proponas. C.de nau.fœn.& ibi habes post eum.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Quærit gl. Vtrũ confessus, & condemnatus possit appellare. Dicitur hic ꝙ sic. et sequtur Ang. in l. si debitor. de iud. licet ibi referat Oldr. contrariũ tenuisse per legẽ secũdam. C. quorũ appel. & vide omnino Bal. in l. prima. C. de litis contest. & no. quod in casibus in quibus confessus non potest appellare, est verum in confessione domini: secus in confessione procuratoris, secundum do. Ant. & Imo. in ca. primo. vt lite non contest. faciunt quæ habẽtur in l. certum. §. sed an & ipsos. ī. de confes. Et adde ꝙ licet reus sit plene conuictus: tamen potest torqueri, vt confiteatur: & sic non appel. Et nũ quid in causa momẽtaneæ possessiõis appelletur: notat Bal. in l. eũ qui. in princi. de iureiurando. Adde an in cã momẽtaneæ possessionis appelletur, Ang. consilio xlvj.

b ¶ Et reuocet. No. ꝙ error in cã principali põt reuocari in cã appellationis. quod videtur verum ĩ diffinitiua: secus ĩ interlocutoria: vt videtur velle Bal. in l. prima C. de litis contest. & habetur in c. Roma. §. sinautẽ. de appellatiõibus. in sexto. sup gloss. in verbo, notorie. per dominum. & vide quod no. Bald. in repetitione Inn. ĩ vers. appello. in ver. appellatur. et vide Bal. in l. error. in v. col. C. de iur. & fac. ignoran. & melius p eum in l. edita in xxxiij. col. C. de eden. quod est verum ĩ tacita confessione erronea: vt no. Bal. in l. ita demum. de procuratoribus. et quod dixi in l. secunda, de iuramen. calũ. & not. Bal. in d. l. error. in vltima co. Et adde hic Bal. et Bar. in l. ij. C. quo. appel.

c ¶ Substituti. Determinat quæstionem. Vide quod no. Bar. in l. ita autem. §. fin. de administratione tuto. & istud sequtur Bald. in l. dominus. C. de appella.

d ¶ Non appellatur. Sed an a delegato Principis appelletur & quando non, vid no. Bald. in l. ij. C. de appel. & in l. etiam. C. eo. titul.

e ¶ Vim stipulatiõis. adde quod idẽ tenet Bar. in l. cum quisdecedens. in prin. de le. iij. & Bar. et Pet. de Ancha. in l. j. in princi. de verbo. oblig. licet Bar. quẽ doct. cõmuniter sequuntur ĩ l. cum ostẽdimus. in fi. de fideiu. tuto. dicat hoc eẽ verum in teruenientẽ fauore pupilli, aut Reipublicę.

ponantur custodes in itineribus ad impediendũ ambulantes venire ad eũ: & ostẽdit de hoc multum sibi esse curæ.

AD Imperatorem.

Clara est, & vide quod dixi §. eo. l. ad Principem.

TVtor.

Dic vt l. negotium gestorum. §. i. ī. eo.

1 Appellatio, quòd non sit proprie actus iudiciarius.

GReditor.

Seruus pro domino nõ põt appellare. h. d. Opp. dicitur hic, ꝙ creditor non affuit: ergo sententia nõ valet: vt l. de vnoquoq; §. ī. de re iudi. Sol. dicit gloss. intellige, ꝙ fuit legitime citatus. sed contra: quia secũdũ hæc tempora ex parte actoris nõ cõtrahebat eremodiciũ: vt l. & post edictũ. §. j. ī. de iudi. ideo dic, ꝙ hic non affuit ipse creditor, sed procurator suus. † Vltimo hæc lex facit ꝙ appellatio sit actus iudiciarius. quod apparet: quia nõ põt interponi à seruo. quod est verum: non tamen est proprie iudiciarius: vt dixi ī. eo. l. si expressim.

1 Nolens iurare de calumnia, potest tamen appellare.
2 Confessus, & condemnatus appellat: licet confessus, & conuictus non.
3 Iudex appellationis quòd non faciat reum iurare de calũnia, in causa huius §.
4 Appellatio, licet non admittatur in causa momentanea possessionis: tamen quando quis condemnatur ad interesse ratione possessionis non restitutæ potest tunc appellari.

Iussus etiam.

Contumax in nõ exhibendo, auditur appellans. Opp. ī. eo. l. ex consensu. §. fi. Sol. Ibi loquitur in cõtumace in nõ veniẽdo: hic in nõ exhibendo rõnem. Dic vt in gl. † Quæro, an ille q̃ noluit iurare d calũnia: & ideo perdit actionẽ, audiat appellans. Gl. dicit ꝙ sic, per hunc textum. † Quærit gl. [a] nunquid cõfessus, & cõdẽnatus possit appellare? Gl. dicit ꝙ sic, quia potest quis suã cõfessionem reuocare, vsque ad sententiam, vt l. error. C. de iur. & fac. ign. et iõ appellet et reuocet [b] in causa appellationis. qd est not. et est casus. C. de erro. aduo. l. fi. secus si esset conuictus, & cõfessus. l. ij. C. quo ap. nõ reci. Quærit gl. † an hoc casu iudex appellatiõis faciat reũ iurare. Dicit gl. ꝙ non, sed põt taxare, si viderit nimis iuratũ. tene menti istã glo. Item aduerte, ꝙ gl. supra quod met. cau. l. si cũ excep. §. hæc autem actio. intelligit legẽ istam. quando secũda sententia, qua qs condemnatur ad interesse æstimatiõis, ꝓpter iuramentum in litem fuit lata iuxta decem dies a die primæ sententiæ de exhibendo. qd putofalsum, quia potuit prima sententia esse iusta, et secũda iniusta, quia forte ex casu fuit ĩpeditus exhibere vt l. si cũ exc. §. qd si hõ. ī. qd me. cau. et qd ibi dixi. fateor tamen quod in hac appellatione non admitterentur probationes, per quas detegatur iniquitas primæ sententiæ. vt l. ab executore. in prin. ver. ita tamẽ. ī. eo. & quod ibi dixi.

4 Vltimo † nota per hunc §. ꝙ licet in causa momentaneę possessionis, nõ sit appellandũ: tamen hoc est verũ, qñ iudicatur de ipsa possessione: secus si aliquis condẽnaretur ad interesse ratione possessionis nõ restitutæ, seu turbatæ. per istum tex. Nam cõstat ꝙ in actione ad exhibendũ nõ appellatur: quod minus est exhibere, quàm restituere possessionẽ: & tamẽ à sentẽtia, qua cõdemnatur ad interesse, appellatur: vt hic. & hoc sentit Spec. de appel. in §. in quibus. versi. sed quid in actione ad exhibendum.

1 Syndicus constitutus ab vniuersitate ad litigandum, vsque ad annum, si pendente causa annus labatur, & alius constituatur, an aduersarius possit petere: vt primus confirmetur.

Substituti.

Finito officio tutoris ad petitionẽ eorũ cõtra quos litigabat, ex causa litẽ exercere cogetur. h. d. Tex. ibi: si vellent causam exequi. intellige si vellent illi, cõtra quos appellatũ est: vt ī. summando posui. Nã dicebãt adultos non ita esse legales, vel non ita scire veritatẽ. Dyn. per hunc §. determinat quæstionẽ: [c] est quasi casus secundũ Dy. Ciuitas, vel aliqua vniuersitas constituit syndicũ ad litigandum vsq; ad annum. † Iste syndicus litigat, & pẽdente causa finitur officium, & cõstituitur alius: aduersarij dicunt se potius velle litigare cum antiquo: quia est legalior, & scit melius veritatem: an audiatur? Et hic dicit ꝙ sic, per hunc §. secus si nouus esset æque legalis, & qualiter sciret veritatẽ: vt ī. eo. l. negotiorũ. §. curator. Ad hoc. C. de ꝓcu. l. fi. & ī. de ꝓcur. l. si actor. & ī. ex qui. cau. in pos. ea. l. ij. §. defendi. cũ ī. secũdũ Dy. Et prædicta vera, si quæratur, an possit cogi ad petitionẽ eius, cum quo litigabat talis syndicus, vel officialis: sed si quæratur an possit cogi ad petitionem eius, cuius litem agebat. Videtur ꝙ non: & j. de excu. mu. l. legato. & j. de leg. l. Paulus, aliàs incipit, eum qui. qd intellige si rationes reddit, & instrumenta rẽstituit. aliàs secus: vt ī. l. tutor. & de admi. tut. l. ita autem. §. fin. & C. vt causæ post pub. assit tut. lege prima.

A quibus appellare non licet. *Rubrica.*

LEX I.

d 1 TRactandum. A principe, vel à senatu, non appellatur [d]. h. d.

1 Renunciare appellationi ante sententiam, quòd quis possit, & quando.
2 Simplex assertio apud acta, quòd tantum valeat quantum pactum.
Taciturnitas apud acta, habet vim stipulationis.
3 Renunciare iuri petendi reductionem ad arbitrium boni viri, quis non possit.

Si quis ante sententiam.

Seipsum summat. Nota † ꝙ quis ante sententiam potest appellationi renunciare. Contra. ī. de iuris & fa. igno. l. cum falsa. Sol. ibi fuit facta professio extra iudiciũ: hic in iudicio. Contra hoc oppo. C. de temp. appel. l. fin. in fi. Solu. hic loquitur, quando pars simpliciter est professa se non appellaturã, vel appellationi renunciauit ibi quando inuicẽ partes fecerunt pactum: & sic ibi renunciatio nititur consensu duorum, hic vnius. & ideo distingue: aut in iudicio, aut extra: vt supra dixi. Ad quod facit l. j. C. de pact. & quod ibi not. in glos. Et sic not. secundum Dyn. † ꝙ tantum valet simplex assertio apud acta, quantum pactum: vt hic not. & ī. de acquiren. hæredi. l. is qui. & de cura. bo. dan. l. j. Et taciturnitas apud acta habet vim stipulationis: [e] vt ī. de fideiuſ. tu. l. cum ostendimus. §. fina. † Sed posset opponi de eo quod dicimus, quod iuri petendi reduci ad arbitrium boni viri, non possit renunciari: vt dixi in l. quidam cum filium. ī. de verbo. obliga. & de reg. iur. in vj. c. scienti. Gul. de Cug. soluit in l. si vnus. §. illud. ī. de pact. & dicit, quod ratio est: quia iudices eliguntur cum maiori industria: vt l. j. ī. de offi. præfec. præto. vt in aut. iusiurandum quod præst. ab his. quod non est in arbitrio. Oppo. glo. ī. quo. leg. l. j. §. quod ait. Solu. Ibi ideo, quia id, quod sequitur, non est vltimum, ſ. possessionis apprehensio: hic sic, scilicet sententia, secundum glo. Præterea, dicit Dy. cõsensus qui interuenit ibi, magis accedit repudiationi, quam pacto: & ideo non valet extra iudicium. Item oppo. gl. de l. qui superstitis. de acquir. hære. & de suc. edic. l. j. §. decretalis. & non soluit. Dyn. soluit eodem modo, quod ibi loquitur in repudiatione extra iudiciũ: hic in iudicio. Ad quod facit qd no in

Et circa hoc vide Bal. ĩ l. ij. §. volũtate. ſo. matri. et in l. siue apud acta. in j. colũ. de trãsac. et in l. statutis. ad fi. C. de sentẽ. ex breui. recitã. et alias in l. j. C. de sentẽ. & Bal. in l. filiusfa. §. inuitus. de procu. et in l. fideiussor. in prin. ī. q fari fid. cogã. et Bal. in d. l. cũ ostendimus. §. fi. et Imol. in d. l. j. in prin. ī. d verbo. obli. et vide Bar. in l. si filius. ī. de tu. et ra. di. in d. l. j. de ver. obl. vid Bal. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ī. de pœn. et Bal. ĩ c. j. et in c. sæpe. de re iud.

Universidad de Deusto Biblioteca

no in d.l.j.C.de pac.& de cura.bo.dan.l.j.

1 *Causa si committatur simpliciter, appellatione remota, non valet commissio tam de iure ciuili quàm canonico: secus si remoueretur diffinitiua.*

2 *Iudex quod non possit committere causam appellatione remota, ab interlocutoria: quia intelligitur de friuola.*

3 *Rex vel dominus, qui non recognoscit superiorem, quando committat causam appellatione remota.*

4 *Tertius non impeditur appellare pro suo interesse. licet Imperator in rescripto remoueat appellationem.*

5 *Clausula apposita in rescripto, nulla exceptione obstante, intelligitur de friuola.*

6 *Delegatus, cui est commissa causa appellatione remota, potest ante litem contestatam recusari.*

7 *Casus, in quibus à iudicibus non potest appellari.*

8 *Quod ab arbitris electis ex præcepto statuti, potest appellari.*

a Interdum a Imperator.

Imperator pōt delegare cām appellatione remota, non alius[b] h.d. Op. secūdū gl.[c] †qa talis remotio appellationis nō impedit nisi appellationē friuolā: vt extra, de app.c.pastoralis.in princ.& c.vt debitus. & ibi plene no.[d] per gl. So. Dicit gl. aliud secundū leges, vt hic: aliud secundū canones, vt ibi. Et assignat gl. rationē, & rationem rationis: quæ rationes nō cōcludunt: quia etiā secundū leges pōt appellari ante sententiam in multis casibus: vt dicemus j. de appel. reci. l.ij. Dico ergo q̄ idem est de iure ciuili, & de iure Cano. Nam lex ,prohibet ne appellatio indistincte remoueatur à delegato: vt l.fin. C. de sen. ergo simpliciter remouetur, nihil valet: vt l.non dubiū. C. de legi. Et ita tenuerunt quidā antiqui in glo. in l.fi. C. de sent. licet Io. cōtradixerit: & licet d.l.vl. loquat in alijs iudicibus, tamē id ē credendū est principē seruare in se: vt l. digna vox. C. de legib. si igitur committatur causa appellatione remota simpliciter, nō valet, nec secundum leges, nec secundū canones. Sed si expresse remoueretur appellatio à diffinitiua, tunc valeret, & secundū leges, & secundū canones, vt hic. Opp. de l.fi. C. de sen. vbi innuit q̄ alius iudex possit etiam delegare appellatione remota. Sol. ibi dicit, †q̄ alius iudex pōt remouere appellationē ab interlocutoria, non à diffinitiua: [e] vt hic, quod intelige de appellatione friuola. Nam si legitime appellaret ab interlocutoria: tūc nō posset p̄ iudicē inferiorē remoueri: qa per hoc prejudicaret iurisdictioni maioris, ad quē deueniretur saltē in secūda appellatione: ergo nō licet: ar. l.pe. de aqua plu. arcē. Pro hoc extra de iureiu. c. veniētes. Sed si esset aliquis Rex, vel dūs, † qui in tēporalibus superiorē non recognosceret, tunc putarē in eo idem quod in Principe: quia est eadem ratio. Quæro, †Imperator remouit appellationē in rescripto: an tertius veniens pro suo interesse audiatur appellās secūdum l.à sentētia. §. eo. Respon. audiet. Nam rescriptū non porrigit effectū[f] suum vltra personas in rescripto contentas: vt §. de constit. Princi. l.j. in fi. & est expressum extra de offi. deleg. c. ex parte. Quæro, †quid si Princeps dixit in rescripto, nulla exceptione obstante? Rnd. vt dixi de appellatione, q̄ intelligitur remota exceptione friuola: [g] & est expressum extra, de offic. deleg. c. ex parte tua. Quærit gloss.

6 †nunquid qñ causa cōmittitur, appellatione remota, iudex poterit recusari ante litis cōtestationē. Glo. hic dicit, q̄ poterit recusari, contrariū no. in l.fi. C. de sen. Sed hæc vera. Nam ad remotionē vnius iuris, nō sequit remotio alterius: vt §. de serui vrba. præd. l.si domus. Nec obst. extra eo. c. sit per eo quod gl. allegat: quia ibi intelligit remota recusatio friuola. Vltimo glos.

7 †dicit, q̄ hic ponunt casus quatuor, in quibus non pōt a iudicibus appellari ratione iurisdictionis. Addit gl. in præfecto prætorio, & in arbitro: sed de arbitro dicit, vt

8 dixi in l.nemo pōt. §. de leg. j. Et est †aduertendum: quia ab arbitris, qui eliguntur ex

h præcepto legis, pōt appellari.[h] C. de iudi. l.fi. in fi. quod nota pro statutis terrarū Italiæ: quę compellunt partes ad electionem arbitrorum.

LEX II.

QVæsitum. A delegato ad reprobandū arbitros pōt appellari: potest etiam ex officio delegatiōis, quod factū est per eos corrigi. h.d. Text. quærit, & nō soluit. Sed respōdet per l.arbitros. §. qui satisf. cog. Opp. de l.j. C. de arbi. Sol. hic loquit in delegato. Quero, dicit hic, quāuis qdā putāt. an illi bñ putauerint. glo. tenet q̄ nō: quia postquā est lata sentētia, nō pōt mutari, nisi appellationis remedio: vt l.j. C. sent. rescin. non pos. Sed puto q̄ bene putauerint. Nam ista est sentētia interlocutoria: ergo pōt reuocari: vt l. quod iussit. §. de re iudi. & sic poterit delegans reuocare sentētiā delegati sui: sicut posset totā iurisdictionē reuocare: vt §. de iudi. l. iudicium soluitur. Et hoc nō intellexit Bald. l. arbitros. §. qui satisd. cog. quod ibi succurritur per officium iudicis, nō per modum appellationis: sed, vt dixi, vtraq; via locum habet. Et si dicis, quomodo appellatur ab interlocutoria? Respon. vt dicā j. de appel. reci. l.ij.

Quis, & a quo appelletur. *Rubrica.*

LEX I.

i **Q**Vod dicitur. [i] A iudice appellatur ad eum, qui eū dedit vel successorē suum. h.d. Istud principium intelligitur siue loquamur in eo, qui dedit iudicem delegatum, siue in eo, qui dedit iudicem ordinarium. ¶ Oppo. j. proxi. § solue vt ibi dicam.

1 *A subdelegato cum appellatur, an appellatur ad subdelegantem, vel ordinarium? & qualiter intelligatur quis sit vicarius, & quis delegatus.*

1 **Ab eo.** A subdelegato †nō appellat ad ,pximū delegātē, sed ad ordinariū, h.d. secundū lec glo. Vel aliter, A vicario nō appellat ad illū, q dedit eū vicariū, sed ad supiorē ipsius dātis. h.d. Opp. §. ,pxi. §. Sol. secdm Ioā. §. delegauit ordinarius. Vñ ab eius delegato ad ipsum appellat: hic delegauit delegatus. Sed cōtra hoc op. qa delegatus nō pōt subdelegare: vt C. de iud. l.à iudice. So. ibi loquit ī delegato ad vnā cām, q eā subdelegare non potest: hic vero in delegato ad vniuersitatē causarum. Ita tenet glos. hic, & §. de offic. procon. in l. legatus. & C. de iudi. l.à iudice. quod etiā tenēt Canonistæ. Alij dicunt q̄ etiā hic potest loqui de delegato ad vnam causam, ad instar procuratoris: vt C. de procurat. l. neque. quod stare potest secundum glo. Sed docto. Moder. in d.l.à iudice. dicunt contra, quod nec etiam post litem contest. potest subdelegare. Non enim efficit dominus litis per lit. contest. quod apparet: quia potest remoueri ab administratione: vt l. iudicium soluitur. §. de iudic. Hoc tenet gl. Ber. extra, de re iud. c. cū Bertholdus. de app. c. cū cām.

k Io. And. de ,pcu. c. j. lib. vj. qd forte est verius. Item oppo. [k] q̄ debet appellari ad ipsum delegatū subdelegantē: vt C. qui pro sua iuris. l.j. prout est ibi in litera, ad eos: quę litera est cōmunis. Sol. ibi in delegato à principe: hic ab alio ordinario. Decretistæ tñ circa hoc extra, de offi. deleg. c. super quæstionū. ver. porro. distinguūt: aut delegatus cōmisit in totū vices suas, aut sibi reserua

---

→ Pro concordia. ¶ Aduerte, secundū Bar. in l.fi. C. de sen. & interlo. om. iudi. q̄ appellatio nō potest tolli p̄ interiorē à principe. Cōtrarium tñ allegat tenere Bar. in l.j. §. iterdū. ver. op. de l.fi. Tu dic, opi. affirmatiua, & sic vltima ,pcedit in appellatiōe ab iterlocutoria friuola, q̄ etiā ,p̄hibet regulr à lege: vt in l.ij. j. de app. recip. secus in appellatiōe à diffinitiua, & nō friuola. ita sentit Bar. Et, si bñ videat nō meretur dici contrarius.

→ P. PAV. P.

a ¶ Interdū. vide Bar. in l. res pupilli. in ij. q. prin. ff. de iusti. & iure.

b ¶ Non alius ad limitationis §. vide glo. quā ibi notat Bart. in l.fi. C. eo.

→ POMATES.

c ¶ Opp. secundū glo. Remotio appellationis intelligit de friuola, nō alia de iusta. & vide Puteū in tract. de syndica. char. xv. in ver. an si statuto. & Alex. cōsi. cxiij. colū. ij. & seq. vol. v.

d ¶ Plene not. De hac clausula appellatiōe remota, qd ,portet, vide in c. licet in corrigēdis. de offi. ordi. & in c. pastoralis. & in c. vt debitus. d appel. et per Bal. in l.ij. C. de ap. & in l.fi. C. de sent. & plene per Io. An. in c. fi. de ap. in vi. Et qd not. do. Ant. & doc. in c. veniētes de iniu. Ad q̄ vide q̄ scripta sunt in l.pe. l. d aqua pluarc. & in l.j. §. de offi. ,pfec. ,pto. & plura vide p Pau. de Liaza. in d. c. vt debitus. in iij. col. per d. Anto. ibidē i iij. col. cū sequent glo. & alios ibi. & adde q̄ clausula, appellatiōe remota tollit appellationes friuolas tñ. Fallit si cōmitat cardinali, à cuius sntia nō appellat, siue iusta, siue iniusta: verbum fuit, no. Bal. in l.j. §. de off. ,pfecto. Pro quo hic videt gloss. in simili. & adde Bar. in l. oēs populi. i vl. q. vj. q. prin. ff. de iusti. & iure.

e ¶ Non à diffinitiua. Fallit, nisi appellatio cōtineret ex,pse iniusticiā, secundum Bal. in d.l. vltā. ver. quid ergo ap.

→ POMATES.

f ¶ Non porrigit effectū. Vide Alex. cōsi. lxxxiij. co. ij. vol. iij. vbi dicit ēt hoc ,pcedere, si princeps esset vlus plenitudine potestatis. & vide quæ posui ad gl. in Cle. j. in ver. cōtra fe. de re iudi. & vide Scribētes late in c. super eodem.

g ¶ Excepticne friuola. Vide Bar. in l.ij. §. & parui. ī. qd vi aut clā. & vide Cy. in l. ita nobis. C. de adulte. & vide oīno bal. in l.iij. §. si is ,p quo. ī. qd qsq; iur. & vid Imo. hic, & in l. seq.

h ¶ Pōt appellari. Nota casum, in quo pōt appellari à sntia arbitri. vide Bal. in l.fi. §. fi. C. de iud. & Imo. i l.j. in añpe. col. §. somar. Et qñ est arbiter ex forma statuti.

i ¶ Quod dicit. Ita tenet gl. vide per doc. in c. ad hæc sumus. extra de rescrip.

k ¶ Item oppo. Adde ad hoc notata per Bar. quæ ibi dixi in l.i. ī. de damno infecto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

a ¶ Moderni dicunt. Adde ad hoc not. p Bar. in l. j. §. hi qui. ff. de legatis iij. Bal. in l. aliquando. §. de offi cio proconsul.

b ¶ Et idē auditoriū. Nota ꝙ idem est tribunal vicarij, et eius cuius est vicarius, licet in cōtrariū facere videatur quod nota. Bar. in l. a proconsulibus per illū textum. C. de appel. Et ista faciunt ad no. q. Nam hic habetur ꝙ appellatur a delegato ad delegantem. Pone ꝙ episcopus d̄ legauit causam vni canonico qui tulit sē tentiam, a qua est appellatum ad vicariū an valeat appellatio? ponit Archi. in c. ij. de consue. in vj. & dicit ꝙ sic: quia episcopi et vicarij est idem tribunal. et ibi & in c. Romana. hic alleg. facit dubium: & quia ista duo æq parantur appellatio a iudice, & iudicis recusatio vt suspecti. d̄ app. c. super eo. Sed si delegatus episcopi recusat vt suspectus, debet causa corā ēpo agitari, & non corā vicario: vt in c. si cōtra vnū. de offi. dele. ff vj. Si hoc est ſ vno: ergo idem in alio. Nec obstat ratio Archi. quia licet sit idē tribunal, non tamen est in cā delata: quia in ea maior est vicario delegatus: vnde ad vicarium vt ad maiorē nō potest appellari. Quod no. p petuo, & cogita. Itē facit ad qōnem, notarius deputatus est ad scribendum oēs sententias ēpi, episcopus cōmittit vnam cām vicario suo, vtrū notarius ille teneat scribere suam istā sine salario? Bal. ſ l. fi. C. vbi et apud quem. tenet ꝙ non. Item ad hoc vide gl. no. et ibi Dom. in c. j. de capel. mo. in vj.

c ¶ Ad superiorē. Et hoc est verum, etiā si esset cōtraria consuetudo: vt in ca. nō putamus. de consue. in vj. et alle. ad Bar. in d. l. præcipimus. nisi ipse vicarius esset alicuius officialis vicarius, vel nisi esset d̄legatus ad specialem causam, secūdū Ioā. And. in d. c. nō putamus, quia hoc casu ad eū, cuius eēt vicarius, eēt appellādū. c. eū dilecti filij. de appella. vbi de hac materia et ibi vide ad intellectum huius legis. Sed pone quod quis ē vicarius ordinarius, & delegatus

uit aliquid: vtī primo casu non possit appellari ad eum, in secūdo sic. Sed illa loqtur in foro eorū: hic in foro nostro. Hoc vult sentire glo. §. ti. ij. l. Imperatores. ij. responso. Alij, vt Old. videntur ꝙ hæc sit q̄dam diuinatio, cū hic nulla fiat mentio de delegato subdelegāte. et ideo dicit ipse, aut iudex mādat alicui causam cognoscendā, & tūc ipse delegans appellat. Aut mādat iurisdictionem, et tunc ille appellatur a delegato, qui appellaretur ab ipso delegante: vt hic. Dicit enim rex. mandauit iurisdictionē, &c. et ibi mādata ē iurisdictio Et etiā assignat gl. rōnē. quia quādo mādat iurisdictionē, nō videt sibi iurisdictionē reseruare. Nec ob. §. de offi. ēpi. l. legatus. quia ibi volebat desinere habere iurisdictionē per modū illicitum, hic ꝑ modū licitū. qd̄ non placet gl. & bene, quia secūdū hoc cōmittēdo cām quālibet, quę posset cōtingere in curia sua, abdicaret a se omnē iurisdictionē. qd̄ fieri nō pōt: vt d. l. legatus. Alij: vt Pla. dicunt, ꝙ pōt appellari ad delegantem proximū, et etiā ad superiorem, vt hic. quod non placet, vt l. Imperator. §. ti. ij. et l. j. §. si quis in appellatione. §. de ap. Aut appellatur a delegato, et tūc appellatur ad ipsū delegātē: vt hac l. in prin. Fallit C. de app. l. eo casu. Aut appellatur a subdelegato, et tunc aut a subdelegato Principis, aut a subdelegato ordinarij. Prio casu: appellat ad subdelegantē: vt C. qui ꝑ sua iuri. l. prima. Secūdū Canonistas distinguit aut sibi reseruauit aliqd d̄ iurisdictiōe: aut nō, aut a subdelegato ordinarij: et tūc appellat ad ipm ordinariū omisso subdelegāte medio: vt hoc §. secūdū lecturā gl. Aut appellat a vicario, et tūc nō appellatur ad illum. q eū fecit vicariū: sed ad superiorē: vt hic secūdū alias lec. vt l. præcipimus. C. de app. Sed q̄ ro[d] quo cognoscā, vtrū sit vicarius, vel d̄legatus? Respondeo, vicariū intelligo eum,

a

b

c

d

e qui gerit vices ordinarij[e] in eodē loco, & eodem tribunali, quo cōsueuit ipse ordinarius: & tunc vere dicit idem auditoriū. Ratio: quia de vno nō appellat ad alium. Sed quādo cōmitteret alicui vniuersitatē causarū exercendarū in alio loco: vt puta

f in aliquo castro[f] sui territorij: licet diceret: facimus vos nostrū vicarium, non diceret vicarius: sed delegatus: nec appellaret ad superiorem, sed ad ipsum, qui eum vicariū fecit. Quod apparet: quia non est idē auditorium vtriusq̄. Ita colligitur ex dictis Innocen. extra de officio ordinario. c. Romana. in vj.

Quando appellandum sit. Rub.

LEX I.

SI quidem. Pōt appellari, cum Principi rescribitur, & secūdum eius rescriptū sententiatur. h. d. Opp. §. de appel. l. j. Solue vt ibi plene dixi.

Si quis tutor. Si onus est munus publicum authoritate, sed vtilitate priuatū, debet excusari, non autem appellari. Si vero publicū vtroq̄ modo debet appellari. h. d. Et pōt esse ratio: quia qn̄ est munus publicum authoritate, & vtilitate, vertit maius periculum: & ideo, vt citius finiat, statim voluit lex ꝙ appellaret: vt C. vt intra certum tp̄s quæstio crimi. termine. l. j. & ij. Opp. de l. cum in vna. §. tutor. §. de appella. Sol. illam intellige secundum istam. Op. dicit hic, ꝙ debet appellari, quando est munus publicum authoritate & vtilitate. contra. de l. si constat. §. de appella. Sol. Intellige, quādo nominatio valet: vt hic. secus si non valet: vt d. l. si constat. & l. si ad scribatum. C. de app. Quæro, intra quantum tempus debet appellari? Et dicunt quidam, ꝙ intra duos menses. quod non est verum: imo intra biduum, vel triduum: vt statim videbitis infra, eadem l. §. quod in sententijs. Quæro, quid si aliquis vocetur ad aliquod officium ab aliquo collegio? Respondeo, aut ille vocatus non erat de collegio: & non habet necesse appellare, nec se excusare: quia ei imperari non potest. C. qui pro sua iurisdictione. l. j. Aut erat de collegio: & tunc aut erat collegium ecclesiasticum: & tunc illud videtur officium publicum authoritate, & vtilitate, vt l. j. §. publicum. §. de iusti. & iure. ideo debet appellari: vt hic, & extra de his quæ fiunt a maiore parte capituli. c. j. & ibi. per Inno. Aut erat collegium seculare: & tunc idem quod in tutoribus: argu. §. de pactis. l. tutoris. & l. item magistri. & §. quod cuiusque vniuersi. l. prima. in fi. vbi habetur loco priuatorum.

1 ☞ *Ab actibus extraiudicialibus quod appelletur: remissiuè.*
2 *A nominatione, qua mediante quis vocatur ad aliquod munus, quando possit appellari.*
3 *A decreto ordinis puta Priorum, quando quis possit appellare.*
4 *Canonicus factus episcopus, quod possit iudicare de his, quæ fecit cum alijs, quando erat in capitulo. & remissiue.*

Solent. A decreto electionis, non à nominatione appellatur, & ab ordine appellatur ad præsidem: licet
1 ipse eum nominauerit, vel de collegio fuerit. h. d. Nota ꝙ ab actibus extraiudicialibus appellatur. De quo dicā j. tit. j. l. fina. hic solum examinabo materiam præsentis §. Opp. ꝙ appellatur à nominatione: vt C. de appella. l. si ad scribatum. & C. de decurio. l. nominationum. Dicit gl. ibi ponitur nominatio pro
2 electione. Tu dic, † quædam est nominatio, quæ nullum ius tribuit nominato, nec contra eum, sicut si quilibet extraneus diceret in consilio, talis esset bonus rector, vel per literas scriberet: tunc a tali nominatione non appellatur: vt hic. Quædam est nominatio quæ tribuit ius, licet non perfectum, quia forte debet confirma

eiusdem, qūoab eius sententia appellabitur. & ad quē ē vide Io. And. in addition. Specu. in tit. de offi. vic. in addi. quæ incipit, vidi dubitari. Cum quo transeunt Mod. in l. ij. in prin. de verb. oblig.

☞ POMATES.

d ¶ Sed quæro. Vide glo. in Cle. & si principalis. de rescrip. & ibi per oēs. vide gl. in contrarium. in c. statutum. §. insuper. de rescri. lib. vj. vbi dicit ꝙ delegatus ad vniuersitatem causarum, dicitur ordinarius. vide ibi. consului Rauennæ proximis diebus. vide c. quoniā in plerisque. de offi. ord. vbi videtur casus cōtra istos ibi nō erat vicarius gñalis, & tū habet ordinariā prātē. & ibi allegaui gl. ergo.

☞ POMATES.

e ¶ Vices ordinarij. Vide Aret. consilio cxxxj. col. j. & Alexan. cclxxxij. col. ij. volu. ij. vbi sequitur hoc quod dicit Bar. hic qn̄ constitueret in castro.

f ¶ Aliquo castro. Ad de quæ notat Bal. in l. penul. §. de appel.

a ¶ Quæro an a decreto priorum possit appellari ad rectorem ciuitatis? Ad de quæ no. bar. in l. vbi absunt. ff. de tuto. & curato. da. ab his. & hic late per Moder. Et an appellatio sit meri vel misti imperij. Vide per moder. hic. & Lnam in l. j. C. de ped. iudi. Et adde Bal. in l. eos C. de appel. dicit tñ Bal. in l. vt proponis la. tan fin. C. quomodo & qñ iudex in. pe. q. ꝙ cassatio sentẽtiæ non est misti imperij. quando cassatur per viã nullitatis sic a quocunq; pôt delegari secundũ eũ & dicit ibi Bal. in l. cum post. C. de appellationibus. ꝙ qa appellatio est misti imperij: ideo nõ pôt delegari nisi in casu huius legis. Adde ꝙ habes in l. imperiũ. ff. de iurisdi. om. iudi.

b ¶ Ius præsidis. Et sic vult hic Bar. ꝙ ille, qui est vicarius ecclesiæ in aliqua terra, habet ius superioris. Pro hoc ꝙ not. Bar. in l. hostes. in iiij. col. ff. de captiuis.

POMATES.

c ¶ Biduum. De tempore dato ad appellandum, quando currat, &c. vide plene Feli. in cap. quod ad consultationẽ. colũ. iiij. in fi. & seq. vsq; ad finem. de re iudi.

P. PAV. P.

d ¶ Sententiæ latæ. vide late Alex. in rub. de re iudica. & in tra. quæ dicatur sñia diffinitiua. col. vlti.

e ¶ Tamẽ tenet. Quæ fieri non debent: facta tamẽ valent. verum est si lex vltra confirmet: alias secus l. non dubium. et ibi Bar. & etiam Bal. in vii. colũ. C. de legi. Idem Innocen. in c. quod ad consultationem. de re iu. limita vt per Bald. in l. si prædium in ii. col. in ver. sed pone celebratur. C. de ædi. acti.

f ¶ Sub conditione. An sententia lata sub cõditiõe teneat, vide de hoc in d. l. cũ iudex. & in l. cũ eorum C. de senten. & in l. conditionalis. ff. de admini. tu. & in l. a diuo. §. in vendi. ff. de re iudic. An autẽ valeat sñia lata, si actor probauerit, est dubium. vide barr. in l. admonendi. ff. de iureiu. & per eũ in d. l. cum iudex. & in l. prolatã. C. de sen. & per Bar. in l. a præ tor. §. si iudex. ff. de re iudica. & plene habetur per Spe. in ti. de senten. prolata. §. species. versi. quid si iudex. & ibidẽ Io. And. in addi. q. incipit, habeo quæstionem solennem disputatam &c. & in eodem titulo. §. iusta. versi. ecce iudex. Et tetigit dominus Antonius in c. venerabilis. de excep. vide Cy. & Bal. in l. non dubium. C. de legit. & Bal. in addi. Spe. in titu. de senten. prola. in ij. colum. & Bar. & Bal. & Sali. in d. l. cum iudex. Bar. & Ang. in l. a diuo Pio. §. in vendi. Bar. & Ang. hic. & vide Spe. in tit. de execu. senten. §. iuxta. versi. sed etiam. & in §. species. ver. quid si iudex. & Ange. in l. iudex. ff. de re iudicata. quorum tamen dicta limita primo esse vera nisi sententia esset lata sub conditione falsa: quia tunc indistincte est nulla vt voluit Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verborũ obligatiõi. per text. in l. qui testamento. ff. de excu. tuto. vbi est gl. expresse. Pro hoc secundo limita, nisi sententia esset lata sub conditione impossibili: quia tunc est ipso iure nulla: vt in l. fina. ff. quæ sentẽ. sine appel. & firmat hoc Imol. in l. j. ff. de cõdi. insti. licet Bal. & Roma. contrariũ teneant in l. impossibilis. ff. de ver. obl. & forte non bene. Tertio limita, nisi essemus in sententia decreti trahentis secum executionẽ qa tunc conditio vitiabit sententiã: vt no. Bal. per illum textũ in l. mutuo. §. si sub conditione. ff. de tutelis. item sententia interlocutoria lata sub cõditione, tenet vt notat gl. & Bar. in d. l. a diuo Pio. §. in vendi. vbi etiam dicunt, quod valet lata sub conditione de præterito, vel de futuro. & vide doc. & ibi Alexan. circa medium. in d. §. in vẽditione.

ADDE, an valeat sententia lata sub cõditione, Pau. de cas. consilio xv. & bald. cõsi. cccxxv. tertio libro.

g ¶ Quæro quid. Vide ad hoc quod not. Barto. in lege si cui. in fine principij. de legatis prio. & Bar. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter ff. de quibus cau. maiores. Et vide quod notat Bal. in l. si prædium. in secunda columna. in prin. in ver. sed pone. de ædili. actio. vide quod not. Bald. in lege Caius. supra de excusationibus tutorum. per illum tex.

POMATES.

h ¶ Nota quod dictio Altera. De hoc qđ dictio altera, ꝓprie tantum in duobus verificetur: vide Panormitanũ. concordan. per Alexand. in lege cum ex filio. §. finali supra de vulgari & pupillari qđ infert ad quæstionẽ de qua domi. Alex.

confirmari a superiore: & tunc debeat ab illa appellari: vt l. si ad scribatum. & l. nominationum. cõiuncta lege, si quos. C. de decurioni. Facit extra, de electione. c. cũ dilectus. & quod ibi no. per innocentiũ, Quædam est nominatio, quæ tribuit pfectũ ius, sine superioris decreto: vt decretum decurionum super eligendo syndico: vel actore: & tunc ab illo debet appellari: vt hic. An autem sufficiat decretũ decurionum: dixi in l. actor. §. rem ratam haberi. Quæro, an[a] a decreto 3 †ordinis, puta Priorum, possit appellari ad rectorem ciuitatis? Respon. de iure cõmuni nõ. Ratio est: quia defensor ciuitatis non habet merum, vel mistum imperium: per ea quæ notan. in l. ea quæ. §. magistratibus. ff. ad munici. & in auth. de defenso. ciuita. §. iusiurandum. Sed cũ appellationis est misti imperij. vt C. de iudi. auth. ad hæc. Quod etiam apparet: quia expeditur officio iudicis nobili: vt dixi ff. de appellationibus l. j. in pri. & quia non transit in delegatum: vt ff. tit. primo. l. prima. & ideo appellatur ad præsidem prouinciæ: vt hic. Sed in ciuitatibus, quæ habent merum, & mistum imperiũ, est aduertendũ, aut eorũ rectores eligunt ab ipso ordine: & tunc cum ordo sit superior non poterit appellari ad rectorem, cũ sit inferior vt ff. de appel l. i. §. si quis in appellatione. & ibi dixi. Sed si ordo nõ eligeret Rectorem: sed forte poneretur in ciuitate ab aliquo Rege, Prĩcipe, vel maiore ciuitatis: tunc ad ipsum rectorem appellaretur: habet enim ius præsidis:[b] argu. huius §. & quod no. C. de sentẽ. ex breui. reci. l. ij. & eodem modo dico, de his qui eliguntur ab aliquo collegio: quia non appellatur ad superiorem collegij. Si vero habet merum & mistum imperium, tunc posset iudicare: tutius tamen fieret si delegauerit: vt l. prætor. ff. de iurisdictiõe oĩm iudicum. sed cum causa appellationis delegari non possit, vt dixi. cognoscit ipse: vt hic: & melius faciet si iudicabit de consilio alterius. arg. dictæ l. prætor. Itẽ facit 4 †quod canonicus factus episcopus possit iudicare de his quæ fecit cum alijs, quãdo erat in capitulo. de quo per Ber. extra. de iureiu. c. sicut nr̃is. & per Inn. de of. ord. irrefragabili. & de cõcess. præb. c. postulastis.

1 ☞ *Id quod fieri non debet, si fiat factum tenet.*
2 *Sententia pôt fieri sub conditione, quæ cohæret negotio.*
3 *Sententia quando est lata sub conditione, an tempus currat a die existentis conditionis, an a die latæ sententiæ.*
4 *Tempus petendæ restitutionis, quando aliquis contrahit sub conditione. ☞ sententia lata est sub conditione, an currat a die latæ sententiæ, vel existentis conditionis.*

Biduum.

[c] Tempus appellationis interponendæ, currit a tẽpore sñiæ latæ[d]: etiã si sñia fuerit conditionalis. hoc dicit. No. quod dixi in summario. 1 † No. ꝙ illud, quod fieri nõ debet, factum tamen tenet.[e] quod apparet: quia debet appellari. Oppo. de l. relegatorũ. §. ad tempus. ff. de interdi. & releg. Solutio. Illa concordat. Op. de l. qui testamento. ff. de excusa. tuto. in prin. & l. j. in princi. ff. de fieri. Gl. non soluit: sed dic, vt soluam j. proximo contrario. Op. de l. non dubium. C. de legi. Quidã soluunt, ꝙ hoc de consuetudine tenet Pet. soluit aliter. Teneatis sol. Dy. quæ ponitur in factum legitimæ. extra. de reg. iur. lib. vj. ꝙ quæ non debẽt fieri facta tamen tenent quando lex vltra ꝓcedit. Op. de l. cum iudex. C. de senten. & ff. de re iudic. l. a diuo Pio. §. ij. Sol. 2 † Quædam est conditio penitus remota, vt si nauis ex Asia venerit, & sic est extrinseca: & sub illa sñia ferri nõ debet. Sed si est cõditio cohærens negotio. vt si est probatũ vel ꝙ capiantur immobilia, si non reperiãtur mobilia, & sic intrinseca: & tũc potest ferri sub conditione.[f] Venio 3 †ad prin. magnæ glo dicitur hic, ꝙ currit tempus a die latæ sñiæ. contra, id, quod non est, nõ potest tolli: vt l. nã & si sub conditione. ver. post defectum. ff. de inust. rup. test. & l. decem ff. de verb. ob. Glo. soluit duobus modis, & vna videtur contrariari alteri, & vna est, ꝙ valet sententia: vt pura: sed cõditio vitiatur. Sed nescio quid istud sit dicere: cum actus legitimi, qui conditionẽ nõ recipiunt, si opponitur conditio in eis, vitiatur actus, non conditio, vt l. actus. ff. de reg. iur. & c. actus. extra, de regu. iu. lib. vj. Non obstat §. impossibilis. de hære. insti. quia ibi impossibilitas vitiat. Solut. aliter Dy. ꝙ hic non pendet sententia, sed eius effectus, vt in acceptilatione: vt ff. de do. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. siue autem. Sed ista non videtur vera: quia ibi secundum verba, nõ est conditionalis, sed secundum effectum, sed hic secundũ verba, & secundũ effectum est cõditionalis. Soluit gl. aliter, ꝙ tenet conditio, ꝙ non possit agi actione iudicati, potest tamẽ & debet ante appellari. Dic tu, ꝙ q̃dam sunt quæ non sunt re, nec spe: & ista non possunt tolli: sed illud ꝙ est spe, licet nõ re, bene pôt tolli, vt l. Sempronius Attalus. ff. de vsufru. leg. Vnde ista sententia, quæ est in spe, bene pôt tolli. Modo si debes mihi aliquid sub conditione, obligatus es spe, non re: nunquid tollere possim spẽ? Certe sic, quia & donari pôt: vt l. spem. C. de do. Sed prædictis multum obstat l. pen. §. primo. ff. de excu. tu. vbi datus est tutor sub conditione, a qud tẽpore incipit currere tempus excusationis. Et dicit, ꝙ a tẽpore conditionis existentis, non creationis, vt l. non tantum. §. sed si sub conditiõe ff. de bonorum pos. contra tab. non video, quod aliter posset dici, nisi ꝙ sic sit specialiter propter authoritatem rei iudicatę. & hoc videtur velle hic iurisconsultus. Quæro, 4 †quid[g] in restitutione in integrum: pone contraxi sub conditione, sñia est lata sub conditione: an currat tempus ad petendum beneficiũ restitutiõis in integrum a tempore existentis conditionis, vel a tempore latæ sententiæ, vel celebrati cõtractus. Cogitabitis.

1 Quod in sententiis.

☞ *De dictione altera.*

Tempus appellatiõis interponendæ, est informe, a quocunque actu interponatur. h. d. No. ꝙ dictio altera[h] 1 † est distributiua duorum tantum: con

Universidad de Deusto Biblioteca

in loco supra allegato.

a ¶ Die feriato. Pro hoc, quia est actus extraiudicialis: vt no. Barto. in l. si expressim. §. de appella.

b ¶ Vltimo no. q̃ non tenetur quærere eum in domo, vide do. Pet. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. Bal. in c. suggestum. de appel. Imo. in c. calumniam. de pœ. et in c. plerunque. de reseri. & ibi dixi. Andre. Barbat.

¶ Tamẽ cõsulo. Add de Bar. in l. j. §. fi. in versi. quæro cui delegatur. §. de appel. adde Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi p̃ tori. maxime in xvj. q. §. de ope. no. nũ. & isto casu pōt offerri rabellioni supplicatio, secũdũ Bald. in auth. quæ supplicatio. de preci. Imper. offer. Et vide Bart. & glo. in auth. item. de temp. appel.

d ¶ Requirere iudicẽ. De modo formandi appellationẽ, quãdo iudex nõ reperitur, vide quæ dixi in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi. in xvj. q. et corã quo posit appellari si iudex a quo, est absens, et vide Bald. in leg. apertissimi. in j. col. C. de iud. et qd' ibi dixi.

e ¶ Eũ peruenit. No. an sufficiat q̃ citatio & notificatio sentẽtiæ fiat ad domũ, vt currat tempus appellanti. no. etiam Bal. in leg. j. C. ex quibus cau. ma. et i l. ab eo. i iij. co. quomodo & quãdo iud. & qd ibi Bar. et quod notat Bald. in l. si is apud quẽ. C. de libe. cau. et p Moder. in l. ex cõsensu. §. eũ qui. ff. de ap. i iij. char. & Bal. in auth. hodie. in j. colũ. C. de appel. & in l. j. C. de temp. app.

f ¶ Dic quod quãdoque. Adde Bar. in l. fi. ff. de in integ. resti. et in l. iij. §. si procu. ff. si quis ius di. nõ obtẽ. dicit tamẽ Inno. no. in c. j. in fi. vt lit. nõ conte. q̃ licet dominus posit appellare, poterit solum i tra dies a die latæ sẽtentiæ, non a die sciẽtiæ, ex quo causa p̃ tractata est p̃ procuratorẽ. et p̃ istũ tex. et iij. qõ. vi. §. biduũ. §. si aduersus. Nec obstat l. qũo et quando iud. ff. alle. ff. l. ab eo. quia ibi causa fuit p̃ tractata cũ domino. vnde dicit, tũc si cõtra cõtumacẽ p̃sumptũ dominum, et nõ verũ fertur sentẽtia, nõ transit in rem iudi. nisi post decẽ dies a die scientiæ in quo sciuit sententiã cõtra se latã. quod tene mẽti: qa ibi oẽs doct. sequuntur. qd in casibus, in q̃bus eõ fessus nõ auditur appellãs? An si cõfessus sit procurator præiudicabit dño. quo ad appellationẽ? do. Aut. dicit q̃ nõ in d. c. j. qd videtur ibi sequi do. Io. et dixi post Bar. in l. certũ. §. sed an ipsos. §. de cõfes. Et vide tex. no. in l. neq. et ibi Bar. ff. de fideic. lib. et Bal. in d. l. ab eo. in co. ij. C. qũo et quãdo iud. dãdo intellectũ ad hũc fi. §. quærit. si procurator amisit cãm, et sciẽter nõ appellavit, an dñs reuertens et hoc intelligẽs post decẽ dies posit appellare? vide ibi no. et per eũ in auth. hodie. C. de ap. vbi tenet cõtra Bar. et sequitur gl. hic.

tra. C. de furt. l. ancillæ. Sol. Dicit glos. ibi quod illud est notandũ quasi dicat impropriè ibi ponitur, cũ regula sit contra. Tu dic, q̃ ibi dicitur de duobus tantũ, s. cũ altera sit pœnalis, altera persecutoria. Nam licet p̃secutoriæ sint duæ, tamẽ ambæ ab vna parte, & pro vna ponuntur. Opp. C. de tempo. appel. l. j. Gl. non soluit, dic q̃ ibi loquitur de tẽpore appellationis exercendæ. Quæro, vtrũ vniformiter interponatur appellatio, hoc est, semp̃ in scriptis, vel semper sine scriptis? Gl. dicit, & bene, q̃ non. dicam infra ti. j. l. ij.

1 ☞ *Tempus appellandi q̃ currat: licet ex defectu contingente in personam litigatoris, iudex adiri non possit: sed restituitur.*

2 *Appellari q̃ posit die feriato.*

3 *Tempus appellandi quod currat de momento ad momentum.*

4 *Tempus appellationis, quod non currat, quando per iudicem stat.*

Consilium q̃ quando stat per iudicem, q̃ appellans protestetur, et appellet coram honestis personis.

5 *Iudex est requirendus in loco publico, & in eo loco ubi cõsueuit ius reddere.*

1 ☞ *Sententia est nulla, quando error apparet ex actis.*

2 *Sententia potest peti nulla principaliter agendo, & quando petitur executio excipiendo.*

3 *Sententiæ lata per errorem, an sit in totum nulla, vel in eo quod est erratum. remissiuè.*

4 *Sententia cōfirmatoria est nulla, sicut prima, quando error est expressus in ea.*

LEX I.

d **Illud.** [d] Opp. C. de erro. calcu. l. j. Solue vt

1 in gl. verūtñ Iac. de Are. † & Pet. dicunt aliter, ꝓ si error

e apparet ex actis [e] sentētia est nulla: quia sentētia debet diffiniri, seu declarari secundū acta: vt l. ait prætor. §. j. ī. de re iudi. si bñ inspicias illā legē. Opp. de l. relegatorū. §. ad tempus. ī. de interdi. & releg. Solue vt ibi dixi. Op. de l. præses. & de l. cum ꝓpatris. de re iudi. Dic vt in qualibet earū dixi. Quæro, volo dicere

2 † sententiam nullam, quo iure peto. Glo. dicit ꝓ possum petere principaliter petendo: vel cū petitur executio incidēter excipiendo: & vide istā glo. quæ incipit, qua petebatur, &c. qd

3 plene examinaui ī. de appel. l. si expressim. † Quæro, an sententia sit nulla in totum, vel in eo, in quo est erratū. Et est glo. in l. fi. ī. de iurisdi. omn. iudi. & est contra glo. in l. res iudicatę.

f C. de re iudica. dic vt ibi dixi: & ibi per Cyn. Vltimo [f] nota

4 † quod sententia confirmatoria est nulla, sicut prima, quando expressus est error. Dixi in d. l. si expressim.

Item cum ex edicto. Istud quod dicit in notiam: dic vt in glossa.

Si apud. De hoc quod habes hic, gl. in aut. & consequēter. C. de senten. & interlo. om. iudic. & in l. qui prior. ī. de iudi. dicit, ꝓ quando sunt mutuæ petitiones, debēt terminari eodem tempore, aliter per appellationem rescindūtur. Canonistæ habent titu. extra de mu. peti. in appellatione nescio tex. alibi, qui melius dicat quam hic.

LEX II.

g **Paulus.** [g] Vide glo. quæ incipit, nota nō valere, &c. & limita glo. si eo viuo non cœperit defendere: alias valeret: vt argu. l. si defunctus. ī. de procu. & l. nulla. C. de procu.

iudi. Et vide Bal. in l. si cōtra de appella. & in l. eos in ij. col. eod. ti. adde vt pulchre per Fede. in cōsi. cxxxiij.

d ¶ Illud. De intellectu huius text. vide Bar. & Bal. in l. j. de iur. cal. & Bal. in l. ij. C. de re iu. maxime in ver. quero quid si tutor. cum ver. seq.

e ¶ Apparet ex actis. Adde Inn. in c. præsenti. de rescri. & qd voluit glo. no. in c. j. de offi. ordi. in vj. ad fi. Et quot modis, et quibus ex causis sententię retractentur, vide xxxv. qō. viij. in summa.

f ¶ Vltimo not. Vide qd ꝓ hoc dicunt doctor. & maxime Imo. in l. ex diuersis. §. fi. fol. matr. & ego scripsi in l. cū ꝓpatris. in fi. de re iud. & adde ꝓ Bal. in l. legata inutiliter. de leg. j. ꝑ ea q̄ ibi not. Bart. dixit, ꝓ si prima sniā est nulla, ꝑpter verba inepta, poterit cōfirmari ꝑ sniam cōfirmatiuā. qd intelligę si verba inutilia, seu inepta possent separari ab ipsa substantia primæ sniæ, secūdū Bald. per illū tex. ibi, quem sequitur Imol.

g ¶ Paulus. Nota nō valere sniam, si alter litigātium mortuus est. concordat l. j. qō. vlti. c. fi. nisi decretū in ꝓsonā mortui sit fauorabile. l. cū quæsi. ī. de fideicō. lib. & vide tu Bart. in l. in summa. post gl. §. fi. de re iud. & omnino Bal. in l. j. §. j. in prin. ti. circa vlti. colū. de cadu. tol.

Lex

Universidad de Deusto Biblioteca

LEX III.

PAulus. Quæro aliqua res petiť, quæ non extat in quo debet fieri condemnatio? Et dic vt in gl. quam vide. & incipit, vt §. qui satisd. co. et de eo quod dicit gl. Iunius, &c. est tex. in l. Iulianus. §. de confes.

An per actum causæ appellationum &c. Rubri.

Dictum est §. de appel. & a quibus, & quando sit appellandum. Sequitur videre per quos appellationis causæ debeant exerceri.

LEX I.

QVæri solet. Ista lex est declarata in §. ad crimen. in l. pe. §. de publi. iudi. & illa est declaratio istius legis: & ideo non legemus modo nisi tex. & vide in d. §. ad crimen. vbi declaratur hæc lex.

1 *instantiam cœptam per procuratorem, an dominus prosequi possit.*

LEX II.

SI procurator. No. q̃ si procurator rationes reddiderit nihilomin' in causa habet prosequi, & qñ causam cœptam procurator habet prosequi, expediui in l. si ante. §. iudi. sol. Opp. C. de procur. l. inuitus. Gl. quæ est hic: dat tres solu. Vna est, q̃ hic ī procuratore habente generale mandatum: ibi in habente speciale: & ista est not. Alia, solu. est etiam bona. Tertia so. est, q̃ exponas, debet, id est potest, si vult. & intellige secundū gl. in l. si actor. C. de appel. q̃ potest vt quilibet nō vt procurator. & dixi in l. si procurator. §. quando appel. sit. Op. de l. tutor. §. de appel. Sol. Aliud in tutore. vt ibi: aliud in procuratore, vt hic. Vltimo nota quod instantiam cœptam potest dominus prosequi: † vt l. procuratoribus. C. de procu. & l. dominus. de ap. Plene dixi in l. si ante. §. iudi. solui.

1

Si tutor vel curator appellauerit. Rubri.

1 *An qui appellat debeat causam appellationis probare.*

LEX I.

HI qui. Hic dicitur, nec causas probauerint: & sic videtur, quod qui appellat, debeat causam appellationis probare[a] sic C. de appel. l. hi qui ad ciuilia. Sed gl. dicit ibi, q̃ probat eo ipso q̃ non probatur contrarium. quod non placet, cum de iure quilibet debeat munera subire, nisi habeat specialem causam immunitatis, vt j. de iur. immu. l. j. ad munic. l. incola. De hoc dicit contra gl. nostrā extra, de renūc. c. in presentia. Dic ergo, aut tractatur de probando hoc, s. q̃ sit recte[b] appellatum, scilicet intra decem dies, & petiti apostoli, & similia. & hoc debet probare appellator. hoc enim sibi incūbit: vt C. de tempo. appel. l. fi. §. antepe. Aut quæritur quis debeat probare de iustitia, & iniustitia: & tūc aut vnus prosequiť trī: & tunc si vult obtinere debet ipse probare: vt auť. de his qui ingre. ad ap. §. illud. & C. de app. l. ampliorem. in princip. Aut vtraq̃ pars prosequiť: & tūc dico, q̃ quædā est probatio p̃ modum abnegatiuum: vt dico: videas acta, in quibus apparet nihil esse probatum: propter quod debuerim condemnariť, vel dicit actor victus, cum intentio mea sit fundata, nihil est ꝓbatum. propter quod reus debuerit absolui, inspiciant acta, quibus nō cōtineť ista ꝓbatio incūbit appellāti: & iō petit copiā sniæ, & actorū oīm: vt C. de appel. l. quoniā nonnulli, & per inspectionem ꝓbať ista negatiua: vt C. de reb. cre. l. fi. Quędā est probatio p̃ inductionē testiū, & instrumētorū, super nouis vel antiquis articulis: & tunc ille habet ꝓbare in cā appellationis, qui debeat probare in prima: vt C. de tem. ap. l. p̃ hanc. Ita intelligitur gl. in d. l. hi qui ad ciuilia. Et hoc qñ appellať a sentētia. Sed si appellať a nominatione ad munera: tunc nō est reperire causam primam, & secūdā: sed ille debet probare q̃ appellat, † vt hic. Et prædicta sunt vera, qñ snia per appellationem suspendiť. Si vero snia taciturnitate firmať, tunc non pōt ei opponi, quasi eā nō sit iusta: nec hoc pōt quæri, vt l. si ptor. in prin. §. de iudi. Sed si opponať de nullitate, dixi §. de re iud. l. si cum nulla.

a Probare. An appellās vel appellatus teneat iustificare, & probare in cā appellationis, vide in Speculi. de sentē. §. fi. & ibi an eo ipso q̃ seruus ꝓducit cōdēnatus videatur ꝓbasse grauamē. & vide eū de proba. §. ꝓbare aūt. ver. sed qs ꝓbabit. Adde qs debeat exhibere acta corā iudice appellationis, an appellans vel appellatus. Fed. consi. ccfj.

b Sit recte. vide Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel.

c Quandā cōsequētiā. An pœna publicationis bonorum veniat principaliter, vel in cōsequentiā: vide Bald. aliter loquentem in l. j. C. ex delic. defun. i iij. col. in l. qui a latronib. in fin. de test. & in l. iij. eo. ti. & ibi Bart. & Iaco. But. & Ange. & Imo. in l. defuncto. §. de publi. iudi. & Bar. Sal. in l. si qs. C. si reus vel accuf. Dicas ergo, cōdēnamus ad mortem, & eius bona publicamus: quia, &, copulat æque principaliter. secundum glo. in rub. de iur. & fac. igno. & vide ad prædicta Bar. in l. iij. de lega. j.

LEX II.

RVtor. Si ergo eius appellatio reprobatur, teneť pro anteriori tempore. Contradicit glos. C. de tempo. appel. l. fi. §. illud. in gl. super verbo, appellatum. & male: nec leges, quas allegat faciunt pro ea.

Apud eum, à quo appellatur, illam causam agere compellendum. Rubrica.

LEX Vnica.

SI quis. Dicūt quidā, q̃ hoc est de iure ciuili: sed de iure Canonico videť secus. extra eod. c. ad hęc. & c. proposuit. Sed Io. And. in d. c. ad hæc. intelligit illud, si causa suspicionis ꝓponitur, & probať corā arbitris, coram quibus debebit se probare grauatū à iudice, propter quod appellauit: & quod iudex illud grauamen intulit scienter: certe istud facit eū suspectū. Sed si simpliciter probeť appellatū, nō sufficit & ista opi. placet. Nā hoc ꝓbato probať iniuria verbalis, propter quā pōt appellari secundū opi. Pla. de appel. l. si quis prouocatione. quæ appellatio ꝓpter iniuriā habet impedire iurisdictionē iudicis in alia cā: vt C. si qua pdi. pote. l. j. Et ita sentit Gul. de Cu. in l. si ab arbitro. §. q̃ satisd. co.

Si pendente appellatione mors interuenerit. Rubrica

1 *An expressio eorum, quæ tacitè insunt, aliquid operetur.*

LEX I.

APpellatore. Op. de l. si seruus. §. boue. §. de cōdi. fur. Huius cōtrarij timore gl. dat vnā distinctionē facilē, & sine scrupulo. Ista lex videť fortiter cōtra Petr. & Cy. qui in l. iij. C. eo. q̃rūt. pone q̃ erat casus, in quo tacite veniebat ademptio bonorū: iudex exprimit ademptionē bonorū in snia: an hæres teneať ꝓsequi? Et dicūt q̃ nō: qa † expressio eorū q̃ tacite insunt, nihil operať: vt l. iij. §. de leg. j. & l. nō recte. C. de fideius. Quid dicēdū. Dñs Bartolucius de Petris qui Bononiæ disputauit hāc qōnē, tenuit idē rndendo ad l. istā, q̃ hoc fecit expresse, causa cognita volens pœnā augere. Sed ista sua determinatio cōtinet diuinationē ad istā l. licet vera sit. Sed respōdeo sic, expssio eorū, q̃ tacite insunt, nihil operatur: verū est, si super eum modū exprimitur, p̃ quem insunt: vt l. iij. in princip. §. de libe. & posthu. & l. si quis Sempronium. §. de hære. institu. Modo ad propositum, ademptio bonorum omnium venit tacite in deportatione, per quādam consequentam. Vnde si iudex dixit condemno eum in deportatione, cum publicatione omnium bonorum suorum: tunc ista expressio nihil operatur: quia hæc dictio, cum, cōiungit per consequentiam: & sic nihil operatur: vt l. j. & ij. §. de pecu. leg. Insti. de leg. §. si quis ancillas. Sed quando principaliter condemnauit: vt quia iudex in deportatione dixit, & eius bona publicamus: tunc exprimit per aliū modū, q̃ prius inerat: vt l. ij. & iij. §. de pecu. leg. & sic potest intelligi hic. Et licet litera ad vtrunq; posset adaptari, tamen ad istud melius. Et ideo vel vultis respondere, vt dominus Bartolutius de Bononia, potestis: vel vt modo dixi, quod magis applaudet literæ.

De iure fisci. Rubrica.

Gloss. continuat rubricam istam duobus modis: vt in ea habetis.

1 *Deportatus an capiat legatum eiusdem factum? remissiuè.*
2 *Hæretici & damnati in metallum, non capiunt legatum eis factum.*
3 *Natus ex damnato coitu, non capit legatum à patre: ab alijs sic.*
4 *Legatum factum palam incapaci, non uenit in fiscum: secus si est relictum indigno.*
5 *Deferens seipsum in fiscum, quando consequatur aliquod præmium. remissiuè.*
6 *Hæredes intra quantum tempus tenentur uindicare mortem defuncti. remissiuè.*
7 *Practica delationis in fiscum qua fit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

a ¶ Variæ. Ista lex limitatur per Bart. in l. si pater. C. de hęredi. instit. circa princip. eiusdem legis.

b ¶ Possunt capere. spurij capere pñt ab alio quã a patre. adde Bar. in l. quod cõditionis sunt. de dona. & oẽs not. in l. si is qui bonis. de vulga. & pupil.

c ¶ Relictũ indigno. Adde Bal. in l. eam quam. in viij. col. C. de fideicom.

d ¶ Quilibet de populo. Et ita p istũ tex. in d. l. vlt. C. de litig. in verbo, recipiat. dixi.

e ¶ Applicanda fisco. Per Bar. in l. si. C. de litigio.

POMATES.

f ¶ Sequiẽ in tex. vel pœnã. Vide l. si quis maior. C. de transac. vbi pœna in dubio applicaẽ parti eũ seruãti, & nõ fisco, Per. de Ancha. allegauit Bar. hic. vide Bar. in l. arbiter intra certũ diẽ. ff. de arbi. & vid Bal. cõsulẽtẽ secũdũ hanc doctrinam.

g ¶ Faciunt pacẽ. Sed isto casu dubitatur, quid si isti, qui fregerũt pacẽ, postea inuicẽ recõcilianí: an eo casu, quo potuit pœna fisco acqri ex hac recõciliatiõe tollaẽ? Bal. & Imo. dicunt ꝙ non, in l. in insulã. §. fin. per illũ text. ff. sol. mat. Facit quod habetur in l. j. circa princ. de iniur.

h ¶ Poterit agere. Qñ ex primo contractu pars pœnæ applicaẽ fisco, qlibet põt agere ex tali contractu ad vtilitatẽ fisci. & adde quod singul. dixit Bar. in l. senatus. §. senatus. ti. eo. & qd ibi dixi. & vide qd not. Bal. in l. capite. ad fi. ti. de fideiuſ. Bal. in l. si quis maior. C. de transact. & dicit Bal. i l. decernimus. ad fi. in addi. C. de sacrosan. eccle. quod si quis donat fisco, nõ valet donatio, nisi aliqs recipiat pro eo.

i ¶ Intercessit stipulatio. Adde quod dixit Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verb. obli. & vide qd dixi in l. si insulã. in viij. q. ti. de verb. obliga.

5 ☞ Quilibet admittitur ad deferendum: sed in iure agendi, & defendendi, fiscus utitur iure priuati.

9 Quando fuit præuaricatum cum aduocato, uel procuratore fisci, quilibet potest agere de ista præuaricatione, & sententiam retractare.

10 Delatio fit coram procuratore Cæsaris.

11 Vbicunque ex crimine priuato pœna pecuniaria uenit imponenda, tunc quilibet de populo admittitur ad accusandũ.

12 Pœna quæ ponitur uendenti rem religiosam, & fisco applicatur, non erat de iure antiquo.

13 Duo si fecerunt pacem, & promittunt se inuicem non offendere sub pœna cuius medietas fisco applicatur, si notarius est stipulatus, poterit quilibet agere pro fisco.

LEX I.

a Variæ.[a] Examinemus istas causas. Prĩa est qñ quis ꝓfiteẽ tacite sibi relictũ quod capere nõ potest. Et primo † ꝓ huius de-
1 claratione quæro, quis est ille, qui nõ põt capere? Glo. primo enumerat deportatũ: vt C. de hære. insti. l. j. Istud est dubiũ. Nã quidã dicũt deportatũ nõ capacẽ simpl'r. Alij dicũt deportatũ eẽ indignũ, & sic capit, licet nõ cũ effectu. quod examina per doct. in d. l. j. C. de hære. insti. & dixi in d. l. si deportati. §. de leg. iij. Item dicit glos.
2 † de hæreticis, & damnatis in metallũ. in
3 hoc dicit verũ. Itẽ de natis † ex dãnato coitu: vt in auẽ. quib. mo. natu. effic. sui. §. fi. et isti sunt incapaces à patre eorum. Ab alijs
b vero possunt capere:[b] vt no. in d. §. fin. & probatur in l. si is qui ex bonis. de vulg. & pup. Alij etiã enumerantur Insti. de leg.
4 §. legati. Secundo quæro: † dicitur hic, quod tacite relictũ est, profitetur: quid si est relictum expresse. Glo. dicit idem: vt j. eod. l. edicto. §. j. & hoc dicitur in quadã glo. parua, super verbo, tacite. Videte, domini, qñ relinquitur nõ capaci palã, istud nõ debet venire in fiscum: vt j. eo. l. nõ intelligiẽ. in prin. Sed si esset relictum indi-
c gno:[c] tunc bene veniret in fiscũ, posito ꝙ esset relictũ palã. Et ita debet intelligi l. edicto. §. j. & statim videbitis in alijs casibus hic enumeratis in tex. Quæro, † qñ
5 aliquis se defert, vtrũ cõsequatur aliquod præmiũ. Dicit glo. ꝙ sic. Videbitis j. eo. l. edicto. §. j. & hoc circa primũ casum. Sequitur in tex. vel ab alio preuentus defertur. Quæro, qñ dicatur quis præuenire. De hoc videbitis j. eod. l. edicto. §. extat. &. §. seq. Secũdo quæro, quis est modus deferendi aliũ. R ñdeo vt statim dicã j. ꝓxi.
6 Sequitur in tex. † vel quod mors ab hæredibus non vindicaẽ. Quęro, intra quãtũ tẽpus tenenẽ hæredes vindicare mortem defuncti. Dic vt not. C. de his quib.
7 vt indig. l. j. Quæro, † quæ est practica huius delationis? R ñdeo. Dicunt quidã, ꝙ hæres, qui est indignus, debet accusari de hoc, ꝙ mortem defuncti non vindicauit. & sic erit quædam accusatio. Et hoc videtur not. C. de his quib. vt indig. l. j. circa fin. secundæ gl. Pro hoc facit l. in cognitione. §. ad Sylla. sed aliter ibi no. Alij dicunt, ꝙ agetur contra talem hæredẽ petitione hæreditatis, quasi hæreditas ipso iure sit delata in fiscum occisoribus punitis absq; hæredum accusatione, si fuerunt accusati ab alio extraneo. Et hoc tenet gl. in l. j. C. de his quib. vt indig. in antepe. glos. quod est verũ. & probatur. §. de peti. hæred. l. item veniunt. §. pridie. & C. de peti. hære. li. Vnde practica est hæc, ꝙ occisoribus punitis quilibet põt agere contra hæredẽ petitione hæreditatis nomine fisci. & ista vocatur delatio, ꝙ nomine fisci agaẽ, probaẽ j. l. ꝓxi. in prin. & quod no. in l. fiscus. j. eo. §. de diuer. & temp. præscri. l. intra quatuor. §. j. & ibi no. & no. etiã in l. si seruus plurium. §. ij. §. de leg. j. Et eodẽ modo dicã in casibus sequẽtibus: qñ alia ratione quis est indignus, ꝙ ius illud, ꝙ cõpetebat indigno, sit translatũ in fiscum, & fiscus agit actione qua posset agere ille indignus, si indignus non esset: vt j. eo. l. Imperator. Sequiẽ in tex. vel ꝙ indignus quis hæres nunciatur. Exẽpla huius habes §. de his quib. vt indig. per totũ. & practicam habes ex his quæ dixi §. proxi. Sequitur in tex. vel qd Princeps hæres institutus est, & testm̃ vel codicilli subrepti esse nũcianí. Quęro, quare requiritur ꝙ testm̃ sit subreptũ? Dicit glo. quia si priuatus hæres esset, ipse petit hæreditatẽ, & accusat. Vel dic verius secundũ Iac. de Are. ideo requirit testamentũ, vel codicillos esse subreptos: quia si hoc apparet, & fisco notũ esset, non esset necessaria nunciatio, seu alterius delatio: vt l. edicto. §. id autẽ deferre. j. eo. ti. Sequitur in tex. vel magni pretij rẽ mi-
8 noris ex fisco cõparasse. † Quæro, quod priuilegiũ habeat fiscus in hoc. R ñdeo vnũ tantũ: quia quilibet ad deferẽdũ admittitur: sed in iure agendi, & defendendi, vtitur iure priuati. Si enim dolus abest, distinguitur: Aut fuit deceptio vltra dimidiã iusti pretij vel non. Si vero dolus adesset tũc pro modi-
9 ca læsione restituereẽ: vt habes in glo. Sequitur in tex. † vel ex priuatione fiscũ victũ esse. Gl. determinat hic, qñ fuit preuaricatum cũ procuratore, vel aduocato fisci. Nã tũc quilibet potest agere de ista præuaricatione, & sentẽtiã retractare: vt l. j. C. de sen. aduer. fi. la. retra. lib. x. Sequitur in tex. vel eũ decessisse, qui in capitali crimine esset. Hoc intellige vt dixi §. de accusa. l. ex iudiciorũ. Et eodẽ modo intellige casum sequẽtẽ, dum dicit, vel etiã post mortẽ aliquẽ reũ esse. Sequiẽ in tex. vel domũ destructam esse. Istud exponit glo. duobus modis: vel ꝙ sit destructa propter vim, ita ꝙ posit accusari lege Iulia de vi publ. vel priua. vel ꝙ domus sit destructa, causa negotiã di. cõtra l. senatus. §. de cõtrahen. emp. & de dã. infect. l. fi. Primũ exẽplũ nõ placet: quia accusatio legis Iuliæ de vi, non est delatio in fiscũ: prout voluit lex ista, & totus iste tit. sed est ac-
10 cusatio quæ debet fieri corã præside: sed † delatio fit corã procuratore Cæsaris: vt C. vbi cau. fis. l. j. Secundũ exẽplũ magis placet. Sequitur in tex. vel ab accusatiõe recessum esse. Aduertatis quãdo qs ab accusatiõe recedit, incidit in crimẽ Turpiliani, cuius pœna est pecuniaria: vt l. præuaricationis. in fi. §. de præuari. & cõstat, ꝙ crimen Turpiliani est priuatũ: vt hic.
11 Secundũ hoc est hic † casus, ꝙ vbicũq; ex crimine priuato venit imponenda pœna pecuniaria, admittitur ad accusandũ q-
d libet de populo,[d] vt hic: & ita no glo. super rubri. §. de popu. actio. probatur in l. fi. & ibi not. C. de litig. & j. in seq. exemplo.

Cõtra prædicta opp. de l. j. C. vbi cau. fis. Glos. hic intelligit ꝙ iste prius à præside debebat cõdẽnari, ꝙ procurator. Cæsaris se de bonis intromittat. Sed certe lex illa ad istũ casum non põt adaptari: quia ibi loquitur qñ agitur cõtra illũ ciuiliter, in præiudiciũ criminosi: hic vero agitur contra ipsum criminosum. Sequitur in tex. vel rem litigiosam venundari. Glo. ponit exẽplũ per l. fi. C. de litig. & bene dicit: tamẽ oportet nos dicere, ꝙ istud sit additũ à cõpositoribus noui iuris: sicut di-
12 cit gl. in simili §. de inoffi. test. l. si proponas. Hoc † dico: quia de
e iure antiquo nulla pœna erat statuta applicanda fisco[e] ei, qui emeret rem litigiosam: sed solum exceptio litigiosi erat sta-
f tuta: vt lege cõtraria, & l. fin. §. de litig. Sequitur in text.[f] vel pœnam fisco ex contractu priuato deberi. Glo. ponit exemplũ duobus modis: vt in ea habetis. Tu potes hic ponere exẽplum secundum Dyn. magis not. prout tota die accidit de fa-
13 cto. † Duo faciunt pacem[g] simul: & promittunt se inuicem
g non offendere, sub certa pœna, cuius medietas sit fisci, alia sit
h offensi. Isto casu, ex tali priuato contractu, potest agere[h] quilibet priuatus ad vtilitatem fisci: & hic casus videtur hic. Sed contra hoc videẽ §. de arbi. l. arbiter intra certũ diẽ. vbi tex. videẽ in cõtrariũ. Dy. distinguit sic: Aut conuenit nudo pacto, vt pœna deberet fisco: & tũc nihil quæriẽ fisco ex illo pacto, vt §. de ser expor. l. seruus ea. & arg. C. de vsu. l. iij. Si aũt inter-
i cessit stipulatio:[i] tunc aut ista ꝓmissio fuit facta priuato, & nihil valet: quia alteri stipulari, vel pacisci nemo pot. §. alteri. Instit. de inu. stip. ita nec etiã fisco. Aut promisit notario tã q̃ publicæ

Universidad de Deusto

blicæ personæ respicienti nomine fisci: & tunc fiscus ex tali cõtractu poterit agere, sicut etiam posset pupillus, vt §. rem pu. fal. fo. l. non qual. cum Respublica & pupillus æquiparent, vt l. illud §. de app. & C. de iur. reipu. l. rempublicã li. x. q̃ tenementi: quia quotidianum est. Sequitur in tex. vel aduersus legã, nonnũq̃ in factum esse. Exempla huius pone vt in gl. Sed contra hoc opp. de auth. bona damnatorum. C. de bonis dam. & in corpore vnde sumitur. So. Dicunt quidam has leges hodie corrigi. Tu dic de hoc vt dixi in l. j. §. de bo. damna. Quæro, vtrum istæ causæ deferendi, quæ habent locum in fisco, habeant locum hodie in qualibet ciuitate. Dicam de hoc statim in l. proxi. in prin.

1 ☞ *Hæreditas quando fisco defertur, ei non acquiritur sine aditione. Bona quando publicantur pro aliquo delicto, statim fisco acquiruntur.*

2 *Fiscus, nisi qui utitur iure fisci, non tenetur facere inuentarium: quia non tenetur vltra vires hæreditarias.*

2 An bona. [a] Quæro, † vtrũ bona acquirantur fisco sine aditione. Gl. dicit q̃ nõ, vt l. j. §. de offi. pcu. Cæsa. imo hoc plus est in fisco: quia aditione secuta, si bona non sunt soluendo, fisco non quæritur hæreditas. Ita dicit gl. vt hic. Videte dicit Dy. & bene, quando fisco defertur hæreditas: tunc dicit verũ ista gl. Sed quando bona veniunt publicanda occasione alicuius delicti, quæ publicatio fit ipso iure, vel per sententiam bona statim fisco acquiruntur sine aliqua aditione, vt l. quisquis. C. ad l. iul. maie. facit l. cõmissa. §. de pu.

2 † Vltimo no. ex hac lege q̃ fiscus, vel ali' qui vtitur iure fisci, vt dicam j l. proxi. in prin. non habet necesse facere inuentarium: [b] quia non tenetur vltra vires hæreditarias. text. est hic, & j. e. l. non possunt. Tene menti.

b

Diuus pius. Hunc §. cum sequen. habuistis in l. in omnibus. et in l. intra quatuor. §. de diuer. & temp. præscri. Tex. ibi nunciationem, i. ad denunciatorem petitio, pertinere potuit: licet nunciatio facta non fuerit. Op. ad §. istos de l. intra quatuor. §. de diuer. & tempo. prescrip. Solut. distingue, vt l. in omnibus. eodem tit. & per Cy. C. de quadri. præsc. l. j. Quærit gl. in fi. legis quid si desistit non corruptus pecunia, alias pretio, seu gratia & sic delatus non habet pro confesso, vt l. in fisci. j. eo. ti. dicit gl. respondeo idem quod hic dicitur. quod intellige, vt ego idem admittar ad nunciandum post quadriẽniũ, & etiã post viginti annos ad prosequẽdum, quasi mihi interrumperim præscriptionem & q̃ glo. sic intellexerit, patet ex sequenti quæstione. Secundo quærit gl. an eo casu admittatur alius delator post viginti annos. Glos. respondet, non puto. Non enim minus ideo prescribit sic delatus quam nullo modo. Alij dicunt vltra viginti annos aliũ admitti. Prior oppi. est vera. Nam ea delatio fuit quædam ciuilis interruptio: & alijs non prodest, vt l. intra quatuor. §. de di. & tempo. præscr. quando fuisset quis corruptus pretio, tũc planum est, vt hic dicitur in tex.

1 ☞ *Deferens aliquam causam in fiscum, & succumbens, quando sit infamis, & nu. 3. distinguit.*

2 *Ciuitatibus quando deferãtur bona vacantia.*

4 *Deferens debet agere nomine Reipublicæ, vel fisci.*

1 EX quibusdam. Forma casum sic. Quæro, † vtrum deferens aliquã cãm in fiscum, & succumbens, sit infamis. Respondet Iurisconsultus q̃ regulariter infamatur. Fallit in tribus casibus, qui ponuntur in hoc prin. Primus casus hic posit', est clarus. Contra secundũ casum opp. q̃ nõ liceat vlcisci, vt l. sciẽtiam. §. pe. §. ad l. Aqui. Sol. extra iudicium non permittitur regulariter, sed in iudicio sic, vt hic. Venio ad tertiũ casum. Quæro, quid velit dicere. Gl. dicit hic loq̃t' qñ quis defert aliquã cãm Reipublicæ alicuius ciuitatis, vt puta, aliquã hæreditatem.

1 Sed contra hoc oppo. † ciuitati non deferunt' [c] bona vacantia

c vt C. de bo. va. l. j. li. x. Dicit gl. intellige hic de hæreditate decurionũ, q̃ deferẽ reipublicæ illius ciuitatis, secus in hæreditate alterius, vt in contrario. In eo q̃ gl. hic intelligit de hęreditate decurionũ nõ bene dicit. Nam eorũ hæreditas nõ deferẽ ciuitati, nec fisco, sed ordini, vt in titu. C. de hęre. decu. & ideo istud exemplum non est hic bonum, in eo quod dicit, quod ciuitatibus non deferuntur bona vacãtia. l. j. C. de bo. vacã. dicit veritatẽ de iure cõmuni. Sed debetis scire, q̃ quædã sunt ciuitates, quæ nõ recognoscũt [d] superiorem. & sic populus liber est, & sic ipsemet sibi est fisc', vt l. hostes. j. de captiuis. & tũc bona vacantia acquirunt sibi, & fisco. quædã sunt ciuitates, q̃ licet recognoscãt superiorẽ tũ habẽt merũ & mistũ imperium ex Principis cõcessione & habent alia regalia, vt sunt quæ ponuntur in titu. quæ sint regalia. x. col. & tunc idem q̃ bona possunt illi ciuitati deferri propter delicta: & etiam propter alias causas: de iure cõmuni secus. Ita debes intelligere hic. Cũ igit' intellectus glo. nõ sit bonus in hac lege, qualiter debetis intelligere, cũ dicat tex. q̃ nomine Reipublicæ causas suas quis exequitur. & sic iste tex. continet repugnãtiã. Nam in eo quod dicit Reipublicæ nomine: innuit q̃ causa nõ est sua. In eo qd dicit suas innuit q̃ ad eũ pertinet. Quid dicemus? Sol. dicas esse suas ratione officij: & Reipublicę ratione cõmodi. Ita ponitur exẽplum j. eo. titu. l. fiscus in quæstione. §. fi. et tunc exponit' hic reipu. fisci. vel dic, Reipu. alicuius ciuitatis, vt C. de dela. l. ex varia. & dicitur causa sua rõne executionis: ciuitatis ratione cõmodi. Vel dic q̃ hic agebat iure sibi cesso ab aliqua ciuitate, vel a fisco. Vnde causa dicit' ꝓpria, rõne cõmodi aliena dicitur qa habet ius cessum ab alio. Et ista exẽpla nõ ponũtur in glo. sed tãgunt' per Iac. de Aret. & Old. Vel dic, q̃ causa cõiter pertinet ad delatorẽ: & ad Rẽpubli. vñ pro ea parte, quã ipse habet, dicit' causa sua. Pro ea parte, q̃ est Reipu. dicit' alieno nomine agere. & istis

4 casibus nõ infamatur: vt j. eod. l. deferre. §. sed communẽ. & hoc tãgit hic gl. Habes

3 † ergo ex §. dictis dicere sic aut qs defert causam alicuius ciuitatis: & non infamat': vt hic secundũ vnã lect. & l. ex varia. C. de dela. Aut defert causam fisci: & tunc aut defert ad suã vtilitatẽ: quia habet ius cessum: & non infamatur, vt hic scdm aliã lect. Aut defert causam ad vtilitatẽ fisci: & tunc aut facit ex necessitate officij: & non infamatur: vt l. fiscus in quæstione. in fi. j. eo. & hoc secũdũ aliã lectu. & l. post legatũ. §. aduocatum. §. de his quib. vt indig. Aut nõ facit ex necessitate officij: & tunc aut ipse habet in cã aliquã cõionẽ: & non infamat': vt hic, secundũ vnã lect. & j. eo. l. deferre. §. sed communem. Aut nullã cõionẽ habet: & tũc regulariter infamatur. Fallit in duobus casib', qui hic po-

4 nunt'. † Vltimo no. ex hoc tex. q̃ in hac delatione quis debet agere nomine Reipublicæ vel fisci: vt dixi §. l. proxi. in prin.

1 ☞ *Acta criminalia, quando exhiberi debeant.*

Acta armarij cõtinentia bonũ, cõdemnationem, vel excommunicationem alicuius, debent edi cuilibet petenti.

2 *Acta in causa ciuili quod indistincte fisco exhibentur.*

3 *Practica probandi aliquem subtraxisse instrumenta fisci.*

4 *Instrumenti tenor per testes, vt probet, debet probari p personas instructas: puta per notarium, iudicem, vel turifas. Instrumentum fauore fisci, potest probari per testes communes. Si probatur verum furtum instrumentorum: tunc probatio de tenore instrumenti per testes communes facit fidem contra submittentem.*

c Diuus. [e] Iste est valde not. §. & menti tenendus. Oppo. de l. is apud quem. C. de edẽ. vbi acta criminalia exhibentur, sicut ciuilia. Huius timore hæc lex legitur. Primum ibi loquitur quando exhibitio actorum postulatur a iu

a ¶ An bona. Vtrum bona acquirant fisco sine aditione: ad de Barto. in l. j. C. de bo. vac. lib. x. & qd no. Bar. in l. licet. §. fi. 3. qd cuiusq; vniuer. & q̃ requiratur agnitio: videt tex. in l. si seruus pluriũ. §. pen. de leg. j. & quæ sit differentia inter bona vacãtia, & hereditatẽ, vide Bart. in l. postq̃. in fi. princ. ff. vt leg. nomi. ca. & q̃ no. Bar. in rub. ff. de acqui. hæredi.

b ¶ Inuctariũ. Fiscus, & qui succedit loco eius, non tenet ad cõfectionẽ inuentarij. & dicit Bal. in auth. si qua mulier. ff. si. vj. colli. C. de sacrosan. ecc. q̃ vbi obligatio descendit in ipsis bonis, nõ ex ꝑsona defuncti, ibi nõ requiritur inuentariũ, per istam legẽ, & alias allegatas. vide ibi. & hic adde Bal. in l. etiã ad ti. C. ad leg. Falci. & in l. fi. in princ. C. de iure delib. & hoc vide quod dixi potẽ Bar. in rubri. de acq. hære. & vide q̃ Ange. in repe. l. ii. ff. si cui plusquã p legẽ Fal. Adde q̃ posui in rubri. de acqui. hæred.

c ¶ Nõ deferũtur. Add. de Bar. ff. d. l. i. de bo. vacan. & in l. rẽ veniunt. §. aut senatus. de peti. hæredi. Bal. in l. aduersus. C. de furt. dicit quod istæ leges hic loquentes de fisco, non habent locũ in alijs ciuitatibus, nisi statutũ, vel cõsuetudo aliud disponeret.

d ¶ Nõ recognoscũt. Hic de populo non recognoscẽte superiorem, vide in l. relegati. de pœ. & in l. ij. ne quid in loco publi. & l. ambitiosa. in fi. de decre. ab ord. facti. & in l. iij. de mino. et in l. hostes. ad fi. j. de capti. & in d. l. ambitiosa. in ij. col.

e ¶ Diuus. An criminalia exhibeãtur, sicut ciuilia. Et dicit Bal. in rubr. C. de fi. de instr. q̃ bona debent edi cuicunq; et in tali editione non requiruntur testes, qui interfuerunt accopiationi sed sufficit sola descriptio notarij deputati ad accopiationẽ. Vide Bar. j. eo. §. & vide Bart. in l. j. §. editiones. ij. de edẽd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto nouo.

a ¶ Cogitur exhibere. Contrariū videt tenere Bar. in l. quędā. in prin. §. de eden. & videt §. in ij. lectu. hauius §.

b ¶ Est speciale. Et vide Bar. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. & Bal. in l. fin. C. de fi. instru. Bart. in d. l. sicut. & dixi post Ang. in d. auth. si quis. Et ad materiā istā, per quot testes debet probari instrumentum: vide tex. in l. testiū. C. de testi. & vide Bal. in l. isti quidē. §. qd me causa. Et qualiter pbetur amissio instrumēti, vide Bald. in l. fi. in vlt. col. in fi. de edē. & in rub. C. de fid. instr. in xiiij. col. in versi. quæro si instrumentum publicū. quod limita, nisi culpa sua perdiderit vt no. Bal. in l. ij. in fin. C. de fide instru. & quæ habentur in l. fi. C. de fi. instr. per Bar. in l. huiusmodi. §. fin. de leg. j. & in l. si quis ex argētarijs. §. j. §. de edē. & dicit singu. Bar. in d. l. testiū. in vlti. not. q si testamētū factū corā septē testibus est perditū, duo testes superstites probādo casum & tenorē testamēti, probant plene testamentum.

c ¶ Speciale est. Nota perpetuo q in causis fisci, iudex potest procedere nemine petente.

d ¶ Est generale. Ideo dicit Bal. p istū tex. q semp in suia quæ ferē ppter cōtumaciā, debet fieri mētio de cōtumacia, secundū eū in l. pe. in vlti. col. C. de cōsti. pecu.

dice: hic loquitur quando postulatur à parte, q ipsa pars instrumenta exhibeat cōtra se: & in causis criminalibus non pōt iudicis officium intentari, vt hic, nec actiōe ad exhibēdū, vel actione in factū agi: q a in causa capitali nō agitur de pecuniario interresse: vt l. si liber. §. ad exhib. Ita dicit glo. hic. Vide gl. quæ incipit: imo videt. & ista lect. est satis bona. Alij dicūt, q in causa pecuniaria quis cogitur edere, & si non edit, præsumitur fisco subtraxisse: & tenetur furti: vt hic in princi. sed in causa capituli, similiter tenet edere: vt l. contraria. tamē nō præsumitur subtraxisse, nec tenetur furti, vt hic. Vide glo. ibi. Vel dic in cā, & c. Ista lect. licet approbet per gl. nō placet mihi. Primo in eo qd dicit, q in causa ciuili tenetur furti. nō est verū: quia tex. hic dicit, q ista præsumptio furti non nocet, nisi in ista causa quę mota est secūdum hāc lect. noceret in actione furti, & ex præsumptionibus in actione furti, cōdēnaret, quod est cōtra legē hāc, & cōtra l. absentē. §. de pœ. In eo vero q dicit, q in ea causa capitali quis cogit edere instrumēta cōtra se: istud videt etiā male dictū: quia nō debent pbationes assumi de domo rei: vt l. de minore. §. tormenta, §. de quæstio. Posses tñ hāc lectu. sustinere in ver. itē diui. q in illis casibus quis cogatur edere instrumēta cōtra se in causa capitali, in quibus seruus cōtra dominū torquet qui casus ponunt in l. j. C. de quæstio. vt sicut testis de domo rei assumitur, eadem ratiōe instrumēta. & hoc satis placet. Tertio modo legitur ista lex, vt dicamus sic: Acta ciuilia quis cogitur exhibere fisco: vt hic, in prin. & l. ne quisq. §. de eden. Acta vero criminalia non cogit edere ipsa pars, cōtra quā criminaliter agit. Ita loqtur hic. Sed tertius, qui haberet illa acta, bene cogitur exhibere: vt l. is, apud quē. C. de edē. Differt ergo ista lect. à prima: in hac l. is, apud quē. intelligitur in tertio priuato habente acta: sed in prima intelligitur in iudice. & etiam ista lectu. placet.

Quarto modo legitur, q ibi loquitur in rationibus: hic in instrumentis. Sed nihil est dicere. Quinto modo legitur, q hic acta habebat quidam tertius: ibi aduersarius. Ista lect. est de verbo ad verbū cōtraria ad tertiā lecturā quam §. posui. Vnde quia illam tenui, istam reprobo. Nam q aduersarius cogatur edere contra se: & tertius non in causa capitali est iniquum, cum de domo rei probationes assumi nō debeant: vt l. de minore. §. tormēta. ff. de quęstio. † Reassumo ergo istū vltimū passum: prout loquitur de causa criminali: vtrum acta criminalia debeant exhiberi. dic, Aut exhibitio petitur à iudice, vel ab aliquo publico officiali, qui habet acta pbliica: & debet indistincte fieri editio: vt l. is, apud quem. C. de eden. secūdum primum modum intelligēdi hic positū recepta tamen cautione, de qua loquitur l. in fraudē. §. neq instrumenta. j. eod. quod tene mēti: quia per hoc dico, q acta armarij communis continentia bannū, vel condēnationē alicuius, vel infamiam: vel etiam acta episcopi continētia excommunicationem, debent cuicunq postulanti edi: cum talis excōmunicatio, seu infamia liget apud omnes: vt §. de postu. l. ex ea causa. Aut exhibitio petitur ab ipsa parte, cōtra quam criminaliter agitur: & tunc regulariter non cogitur: vt hic. Fallit in casibus, in quibus serui torquentur aduersus dominum, in quibus etiam cōtra se quis cogitur edere instrumenta in capitali causa: arg. l. is, apud quem. C. de eden. & ita intelligit hic. Secūdo modo aut exhibitio postulatur à tertio: & tunc indistincte cogitur exhibere[a]: vt d. l. is, apud quem. & ita intelligitur tertio modo. † Redeo ad princip. huius §. de exhibitiōe: actorum in causa ciuili, & priuata, qualiter ista exhibitio fiat, nō tracto hic. dic: vt l. j. §. editiones. §. de eden. l. fin. C. de eden. fisco vero videtur indistincte debere edi: vt hic, & l. ne quisq. C. de edē. † Sed dubitat, quid vult dicere hic tex. q præsumitur subtraxisse. & qualiter iste text. practicabitur q præsumitur subtraxisse præsumatur, & fidem contra. Aduerte, ad hoc vt subtraxisse præsumatur, & fidem contra. cum faciat, requiritur q pbet quędā instrumenta fore ad causam fisci pertinentia: quæ ipse potest exhibere, & nō exhibet. quo probato vere: tunc præsumitur subtraxisse: & præsumit illa instrumenta sibi nocitura esse: & ideo fidem faciunt cōtra eū. Vide hic tex. qui dicit, hoc subtiliter intelligēdo. Quid est hoc dicere. Si ego probo instrumenta esse pertinentia ad causam fisci: & sic probo instrumentū, & tenorē instrumenti: non debet mihi hoc sufficere, sicut si ostenderem ipsa instrumenta vt l. testium. C. de testib. Ad quid ergo recurritur ad istas præsumptiones. † Respondeo, quando quis probat instrumentū, & tenorem instrumenti, ad hoc vt faciat fidem, perinde ac si instrumentum ostenderetur, requiritur q illud probetur per personas instructas, & vt per notariū, vel per iudicē, vel Iuristas, qui sciunt discernere instrumentū publicū, & qualitates instrumenti: non autem sufficeret quilibet testis. Hic est casus in c. cum olim. extra, de priuile. Sed in fisco hoc est speciale,[b] q etiam si probetur per cōmunes testes, præsumitur ipsum subtraxisse: & præsumitur ipsum illud continere quod sibi nocituru erat, vt hic. Illic enim testes communes non sufficiēbāt nisi fisci fauore. Sed si furtum instrumentorum vere probaretur: tunc illa instrumenta facerent fidem contra eum indistincte: vt l. si de possessione. C. de probat. Ita debetis intelligere istam materiam.

1 ☞ *Si actor & reus est contumax, iudex pōt procedere ex suo officio, & citare utrūq; & absoluere reum ab instantia iudicij, & est speciale in causis fiscalibus.*
2 *Fideiussores delatoris quod teneantur, & in quantum teneantur.*
3 *Actore absente quod possit proceda ad diffinitiuam.*
4 *Causa quod feratur in sententia absolutoria.*

Senatus cēsuit. Primo loquitur, quādo delator & possessor est cōtumax. Secūdo, qñ delator tantum. Secunda ibi: quoties. tamen in prima parte fit absolutio ab instantia iudicij. In secunda fit absolutio à petitione. Ex prima † parte nota casum mirabilem, q etiam vbi actor & reus est contumax, iudex potest procedere ex suo officio, & citare vtrunq, & absoluere reum ab instantia iudicij.

Contra hoc opp. §. de iudi. l. ad peremptorium vbi cōtra cōtumacem non proceditur, nisi parte petente: vt C. de iudi. l. properandū. §. j. ibi: parte instante &c. & in auth. qui semel. C. quomo. & quādo iud. Sol. Speciale est[c] in causis fiscalibus. Secūdo nota † q fideiussores delatoris tenentur. Videbitis in l. senatus. §. senatus. j. eo. Sed circa hoc quæro, ad quid teneātur? Dicit glo. in summa petita: vt d. §. senatus. & in hoc bene dicit vel ad damnum. C. de lit contest. auth. libellum. & in hoc nō dicit verum. Nam illud emendare damnum, respicit commodū rei conuenti principaliter, nec tangit causam fiscalem: & ideo quo ad hoc non potest procedere vtroq contumace. Neuter enim potest alteri contumaciā imputare: vt l. ij. §. j. §. si quis in ius voc. non ier. Venio ad tertiam partem: not. † q actore absente proceditur ad diffinitiuā sententiam, quod est speciale hic, secundum ista iura. Hodie vero est generale[d] per l. properandū. §. j. C. de iud. Item nota † q in sentētia absolutoria inseritur causa. quod dic vt in l. qui Romæ. §. duo fratres. §. de verb. obli. & ibi dixi. & per doct. l. properandum. §. illo. C. de iudi.

1 ☞ *Rectores possunt in carceribus aliquem detinere: ut manifestet socios, uel alia causa legitima.*

Diuus. Oppon. §. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. ratione. Solue vt in gloss. Vltimo nota argumentū optimum pro Rectoribus, vt aliquos possint in carceribus detinere: † vt manifestent socios, vel mandatores, vel aliud faciant quod de iure debent: & ista est legitima causa incarcerandi: vt hic, ibi: in vincula deduceretur.

1 ☞ *Error facti quod excuset quemlibet.*
2 *Confessio, quæ fit in libello, qui datur iudici non nocet.*
3 *Error iuris reuocatur propter ætatem, rusticitatem, uel sexum aliai non.*

Complura

Universidad de Deusto Biblioteca

Complura. Op.& videtur, ꝙ error indistincte noceat: vt l. non fatetur. supra de confes. Huius timore hæc lex legitur duobus modis. Vno modo, vt loquitur in errore facti, qui nõ nocet vsque ad sententiã. ibi in errore iuris. Cõtra hanc lecturã opponitur de tex. qui dicit, ignarus iuris fui. in fi. dũ dicit ignorauit ius suũ. Rñdeo sustinendo hanc lecturã dico, ꝙ errabat hic in facto principali, et per consequens ius suũ non ignorabat. Ita dicit gl. Item contra[a] hanc lectu. op. de l. edicto. §. fi. j. eo. vbi videtur, ꝙ error facti excuset quẽlibet: sed hic dicitur de muliere, et rustico tãtũ: ergo &c. Io. intelligit illã secũdũ istã. Sed certe hæc lectu. non placet: † qa regula est, ꝙ error facti excuset quẽlibet: vt leg. error. C. de iur. et fac. igno. coniuncta l. ij. §. de iur. et fac. igno. & l. non fatetur. §. de confes. et l. edicto. c. fi. §. eo. Vnde alij intelligunt hic in errore iuris. Et ponunt exẽplũ: quia credebat posse reijci vnam vxorẽ, et accipere aliã: vel credebat aliquã desinere esse vxorem, eo ipso ꝙ nõ habitat cum viro. et sic credidit se spuriũ esse per errorẽ iuris, contra hanc lectu. remanet contrarium: vt d. l. non fatetur. Sol. Ibi loquitur, quando quis cõfitetur in iure præsente aduersario: hic loquitur quando qs confitetur aduersario absente. Aduerte, ista solu. cõtinet veritatem in confessionibus, & responsionibus, quæ fiunt simpliciter: vt §. de interrog. act. l. fi. §. de cõfes. l. certũ. §. si quis absente. sed † in confessione quæ fit in libello, qui datur iudici, vt det parti, hoc nõ est verum: vt l. cũ precibus[b]. C. de proba. & l. cũ precum. C. de libe. causa. ideo ista nõ est bona. Dic ergo ꝙ lex contraria determinatur per istã. † Error iuris nõ potest reuocari, vt ibi, nisi propter ætatem, rusticitatem. vel sexum. & sic hic loquitur de iuris errore. Et hæc lectura approbatur p glo. C. de iur. et facti igno. l. fi.

LEX III.

Non intelligitur. [c] Opp. de l. qui testamẽtũ. §. de proba. Sol. aut relinqtur non capaci palã: et tunc relictũ non valet quãtum ad ipsum non capacem, sed remanet apud eum, a quo relinqtur. Nec enim debet pati pœnam ex eo ꝙ ipse nõ delinquit: sed quãdo delinquitur clã, & assumit ipse tacitam fidem de restituendo non capaci, tũc delinqt, et facit fraudem merito patitur pœnã, quia applicabitur fisco: vt videbitis in seq. & vidistis §. e. l. j. ĩ prin. Quæro, in qbus casibus excusetur, q accõmodat tacitã fidẽ de restituẽdo non capaci. Dic vt habes hic ĩ gl.

Sed cum quidam. Op. de j. responso ad versi. q̃ri autẽ. So. Dicunt quidam, ꝙ Iulianus. in prin. male dixit, iõ corrigitur per Iurisconsultũ in sequẽ. Alij dicũt, ꝙ Iulianus illud dixit allegando, et sic cõtra illam allegationem determinatur postea. Alij dicũt, ꝙ diuersis casibus loquitur Iulianus et Iuriscõsultus author huius legis: vt ex solutiõe contrarij sequentis apparebit. Item opp. de l. ita fidei. j. eo. Sol. Ista est veritas, ista verba generalia, rogo ꝙ p̃stetis illud qd a vobis petij. si quidẽ possunt certificari ex verbis appositis in testamẽto, vel codicillis, ita quod appareat qd & cui relinquitur, videtur relinqui palam: & ita loquitur versicu. iste, quæri autem. Si autem ex testamento, vel codicillis non possunt ista verba obscura declarari, tunc videtur relictũ clam: vt dicta leg. ita fidei. & ita loquitur hic Iulianus quod tenementi.

1 *Cũ inspiciatur quod prodest, vel quod nocet.*

Si quis palam. [d] Satis no. §. est. No. §. qd ĩspicitur id quod prodest, non id quod nocet. † Cõcor. sunt in gl. Sed ad hoc opp. de l. fi. §. sed si quis. §. nau cau po. stabu. et §. ex quib. cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. quid ergo. ad Sylla. l. si quis in graui. §. fi. Gloss. non soluit. Tu dic, ꝙ hic illud, quod nocet, obfuscatur per id qd prodest. Nã ex eo qd relictum est palam non potest dici esse factum clam. Est enim illa clandestinitas patefacta. Sed in cõtrarijs secus. Pro hoc facit quod no. supra pro dona. l. si vir. per gl. et ibi dixi. et p Dy. in c. possessor. in vj. q. de reg. iur. lib. vj.

1 *Legatarius ꝙ sufficiat ꝙ sit capax legati tempore mortis.*

2 *Regula Catoniana ꝙ habeat locum, quando legatum deficit mista consideratione legãtis & legatarij, & in sua prouisione testator prouidere potest.*

Quando autẽ. Bonus §. est Pro declaratiõe hui[e] §. sunt duo vidẽda. Primo, an hæres puniatur. Secundo an relictum valeat, quando tempore mortis tantũ capax reperitur Circa primũ dicit glos. Aut vtroq; tẽpore quis erat non capax: & relictum nõ valet & hærespatiẽ pœnã. Aut vtroq; tempore fuit capax: & non est dubium quod valet relictum, & cessat pœna. Aut tempore fideicommissi iniuncti erat capax, sed non tempore mortis: & tunc fideicommissum non valet: hæres tamen, quia nõ peccauit, non patitur pœnam, sed apud eum remanet: vt §. de his quib. vt indig. l. in fraudẽ. §. j. Aut econtra, tempore fideicõmissi iniuncti nõ erat capax, sed tempore mortis sic: & tunc non patitur pœnam: vt hic. An autem valeat relictum? & videtur ꝙ non: vt Insti. de hære. quali. & diffe. §. in extraneis. & §. de his quib. vt indig. l. in fraudẽ. §. j. In cõtrarium videtur supra, de leg. præstan. l. interuenit. Et docto † determinant, & bene, sufficere legatarium esse capacem tempore mortis[e]. Ita no. per glo. §. de leg. ij. l. si deportati seruo. in princip. & in l. in mortis. de dona. cau. mor. & §. de hær. inst. l. si alienum. §. j. de reg. Cato. l. j. in eo quod ibi dicitur, quod quando legatum deficit ex persona eius, cui relinquitur, nõ habet locum regula Catoniana. Non obstan. §. in extraneis. quia ibi loquitur in hærede, in quo aliud est, quam in legatario. Sed cõtra hoc opponitur ponamus casum in lege nostra, quod hic sit relictum filio spurio: quod exemplũ ponitur in multis partibus huius tit. quando loquitur in nõ capace: vt not §. eod. l. j. in princip. Certe relictum tunc deficit mista consideratione legantis & legatarij. Nã a quolibet alio põt capere, præterquam à patre: vt dixi §. eod. l. j. in prin. Sed qñ † legatũ defficit mista cõsideratione legantis, & legatarij, habet locum regula Catoniana, quæ dicit quod tẽpus testamenti debet inspici: vt l. seruis. C. de leg. Respondeo vt dixi §. de reg. Catoniana. in l. j. quia illud est verum, quãdo est talis effectus, contra quem testator potest prouideri sua prouisione: vt manumittere seruũ proprium: sed legitimare filium spurium sua prouisione non potest, ergo &c.

1 *Clàm fieri dicitur, quod fit taliter, quod non potest deuenire in notitiam aduersarij.*

2 *Delictum quod probetur per priuatam scripturam alicuius quando committitur promittendo, vel contrahendo.*

3 *Tacita fideicommissa quod detegantur per confessionem. Positioni an qui fuit rogatus restituere non capaci, an teneatur respondere.*

Tacita. Iste est no. casus. & vide glo. quæ incipit manu priuati. Quæro qualiter intelligit hic de chirographo priuato. Respondeo: quia si esset instrumentum publicum, iam non esset factum clàm, sed palàm: vt supra eadem l. in prin. in eo quod dicit, si apparet testamento, vel codicillis. Pro hoc §. de lega. j. l. in taciti:. quod tenementi ad ea quæ dicuntur l. fi. §. de rit. nup. Aut fit clàm, & præsumit fraus. Aut palam: & tunc secus. Quod si est factũ inde publicũ instrumentũ, nõ videt factũ clã. qd videt durũ. Puto autẽ ꝙ etiã si publicũ instrumentum esset factũ, tamen celaretur, vt fit quotidie per notarios quosdã amicos, tenẽdo in secreto quod videtur esse factũ clam. † Clam enim dicitur fieri[f] id, quod taliter fit, quod nõ potest de

→ Pro concordia. Aduerte. in libello verba eriã narratiua habẽt vim cõfessionis cõtra libellãtẽ. text. & ibi doc. in l. iij. C. de instit. & substit. l. cũ procur. C. de libe. cau. eriã absente parte: vt p Bart. in l. certũ. §. si quis absente. ff. de confes. in hoc §. cõplura. sed Ioan. de Imo. in c. si cautio. de fide instru. ante mediũ. dicit ꝙ Barto. tenuit cõtrariũ in l. nũda ratio. ff. de do. Solu. dat do. Alex. in d. l. ij. ĩ. ꝙ Bar. in d. l. nuda. loquiẽ in libro rationũ, de libello nullum verbũ. Et quanta sit differẽtia inter scripturas iudiciales, & extraiudiciales, apparet ex dictis per Bar. in d. §. fi qs. Et istã etiam concordiã sentit do. Ias. ĩ §. si minus. Inst. de act. Adde ad cõsi. Alex. xciij. ĩ quarta parte.

a ¶ Item cõtra. Nota de errore. & de confessione facta ĩ libello &c. et tene menti. et facit ad no. ĩ l. post legatũ. p Bart. de his quib. vt indig. & ĩ l. nõ fatetur. ĩ. de cõfes. ad fin.

b ¶ L. cum precibus. Vide Bar. in l. certũ. in §. si quis absente. ĩ. de confes.

c ¶ Nõ intelligiẽ. Istũ tex. p Bar. cũ §. j. ĩ cõsi. cxcvj. inci. ciuitati Camerinẽsi. vbi cõsuluit, ꝙ si Papa cõfirmauit concessiones, & declarat de qbus, intelligiẽ de sacris. Allegat istum tex. & gl. & vid bar in cõsi. xliij. inci. Tudertus de Spoleto. et adde cõsi. Old. xxix. And. Bar.

c ¶ Non intelligitur. Aliquid per Bal. ĩ l. etiã. C. ad legẽ Falc. & ibi etiã quid si hęres in vno numo restituẽdo non capaci priuẽt tota hęreditate. de quo vide in l. hęres qui tacitã. ĩ. de his qui. vt indig.

d ¶ Si quis palam. De hac materia p Bar. ĩ l. si vir. ff. pro donato. & Bart. & Ro. in l. si quis in graui. §. fi. ff. ad Sylla.

e ¶ Tempore mortis. Nota ꝙ ad validitatẽ relicti inspiciẽ solũ tẽpus mortis. glo. tũ tenet cõtrariũ, & ibi vide doct. in l. cũ qui post. de condi. & demon.

f ¶ Tacite. Dicit fieri. Vide Bart. in l. ij. C. de his qui ex publi. rationi. lib. x. & Bal. in l. cũ fratrẽ. C. de his qui. vt indig. & in l. j. in prin. & vide Ang. in l. ij. §. occisorum. ĩ. ad Sylla. & eũdẽ ĩ l. in taciti.

Universidad de Deusto Biblioteca

ī.de leg.j.in princ.& vide Bart.in l.pupillus.§.fi.ī.de auth.tu. & Bal.in l.ea quidē. in vij.co.C.de accu. & Imo.in d.l.in tacitis.& quæ requiran tur ad hocvt relictū dicat factū ī fraudē, vide Bal.& Imo.in d.l.in tacitis.

a ¶ Clam posidere. Et vide quæ ibi habes per Moder.

b ¶ Vide gl. Adde gl. & Bart.ī l.fi.ī.de his qui.vt indi.contrariū videt velle Bal. ī d.l.ī tacitis.de quo ibi p Imo.de lega.j. Et p ista glo.consuluit Bar.in cōsi.cj.in ci.Tudertus de Spoleto.& ibi vide qñ quis præsumat tacite rogatus.

c ¶ Cum ex cā.Dispositione hominis. Ad de Bar.& doct.in l. si marito.in prin.so. ma.& sic not.hic,ꝙ fiscus subijt onus legatorū,& fideicommissorum.& probatur in aut.de hære.et fal.§.si quis autē non implēs.& in l.j.ad fi. C.de cadu.tol.& in l.quidā testamento. §.quoties.de leg.j.& ī l.recusare.§.si qs fisco.ad trebel.& hoc etiā quādo occupat bona vacātia,vel caducā,licet in contrariū faciat text.cū gl. in l.iij.§.eadē.de fideicō.libe.& l.qd à diuo marco.de manumis.test. Sed rñde, vt p Ro.in d.l.si marito.in princ.& not. Bald.in l.eā quā.C. de fideicō.in iij. col. et qd dixi post Imo. in l.si seruus pluriū. §.ij.de le.j.vbi dixi, ꝙ si ex facto defuncti,bona confiscantur tūc nō debent legata. Et ita loquit d.l. iiij.§.eadem.& vide Bar.ī l.eius qui.§.fi. ī.eo.& Imo.in d.l.q dā testamēto.& ibi dixi.

d ¶ Multa. Vide per Bart.in l.iij.quando fisc.vel priua.& per Bal.in l.ij.C.eo.tit.

e ¶ Quæro qñ. Adde ꝙ no.Bar.in l.facultas.de iur.fis.lib.x.

f ¶ Si in locis. Adde bonum tex.in c.j.in princ.q̄ sint regalia.

g ¶ Ad simplum. Adde quod Bald.in l.j. in pen.col.in ver.itē opp.C.de hære.vel act. vend. intelligit istū tex.quod sit speciale hic.fauore fisci.

h ¶ Quæro. Si procurator vendēs promittat de culpa:an dans teneat:& an procurator possit pœnā promittere, dixi in l.solū.§.sed si procurator. de pig.act. Abb.ī c. fi.de precar. tenet p istū text.ꝙ solū possit pmittere pœnā,

uenire in notitiā aduersariī:vt vidistis in l.
a clam posidere.[a] in prin.§.de acqui.pos.& l.prohibere.§.clam.§.quod vi aut clam.

2 †Nota ex hac glo.quod per priuatā scripturam alicuius probatur delictum eius. Quod intellige verum,quando delictum committitur promittendo,vel contrahendo:sicut dixi in instrumento publico,in l. senatus.in princi.§.ad Turpil. Secundo
b vide glo.[b] quæ incipit,vt per confessionē
3 rogati,&c.Ex †qua habes quod tacita fideicommissa deteguntur per confessionē. Et sic nota ꝙ huic positioni tenetur quis respondere,an quis fuerit rogatus de restituendo non capaci. Ad idem l.quoties.§. prætor.§.de noxa.vbi cogitur quis respondere an possideat,vel dolo desierit posside re.& sic positioni quæ continet delictum, quis cogitur respōdere.Hoc dixi in l.Marcellus.§.re.amot.Et quantum ad hunc passum,dixi plene hoc anno in l.fina.§.de his quib.vt indig.

An fiscus loco hæredis habendus sit,cum ad eum pertinent omnia:& quid in priuato.

Cum ex causa.

Primo notant quidam hic,ꝙ
1 fiscus,ad quem pertinēt omnia bona,†habetur loco hęredis:vt hic,& C.ad leg.Iul. de vi.l.ij.Hoc qualiter debeat intelligi,dixi §.de fideiuſ.l.inter eos.§.fi.Secundo notant hic quidā,ꝙ quādocūq; bona veniūt ad aliquem vniuersaliter:ille potest conueniri à creditoribus tanquam hæres.cōcor. sunt in gl.sed arg.contra.§.de iure dotium. l.mulier.& de vsufruc.leg.l.fi.& l.ij.§.fin.§. de hæred.vel actio.ven.Sol.Hoc dixi multum late in l.Princeps bona.& ibi p Dyn. j.de verb.signi.Tetigi in l.j.§.de bono.possef.& l.si quis seruum.§.fi.& l.seq.ij.respō. §.de lega.ij.Quantum ad propositum dic, aut bona deueniunt ad aliquem ex dispositione legis,& trāseunt ad eum debita & credita:vt hac lege,cū simi. Aut ex dispositione hominis[c]:& tunc secus:vt l.mulier,
c bona.§.de iure dot.cum simi. De hoc etiā per doct.C.ad le.Iul.de vi.l.ij.

Qualiter testes debent deponere de valore rerum.

Diui fratres.

Nota tex.ibi:& iusta pretia ex presenti æstimatione cōstitui.quod vtile est pro
1 testibus,qui reddunt rationem de valore rei.†Nam debent se referre ad tempus de quo agitur,siue tractatur de præsenti tempore,siue de præterito. Nam ad illud tempus debet referre:vt hic. Item debet dicere quod tantum poterit vendi homini scienti cōditionem rei:vt §.de dona.causa mor. l.mortis causa.§.fi.

Diuus.

Oppo.glo.de l.cotem.§.fi.de publi.Solue vt ibi.

Qua actione agat fiscus contra debitorem debitoris.

Multa.

d Quæro,in quo sit hæc specialitas in fisco. Gloss.dicit,in duobus primis casibus,quādo debitor fisci desijt soluēdo esse:vel qñ debitor debitoris†fuit factus ex pecunia fiscali. In tertio vero casu loquitur secundū ius cōmune:quia debet intelligi,quando debitor fisci est condemnatus:& sic fit executio cōtra debitorem debitoris,secundum formā l.à diuo Pio.§.sic quoq;.§.de re iudic. Azo vero dicit,ꝙ etiam hic in tertio casu loqui-
tur de iure speciali in fisco : vt debitore nō condemnato perueniatur ad eum. Sed gl. dicit,ꝙ secūdum hoc semper fiscus posset agere contra debitorē debitoris. Ad quid ergo Iurisconsultus duos casus præcedentes expressisset.quare non video. Videte, vt colligo ex dictis Iac.de Arer.& gl.etiā Azo.bene possunt dicere. Nam intelligēdo tex.vt gl.dicit,gl.dicit verum:sed possumus intelligere ꝙ sint tres casus speciales in fisco.Primus quādo debitor fisci desijt esse soluēdo.Secundus,quando ex ratione fisci nomina facta sunt : id est,per fisci rationem : vt §.de admi.tuto.l.quoties. in princ.Tertius,quando ex contractu fiscali debitores conueniūtur:hoc est,ex cōtractu ad fiscum extenso : vt quia accepit mutuam pecuniam à fisco:& eam alij mutuauit:& sic de pecunia fisci debitorē sibi constituit:& sic erunt tres casus speciales, secundum Iac.de Are.& dominum Old.

e Quæro quando[e] fiscus agit contra debitorem debitoris,qua actione agat? Respondeo,in casibus,in quibus agit de iure speciali,agit actione vtili:vt C.quādo fis. vel priua.l.nō prius. Si vero tenebatur in diem,agitur condictione ex lege:vt l.j.C. de condi.ex lege.Si vero agatur contra debitorem debitoris de iure communi : tunc debet agi officio iudicis,secundū formā l. à diuo Pio.§.sic quoq;.de re iu.& ibi dixi.

Diuus.

Hunc §.declara vt in glo.

f

Si in locis.

[f] In eo qd dicit,de locis religiosis,est contra Insti.de re.diui.§.thesauros.Glo.soluit plurib̄us modis.De duabus primis,tene quam vis.

1 *Procurator fisci vendens,si res est euicta,quod teneatur ad duplum.*

2 *Procurator priuati,qui vendidit,si promisit duplū,& ita se habeat consuetudo domu, quando res euincitur,tenetur:aliàs ipse procurator.*

3 *Ab eo,qui emit à fisco,non potest res euinci:& sic hæc lex hodie corrigitur.*

§. Si procurator.

Ista est multum nota.lex.Adu
g tur,nisi ad simplum.[g] †Quæro,an procurator ipse
1 saltem teneatur ad duplum. Quidam dicunt ꝙ sic. Azo dixit ꝙ non,puto ꝙ teneatur ipse procurator:argu.l.ciuitas.§.si cer.
h pet. Quæro[h],quid in alio†procuratore vendēte,& promit-
2 tente duplum nomine euictionis : vtrum dominus teneatur ad duplum? Respon.si consuetudo patriæ est,quod in venditione promittatur duplum nomine euictionis : tunc tenebitur dominus:quia procurator potest promittere ea,quæ sunt de consuetudine:vt l.quod si nolit.§.qa assidua.§.de ædi.edi.& §.de aqua plu.arcen.l.si prius.§.j.& expressius in l.si conuenerit.§.fi.§.de pig.act.Si autem de consuetudine non esset:tunc dominus non tenetur:sed procurator bene tenetur,secūdum ea quæ §.dixi.& secundum materiam l.procurator qui pro euict.§.de procura.
3 †Vltimo scias ꝙ ista lex corrigitur hodie.Nam qui emit à fisco,ab eo non potest euinci:vt l.ij.in prin.C.de quadri.prescri.

1 *Procurator fisci,& qui vendidit res minoris,vel ecclesiæ,nō potest habere fidem de pretio.*

2 *Vendens rem nomine alieno,quando possit habere fidem de pretio.remissiuè.*

3 *Confessio procuratoris Cæsaris confitentis pretium sibi solutum,quod sufficiat.*

Si ab eo.

Iste §.est bonus. Nota tex.ibi:pretio tamen solu
1 to.Nota dicit glo.†quod procurator fisci nō po
i test habere fidem[i] de pretio. Idem in eo qui vendidit res minoris,vel res ecclesiæ.vide & no.glo.quæ incipit,vel aliter satisfa-
2 cto.ibi:nō autem fide habita,&c.vsq; ad fi.Circa hoc,†an isti, qui vendunt nomine alieno possint fidem habere de pretio,vide plene per Cyn.C.de rei vendi.l.in ciuile.per Guli.de Cug.§. de institu.l.cuicumq;.§.fi ei.Ego dixi plenius §.de re iud.l.à diuo
3 Pio.§.sed si emptor.in fi.§.vbi glo.tangit. †Quæro,quid[k] si
k procurator Cæsaris cōfitetur pretium sibi solutum:an sufficiat

quæ venit ex natura cōtractus.Secus fiet ser præter naturā cōtractus.Ad qd l.bene à Zenone.de quadri.præscri.

¶ Habere fidem. An procurator possit habere fidē de pretio,vide quæ no.Aug.in l. cui iurisdictio.j.d iurisdi.om.iu.Et hic ēt vide,qd in Plato ecclesiæ,& in procuratore minoris.et hoc nota.perpetuo.et dicta Bar.hic seqē Abb.ī c.ij.de preca.& Bar. in l.à diuo Pio.§.sed si emptor.de re iu.& hic adde qd no.Bal. in l.j.C.de hære.vel actio.ven.& gl.ī l.j. C.de fi.instru.& iure hastę fis.li.x.& ibi Bar.& glo.& Bal.ī l.cū vendēre.C.vbi cau.fis.& add ad hāc materiā Bar.ī l.alio. in vlt.co.ī.de ali.leg. Add an donatarius pricipis sit tutus,cū princeps donat ipsi rem alienam.Bal.cōsi.cccxxxviij.j.lib. Et an executor testamentarius possit habere fidē de pretio: per eundē Bal.consi. clxxxv.iij.lib.

¶ Quæro qd. Vide Bar.& ibi glo.in l.j. C.de ven.re.ci.li.xi. Adde Bal.consi.cccxxv.j.lib.

Universidad de Deusto Biblioteca

talis confessio: tex. habetis ꝙ sic. in l. ij. §. fi. de quadri. pscri.

Priuilegiatus succedens non priuilegiato, utitur iure eius, cui successit pro tempore anteriori, post uero suo.

a FIscus. Lex ista est no. quando priuilegiatus succedit non priuilegiato, † pro tempore anteriori utitur iure eius, cui successit, pro posteriori, iure utitur suo. Et de hoc plene per doct. et Cy. C. de sac. san. eccl. auth. quas actiões. in quæst. dixi s. de verb. obl. l. cum filius. §. fin hac.

Hæreditas patris non adita, transmittitur ad matrem.
Occidens aliquem non potest ei succedere.
Omnia acquisita scelere, fisco applicantur.

10.

Vcius Titius. Ista est solennis lex. Notria, Primo, ꝙ hæreditas patris ẽt non adita transmittitur ad matrẽ. Casus est hic. vide ibi: itaque oĩs hæreditas ad matrẽ, &c. Pro hoc. s. de reb. dub. l. qui duos. §. cũ in bello: & l. apud hostes. C. de suis et legi. & ibi p̃ docto. dicã in l. hæreditate. §. filius. j. de castren. pec. † Secũdo no. ꝙ qui aliquẽ occidit, succedere sibi nõ põt, neque eius hæredi, vt hic, & l. cũ ratio. §. fi. s. de bo. dãna. Tertio not. † ꝙ omnia scelere quæsita applicãtur fisco. His præmissis op. b C. si reus [b] vel acc. mor. fue. l. fi. & C. si pen. ap. mors inter. l. iij. vbi post mortẽ nõ durat cã bonorũ, si non fuerũt adẽpta expresse. Ad idẽ. s. ti. j. l. j. Sol. dico ꝙ qõ bonorũ extinguit mortẽ accusati. Certe dico publicãdorũ p̃ sententiam. sed quæstio bonorũ quæsitorũ durat, & agitabitur ista cã, facta noua declaratione, vt hic in fi. dicitur. Itẽ opp. ꝙ ista bona nõ auferantur huic Meuiæ: Non enim successit marito sed filio. Sol. qs non põt in effectu succedere ei quẽ occidit: nec hæredi eius ĩ bonis, quæ habuit ab illo occiso, vt hic. Secus si aliũde habuisset: ar. supra de vulg. & pupil. l. si is qui ex bonis. 11.

c NOn puto. [c] Dy. ponit exẽplũ reperiũtur duo ĩstrumenta eodẽ die confecta: certe erit præsumendum priuatum prius contraxisse. Põt etiam poni exemplum in dubijs emanentibus circa legem vt in dubio fiat interpretatio contra fiscum. 12.

NOn possunt. Habuistis. supra eodem l. j. §. an bono.

In metallum. Hoc declarat vt supra de his quæ pro non scrip. hab. l. iij. 13.

EDicto. Dicitur hic, defertur palam, vel tacite. Cõtra, Illud quod palã relinquitur non capaci, non acquiritur fisco. vt l. non intelligitur. in prĩ. s. e. ergo &c. Solue vt dicã in §. fi. j. ea lege. Quæro qualiter ꝙ habitur ad fiscũ pertinere. Respõ. cõfitendo se non esse capacem, ex tali cã, ex qua fisco debeatur. Ista enim confessio præiudicat sibi: sed contra alios est opus probatione. Facit qd habuistis no. supra eo. l. ij. in fi.

Id autem. Dicitur hic vulgare præmium. Quero, quid sit præmium vulgare. Glo. dicit hic dicam infra eo l. senatus. §. senatus.

Eos qui. Oppon. supra ead. l. §. j. ibi: nihil aũt interest, &c. Solu. Illa limitatur per istam. Secundo extra gloss. opponi. secundum hoc lex circa princip. sui, non videtur posse procedere in eo quod dicit, quod quis potest profiteri relictum palam. Aut enim erat non capax, & d tunc illud non debet deuenire [d] ad fiscum: vt leg. non intelligitur in princip. supra eodem. Aut erat indignus: & tunc non debet habere dimidiam, vt hic. Solu. potes dicere, quod hic loquitur in casibus specialibus, quando quis est indignus, ideo quia testamentum impugnat in iudicio. Ratio: quia cum hoc sit manifestum ex eo quod factum est in iudicio, non debet habere præmium delationis: vt supra ead. leg. §. id autem deferre. Vel dic quod principium loquitur in eo quod dicit de re relicta palam, de eo qui est indignus absque aliquo facto suo, vt quia testator reputauit eum indignum, vt l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. hic loquitur qñ quis est indignus facto suo. Pro hoc optime. supra de his quib. vt indig. l. post legatum. §. fi. et ibi not.

Ei qui. Hoc examina, vt supra eodem leg. secunda in fine.

a Fiscus. Et vide quod pro hoc dixit Bar. in l. procurator. C. de edẽ. & Gu li. de Cug. in l. properandum. in fi. prin. C. de iudi.
b Oppo. C. si reus. Vide Bal. in l. j. in vij. & vlti. colum. C. ne ex delic. defun.
c POMATES. Non puto. Ad hanc legẽ, vide Mathesil. notabili suo lxxj. inci. nota vnã mirabilẽ regulam. in vij. clar. vbi ponit hũc, & ipse secundũ intellectum quẽ ponit hic Barr. Vide p̃terea in eo loco ad propositum de duobus ordinarijs ferentibus diuersas sentẽtias, & quod et dicit ĩ ꝓbationibus paribus. videas etiã quod vult Bald. in l. quicũq. in vlti. col. ver. dictũ not. C. de ser. fug. & Fel. in c. ij. col. ij. de re iudi.

14.

DIcitur. Oppo. de l. cum filius. §. fi. s. de lega. ij. Sol. hic loquitur quando bona inferũtur ex delicto hæredis: vt ibi. quando ex delicto defuncti, quo casu non valent relicta, sicut nec donationes: vt l. cõtraria, & l. donatio. §. fi. s. de dona. 15.

S Enatus.

SI quis delatorem. Opp. glos. & soluit bene, vt habes in ea.

Deferens in fiscum se, vel alium, quod præmium consequatur.
Statutum dans dimidiã accusanti, intelligitur quod tota pœna datur camerario communis: & camerarius accusanti.
Practica formandi condemnationem, quando pœna venit pro dimidia parte.
Fiscus in diuidendis cum ipso, facit diuisionem, & dat alteri electionem.

Senatus. Iste §. est bonus. Aduertatis, primo pro declaratione quæritur, de quo non capite loquitur hic. gl. dicit siue de hærede: siue de legatario: siue de fideicõmissario. Sed ad hoc oppo. ꝙ hæres non debet habere, nisi tertiam: vt C. de his qui se de. l. j. Sol. hic loquitur ĩ hærede non capace, nec rogato de restituendo: & ideo lucratur dimidiã: quia defert illud, quod debet remanere apud eũ, si esset capax. sed lex contraria loquitur in rogato de restituẽdo: & ideo quia defert illud quod debet esse alterius, lucratur tertiã: & ideo pro declaratione huius legis, & eorũ quæ not. s. eod. l. edicto. §. extat. Distingue secundum Dy. † Aut quis deferĩ ab extraneo: aut seipsum defert. Primo casu deferens consequitur tertiam. s. eod. l. edicto. §. extat. Secundo casu, quãdo quis deferĩ se: aut ipse erat non capax propter suum delictum: & nihil cõsequitur: vt l. edicto. §. eos. s. eod. quod dic vt ibi. Aut erat alias non capax: & tunc aut deferens se non erat rogatus de restituendo: & lucratur dimidiam, vt hic. Aut erat rogatus de restituendo: & lucratur tertiam: vt C. de his qui se defe. l. j. fallit ĩ vxore defuncti: vt ibi. Idem dico in fideicommissario, vt si deferat, lucreẽ dimidiam eius, quod ipse erat habiturus: vt j. eo. l. cum tacitum. Quandoq; defert quis se, & deferĩ ab extraneo: et tunc ante apertas tabulas præfertur se deferẽs: post apertas tabulas potior est conditio occupãtis. Sed obstat breuiter huic §. s. eo. l. edicto. in prin. vbi dat partem fisco, & sibi partem retinet. Sol. quando se deferens possidet, [e] loquitur lex cõtraria: quando non possidet, sed ab alio exigitur, loquitur lex ista. quod nota † pro statutis Italiæ, quæ dicũt, si qs accusauerit habeat medietatem bãni. Debet enim intelligi ꝙ totum bannum detur camerario communis: & camerarius communis det dimidiam sibi. Simile habetis C. de ven. re. fis. cum priua. l. j. libro x. Per hoc † habes practicam, qualiter debes formare verba condemnationis. [f] Dicas eũ Condẽno talẽ in tanta quãtitate danda ca-

c Non puto. Nota istũ text. cũ glo. not. ꝙ licet fiscus consueuerit habere multa priuilegia, de qbus per Bald. in l. j. C. de hære. vel actio. ventũ in dubijs potius est iudicandũ contra fiscũ quam pro eo: si ue sit dubium de iure propter opi. doct. siue occurrat dubiũ: quia duo iudices ordinarij ferãt sententias contrarias: siue sit dubium in probationibus: quia fiscus & aduersarius cõtraria probauerint, & probationes sint pares. licet Io. And. & do. Anto. videantur sentire contrariũ, vi delicet ꝙ causa fisci sit fauorabilis, sicut causa matrimonij. in c. in nostra. de testi. & Spec. & Io. And. Tit. de test. §. postq̃. versũ. quid si. Et pro hoc quod dixi, vide no. Bal. in l. quicũq. ad fi. de ser. fugi. adde tamẽ ad hãc legẽ, qd Bal. in l. ij. C. an ser. ex suo facto. dicit, ꝙ statutũ nunq̃ interpretaĩ contra Rẽpublicã in eo quod põt tangere alium. Et ad hoc not. vide Bal. in l. dotis. C. de iur. do. & Bar. in l. j. C. de iure fis. libro x. & vide Iaco. de Bel. in l. fi. §. fi. C. de cadu. tol. vbi videtur intelligere, quando fiscus tractaret de lucro, & priuatus de damno.
d Non debet deuenire. Vide Bald. in l. eã quam. in viij. col. C. de fideicom.
e Deferẽs possidet. Idem Sali. in l. iij. C. ad leg. fal.
f Verba condemnationis. Si statutũ dicit, quod medietas pœnæ debeat esse accusantis, alia debeat esse cameræ in totũ. vide per Moder. Institu. de actio. §. quædam autem.

Universidad de Deusto Biblioteca

merario cõis: cuius medietas sit cõis, alia medietas accusatoris. Datio ergo cõdẽnationis, & exactionis tota bebet fieri p camerariũ cõis: & medietatẽ dare debet illi accusanti: & sic ad petitionẽ cõis fiet exa-
a ctio[a] totiꝰ cõdẽnatiõis: cũ cõi totũ debeat. Prædicta vera, nisi forte illud qđ debebat applicari fisco noĩe pœnæ, esset apud eũ, q debebat præmiũ cõseq: qa tunc partẽ fisco dare, & partẽ sibi retineret: vt ff. eo. l.
b edicto. in prin. Secũdo nota[b] † ꝙ quãdo
4 qs habet diuidere cũ fisco, fiscus debet facere partẽ, & dare electionẽ alteri: vt C. de his qui se def. l. j. & C. qñ & qui. quarta pars deb. l. ij. & not. ff. eod. l. edicto. in prin.

Quod si tribus.

Hunc §. declara, secundum ea quæ dixi ff. eo. l. ij. §. senatus.

Si quis arguatur.

Vide gl. super verbo, detulisse, id est tradidisse fisco: vt aliũ quasi debitorem exigeret, qui non erat.

1 ☞ *Pronomen quicunque, quod cõtineat masculinum & fœmininum.*

A It diuus.

QVicunque. Nota ꝙ pnomen quicũq;,
1 continet masculinum † & fœmininum. Habes etiam j. de verb. signi. l. j.

IN summa. De hoc habes rubricã C. pœ. fiscali. credi. præferri. l. vna. lib. x. Dicam j. eo. l. quod placuit.

1 ☞ *Bannitus licet non possit de nouo accusare, potest tamẽ accusationem cœptam prosequi.*
2 *Procurator quãdo possit esse testis in causa quam procurat.*
3 *Aduocatus quando possit esse testis in causa quam aduocauit, remissiue.*

c DEferre. [c] Ex hac lege not. ꝙ damnatus nõ põt deferre, sed causam ante incœptã
1 põt cõplere. qđ facit ad † quæstionẽ de bãnito, q nõ põt accusare de nouo: vt accusationem ante cœptã possit cõplere: vt hic. Ad hoc l. negãda. C. q accu. nõ pos. & l. is qui reus. in fin. ff. de publi. iudi. & ibi dixi.
2 Secundo, in versic. item † decreuerũt. nota argumen. quod procurator potest esse testis in causa, quam procurat. Sed gloss. tenet hic contrarium, per l. fi. ff. de test. Nõ obstat hæc lex: quia hic non interrogabatur vt testis. intellige secundũ glo. ꝙ hic interrogabatur vt pars: & sicut dominus tenetur respondere, ita procurator: vt ff. de procur. l. non solum. in prin. & l. omnium. Istud dictum glo. procederet in procuratore, qui durat procurator, & causam agit. Sed tex. videtur loqui in eo qui desijt esse procurator, vel tutor, vel gestor: vt hic. in versi. itẽ eos. & in sequẽti. & ideo videtur dicendũ, ꝙ hic fuit interrogatus vt testis: tunc obstat l. fi. ff. de testi. & glos. ibi videt tenere contra istam glos. Quid ergo dicemus? dicũt quidam, ꝙ procurator nõ potest esse testis in illa causa quã procurat: vt ibi in text. in alia sic, vt hic. Ita loquitur glos. in lege contraria. Alij dicunt hic in pcuratore ad negotia: ibi in procuratore ad iudicia. Alij dicunt, ꝙ hic finitum erat officiũ: ibi durabat. Cy. tangit hoc C. de testi. l. quoniã liberi. ꝙ nihil boni dicit. Tu dic breuiter, si quidem loquimur de procuratore ad iudicia: si quidem ipse agitat causam, tunc non potest interrogari vt testis: vt d. l. fi. ff. de testib. sicut nec etiã tutor: vt l. qui testamẽto. circa prin. & quod ibi no. ff. de testa. & ibi dixi. Potest tamẽ bene interrogari, vt pars: vt d. l. nõ solũ. in princi. ff. de procura. & hoc secundũ intellectum gloss. Si autẽ causa esset finita: & de gestis in ea causa interrogaretur: idẽ quod in pcuratore ad negotia: qui interrogatur vt testis de eo, quod ipse gessit. quo casu distinguitur, quandoq; ad eum pertinet cõmodũ, vel incõmodũ: & tunc nõ est idoneus testis: vt l. omnibus. C. de testi. & l. nullus. ff. de testib. Exemplum: ego volo probare quod tu teneris mihi ad centum hoc probo per Titium, qui dicit se tibi portasse pecuniã, quã sibi dedi tuo mandato. Dico ꝙ
d iste non est idoneus[d] testis. Nam si ipse tibi tradidit: ipse est liberatus a me. Si tibi non tradidit, ipse remanet obligatus mihi, & sic testificat in eo quod ad eũ pertinet. quod no. Si vero ad eũ nõ ptinet cõmodũ vel incõmodũ: & tũc idẽ ꝙ nõ põt esse testis: nisi vtraq; parte volente. sicut dicimus in pxeneta: vt ĩ auth. de testi. §. pe. Et hoc tenet gl. extra, de testi. c. Roma. lib. vj. hoc
e est verũ ꝙ nõ potest esse testis[e] pro eo, cuius fuit procurator: sed contra eum produci potest testis eo inuito: vt hic est casus in §. nostro. & hoc tenuit Inn. extra de testi.
f c. insup. Si vero aliquis vellet pcuratorẽ[f] producere in testem in alia causa quã ipse nõ gessit, tunc potest, sicut dixi in eo, qui
3 iam fuit famulus: vt dixi ff. de questio. in l.
g j. §. si seruus. Quid † in eo[g] qui fuit aduo-

a ¶Fiet exactio. Ad hæc dicta vide Ange. de Are. in maleficijs. in versi. dandis & soluendis.

b ¶Secundo nota. Quid autem si accusans in libello dixit, peto talem mihi cõdemnari, & in dimidia, & pro alia dimidia fisco. dic ꝙ sententia super tali inepto libello valet: quia in criminalibus non attenditur libellus, &c. vt not. Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior. de infa. & vide Bart. in l. j. post prin. ff. eo. Et adde ad ista quæ habentur l. lege Cornel. §. fin. cum simili. ff. ad Sylla. & hoc cũ ista causa dicatur criminalis: vt not. in l. iij. ff. de sepulc. viola. Sed ꝙ talis sentẽtia lata in criminalibus teneat super inepto libello, bñ facit qđ scripsi l. iij. §. quid ergo. ff. de appel. & dũ dixit, ꝙ in criminalibus nõ attenditur cõditio libelli, adde Bar. in l. libellorum. in fi. princi. ff. de accusa. Et si non apparet in statuto, posset dubitari de cuius bonis debemus ista pmia accusantibus: an de bonis malefactoris: an cõmunis? vide Angel. in l. lex Cornelia. §. si quis libellum. de iniur. & Bar. in l. lex Cornelia. ff. ad Sylliania. vide Ange. de Are. in d. versi. dãdis, & soluendis.

c ¶Deferre. Pro intellectu huius legis quęritur, vtrum procurator, aduocatus, tutor, & pxeneta, possint esse testes. De aduocato, vide qđ no. Inno. in c. ex literis. de transact. & quod dixi ff. de quæstio. l. ex libero. & in Spe. in titu. de teste. §. j. versi. quid de venditore. & Bart. in l. omnibus. C. de testi. Et quid de doctore, dicit Bald. per illum tex. C. de aduoc. diuer. iudic. quod doctor in causa sui scholaris nõ debet reputari suspectus, si producitur in testẽ. Sed certe ex illo tex. non bene infert. Adde Bal. in auth. habita. in xij. colum. C. ne fil. pro pat. vbi est tex. ꝙ potest esse iudex. Et de procuratore, vide Bal. in d. l. omnibus. C. de test. & Inn. & Io. An. in c. insup. & c. cũ a nobis. de testi. Et adde qđ in alio articulo non connexo poterit esse testis. c. secundo requiris. & c. inquisitionibus. de appella. & quod dicitur in eadem causa habet locum in causa appellationis. c. fi. de testi. in vj. & vide in materia glo. in auth. de fide instru. §. quoniam vero. Et de aduocato, adde quod no. Ioan. And. in regula, cũ quis in mercur. in vj. In contractibus potest esse testis: vt no. glos. in d. c. ex literis. de transact. Et de procuratore, vide Bal. in auth. sed nouo iure. in ij. col. si cert. peta. & vide in materia omnino Bal. in l. dictantibus. C. de testamẽ. & per Imo. in d. c. ex literis. de transact. & ibi do. Ant. & vide omnino Ioan. And. in dicta regula, cũ quid. De eo qui fuit iudex, an & quomodo seu quãdo põt esse testis, vide casum not. & ibi late per Imo. in c. dilecti. de testib. Et quid in arbitro? vide Alber. & docto. in l. ne in arbitris. & quod ibi habes post Bar. C. de arbit. & in c. cũ a nobis. de testi. Et ad prædicta nota. regularẽ doctrinã Io. And. in addi. Spec. in tit. de teste. §. j. versi. sed pone ꝙ administrator. ꝙ fides non adhibetur testi deponẽti de facto suo quando ex eo laus aut opprobriũ posset attestanti adscribi. Ita refert, & sequitur Anto. de Butr. in cõsi. suo incip. quæstio hæc dubia vulgaria habet. & dictã doctrinã sequitur idem Ange. in d. c. ex literis. & in dicto c. cum a nobis. & in c. insuper. de test. Adde an pcurator, aduocatus, iudex, possit esse testis in causa in qua aduocauit, procurauit, iudicauit: Bar. consi. cxxiij.

d ¶Non est idoneus. Hoc sequitur Bald. in c. si inter pares. circa fi. princip. de lege Conra. & dixi post Bar. in l. prima. §. & post operis. de operis noui nũciatione. & ponunt Canonistæ in c. insuper. de testi. & dom. Ant. in c. cum a nobis. eodem ti. & moder. in c. fin. de testi. in sexto.

e ¶Esse testis. Proxeneta non põt esse testis. facit quod notat Bar. in l. prima. §. incidit. in fi. ff. ad Turpil. & vide Bal. in l. omnibus. C. de test. & Bal. in authẽ. sed nouo iure. in ij. col. C. si cer. pet. & Bar. in dicta l. omnibus. & Imo. in l. si cui. §. j. de lega. j. Quid autẽ in solicitatore causæ seu litis? videtur idẽ quod in proxeneta. Et hoc tenet do. Ange. & Abb. in c. cũ a nobis. & in c. insup. de testib. Nec videtur distinguendum, vtrũ habeat salariũ vel non: quia quãdo nõ habet salariũ, nõ videtur facere ob solutionẽ, sed ob maximã affectionẽ: ideo potius repellendus est. Cogitabis tamẽ. Adde de proxeneta, & mediatore, sanficello, Bal. cõsi. ccxvj ij. lib. de solicitatore, Ro. consi. cccxx. & ibi de pcuratore.

f POMATES. ¶Vellet procuratorem. Vide Rapha. Cu. consi. lxviij. & lxix. in vlti. colũ. Et de hac materia quã tangit hic Bar. vide aliquid per Fel. post Abb. ibi in c. insup. col. v. in fi. & tribus seq. & Bar. cõs. ccix. & Barba. xlv. colũ. iiij. vol. j. & iiij. col. v. & seq. eo. vol. j. & col. xij. col. xv. & v. col. vij. in fi. volu. ij. & Ant. de But. cõsi. xxiij. colũ. iiij. Rom. clxxxvj. & Imo. cõ. col. iiij. & cv. col. ij. & cxxxiij. & seq. & cxxxvij. & Alex. lxxviij. col. ij. vol. j. vbi ponit de solicitatore causæ. & do. de Ro. in deci. nouis in tit. de testib. xij. fol. lxvij. incip. itẽ ꝙ solicitator. & Alex. cõsi. cxlj. col. iij. ad finẽ vol. & vnũ verbum Fel. in c. cũ ordinẽ. col. ix. in prin. de rescrip. & do. de Ro. decis. v. in tit. de testib. vbi ponit de procuratore. & Ancha. consi. cccxxxj. vbi ponit de pxeneta. & Panor. in c. ij. col. iij. de arbi. in fi. & Ang. in l. dictantibus. ad fi. C. de testa. vbi ponit de aduocato, & pcuratore. & ibi etiã Alex. vbi ponit, an fideiussores possint testificari. & ibi plene ad hæc Ias. col. pe. in fi.

g POMATES. ¶Quid in eo. Videretur tamẽ ꝙ aduocatus, & proxeneta possint esse testes, vnus in causa quã aduocauit, alter vero in causa cõtractus eius medio celebrati: quia nõ tractat principaliter de eorũ cõmodo, maxime in §. legatarius. Insti. de testi. Sed certe põt dici ꝙ ideo repelluntur, quia nõ tractat principaliter de eorũ cõmodo, maxime §. legatarius. cũ tractatur de eorũ honore, qui cõmodo pecuniario præferẽdus est. l. si is qui dẽ. ff. quod met. causa l. Iulianus ff. si quis omis. cau. testa. & l. reprehẽdunt. C. de insti. & substi. cũ multis quæ adduci potuissent. Et facit bene p ista solutione gl. in c. cũ in iuuẽtute. extra, de purga. ca. in ver. tũc. & vide Alex. cxviij. col. ij. vol. ij. & vide etiã Alex. cõsi. clxxij. in ij. col. vol. ij. & vide Alex. cõsi. xix. col. iij. vol. iiij. vbi etiã ponit, qđ in eo qui cessit actiões. & xiij. col.

catus,

Universidad de Deusto Biblioteca

catus.Iuel iudex:an in causa quam aduocauit,possit esse testis. dic vt in cap.Romana.extra,de testi.lib.vj.

Papinianus. [a] Hic dicitur in §.Papi. ꝙ datur directa. sed ī l.reuocata.j.eo.dicitur, ꝙ datur vtilis,& sic contradicunt. Sol.expone vtilis,id est efficax. Et materiam huius legis declara,vt plene dixi supra de solu.l. si quis aliam.

Fisci executor an debeat summatim facere soluere creditoribus illius cuius erant bona capta per ipsum.

Verbum statim, ꝙ denotet summariam cognitionem.

Res quæ.

Res autem. Aduerte,fiscus occupat aliqua bona alicuius exbanniti per executorē ad hoc deputatū, veniunt creditores producētes instrumenta,debet ne executor eis facere solui summarie†,an vero debebūt creditores dare libellū,et expectare sentētiā, & ꝓcedere ordinarie? Dic ꝙ debēt suū iudicē adire,hoc est, ꝓcuratorē Cæsaris, & qd debeat soluere summatim.Casus est in l.si quis posthac.C. de bo.proscr.ibi dū dicit,statim.quod verbū significat summa[b]riam cognitionem:† vt C.vnde vi.leg.momentariæ.quod tene menti.

Plane. Adver.plane.op.de l.ij.§.diuus.ś.eo.tit Sol.Ibi nominauit mandatorem coacte:hic eū sponte in iudicio nominauit. Item opponitur de leg .de eod.Solutio. Hic loquitur quando egit in iudicio ex mandato alterius: sed in lege de eodem loquitur quando dixit se facere ex mandato alterius.

Extat decretum. Nota bene hunc casum.

Cum quidam. Intellige istam legem ꝙ nō videtur factum in fraudem fisci: vt patiatur pœnam dupli.Ita not.C.eod.l.defensionis. lib.x.

Cum mortem. Opp.ad hāc legē de l.si ab hostibus.§.j.ś.fol.mat.Sol.Ibi maritus ipse occidit,vnde nunquā fuit lucratus: ergo merito debetur hæredibus vxoris.hic fuit occisa ab alio. vñ meritus lucratus est,sed est indignus,quia mortem non vindicauit,& ideo applicatur fisco,[c] secundum Iaco.de Are. licet gl. allegauerit illam legem pro concor.

Hypotheca priuati, qua & quando præferatur hypotheca fisci.

si obligo bona mea præsentia, & futura,duobus priuatis diuersis temporibus,quis erit potior in postea quæsitis,ubi ille,cui prius sunt obligata.

Qui ex duobus,cui bona sunt diuersis temporibus obligata,probat fuisse postea quæsita: ubi ꝙ ille qui dicit prioritatem uel posterioritatem.

Sed is qui Licet priuatus habeat hypothecā generalē anteriorem in tempore:tamen fiscus ꝓfertur in bonis post suam obligationem quæsitis .h.d. Opp.ś.qui po.in pig.ha.l.fi.j.respō.vbi in postea q̄sitis præfertur prior. Plures sunt solutiones. Prima ibi,prior priuilegium duplex habebat,scilicet tutelæ & temporis:hic temporis tantum.Istam reprobat Oldr.quia ibi priuilegium præcedentis tutelæ propter nouationem voluntariam,quæ ibi fuit subsecuta,videbatur extinctum:vt supra de nouatio.leg.aliam.Sed non placet ista reprobatio,vt infra dicam.et alij intelligunt illam secundum istam vt prior præferatur in postea quæsitis [d] vsque ad tempus quo cum fisco contractum est[d]. Nec ista, est bona:quia dicit textus de quæsitis,donec prima creditrix vniuersum debitum habeat. Tertij dicunt quod hic cum fisco contraxit antequam mecum. Et secundum hoc quod hic dicitur in postea quæsitis:subaudi,etiam. Nam idem de antea quæsitis. Et pro hac lectura videtur textus huius leg. in fine.ibi:præuenit enim causam pignoris fiscus . & sic innuit quod fiscus prior contraxerit : sed hoc est contra mentem huius leg.quæ vult ponere priuilegium fisci . Nec obstat hæc lex dum dicit præuenit enim . quia intelligo istud præuenit,quod sit præsentis temporis,non præteriti: quasi dicat, fiscus suo priuilegio præuenit causam pignoris.vnde sit præuentio propter priuilegium, non propter tempus. Alij dicunt. & hoc non est in gloss. quod in leg. contraria loquitur de iure communi, non inspecto priuilegio fisci:hic vero loquit̄ de iure speciali. Ego puto quod in l.contraria fuit habitus respectus de priuilegio: tamen quia priuatus habebat aliud priuilegium, scilicet tutelæ, est æqualis conditionis cū fisco:quia vterq; priuilegiatus merito prefert̄ in post ea quæsitis.Ita loquit̄ ibi.Hic vero priuatus nullū habebat priuilegiū, nisi temporis prioritatē,quæ contra fiscum nō attenditur in postea quæsitis:vt hic.& sic est vera prima solutio posita hic in glossa.argumentū pro hoc C. de priui. fisci.l. prima. & ij.Non obstat quod dicit Oldradus qd ibi priuilegium tutelæ erat sublatū per nouationē: quia nouatio volūtaria nō tollit priuilegiū,nisi hoc specialiter sit actum:vt dicta l.altā.§. de nouat. & ibi dixi. Item opponit̄ C.de remis. pigno.l. si ignorāte. vbi prior generalis præfert̄ Reipubli. Solutio. Dicit glos.intellige illā secundū istā, scilicet in quæsitis ante obligationē fisci. Ista glos.dicit verum,si illā l.intelligas de Repu. Romanorū,quę habet priuilegiū, sicut fiscus:vt l.aufertur.§.fiscus.j. eo. Sed si intelligas in alia Republi. tunc nō esset cōtra,quia illa nō habet priuilegium,neq; hypothecā,nisi sicut priuatus:vt C. de iu. reipubli.l.ij.lib.xj.no.j.ad municipales.l.si mile. † Quæro,& reuoco in dubiū similiter, quæ hypotheca præferatur hypothecæ fisci. Quidā distingūt, an præcedat hypotheca specialis, vel generalis, tacita vel expressa.quod nihil est.Dic ergo secundū glo.quod siue præcedat generalis,siue specialis,præfertur fisco in quæsitis ante obligationē fisci:vt hic, & C.qui po. ī pigno. hab.l.si fundum. Item dico secundū Dy.siue præcedat tacita hypotheca, siue expressa.præfert̄ fisco:vt C.rem alie. gerē.l.j. In cōtrariū not.ś.qui pot.in pig.habe.l. si pignus.& male,vt nota per Dy. in l.priuilegia.ś. de priuile. credito.& in c. qui prior. [2] de reg.iur.lib. vj. † Quæro,quid[e] si duo [e] bus priuatis obligo bona mea,præsentia, & futura.diuersis tēporibus: an prior erit potior in postea quæsitis: an simul cōcurrunt? Glos. disputat hic,& videtur tenere quod simul concurrant. Idem tenet in l. idemq;.ś.qui poti. in pigno. habe.l. Iaco. de Aret.disputauit istam quęstionem, & determinauit cōtrariū: scilicet quod prior sit potior in postea quæsitis per l. hac edictali.§.omnibus. C. de secund.nupt.& C. qui pot.in pigno.habe.l.licet. & ibi Cyn. refert disputationem Iacob.de Are.& C. de iure dotium.l. in rebus. in eo quod ibi dicitur, quod est speciale in muliere, quod præferat̄ in re,quā dedit in dotē:ergo ius

v.volu.i.Et de proxeneta,vide Pau.de Ca.in auth.presbyteros. in fi.C. de epi.& cle.& vnū verbū.Fel.in c.veniēs.col.ij.de test.in verſi.& per istū.& in c.cū a nobis.col.iij.ver.secunda cōclusio.de test.cog. Vide etiā Alex.cōsi lvj.col.iij.ad fi.volu.ij.vbi ponit de solicitatore,& pōt colligi ex dictis eius ꝙ dictū taliū, de qbus hic,redderet plenū, qū alij testes, qui deposuissent in eā, essent valde idonei.& lxxxvj. colū. pe. vol.ij. vbi ponit de iudice qui interposuit decretū & de notario qui fecit instrumentū in donatione facta aduenan sint idonei testes &c.vide do. Ant.in c.bonæ.eij.col.ij. de postu.præla. vbi ponit an iudex ex officio posit testes repellere? & Alex. cōsi.cxxxiiij.col.ij. volu.ij. vbi ponit de ꝓcuratore. & cxcix. col.ij.vol.ij. vbi ponit de eo qui tenetur de euictione. & cc. vbi ponit de eo qui dicit se fuisse ad mādatū alterius. & lxiiij.co.ij.vol.ij.vbi loquit̄ in solicitatore. & lxx.col.pe. eo. vol.iij.vbi loquitur in iudice.& ibi generaliter dicit,qū vbicunq; aliquis deponit super eo, ex quo potest sibi adscribi laus, vel vituperiū: ꝙ semp reddit̄ suspectus,& xcix.col. pe. vol.iij.vbi ponit de solicitatore nostro. & Bald.in c.insuper de test. vbi loquitur in solicitatore, tutore,prælato, familiari & amico. & do. Signo. vbi loquit̄ de aduocato, & ꝓcuratore.& cōsi.liij.

¶ Quid in eo. Vide tex. in terminis in c. fi.de testi.in vj.

[a] ¶ Papinianus. Et ꝓ illū tex. dicit Bar.in l.ij.C.si aduer.trāsa. ꝙ lex ciuilis potest restituere actionem directā perempram: prętor vero nō pōt, nisi vtilē. quod not. ad multarū legū intelligentiā. Et hunc tex.no.alleg. Bal. in l.libera. in ij. col.C. de sen.quem vide.

[b] ¶ Summariā cognitionē.No.de ver.siatim.sed Ro.cōtra in l.j.§.j. de verb. obli. Pau.de Ca.ī l.si marito publico. ī prin. ī.so.ma.tenet idē qd Bar.hic. & idē tenet Sali. simpliciter d. l. si qs posthac ī prin.

[c] ¶ Applicatur fisco. Hanc posuit Iac. de Are. in d.l. si ab hostibus.tamē hęc opi. colligitur per l. cum mater.§. si.de bo.dā. ideo vide moder. in d.l.si ab hostibus.& adde Barto.in l.ei qui mortē.ī.de his qui.vt indig. Ange.hic dicit idē,quod Iaco.de Are. Adde Bal.consi.ccxxiij.j.lib.

[d] ¶ Contractum est.Et no.ꝙ fiscus habet tacitam hypothecam in futuris bonis.l.ij.& ibi Bal.in prin.C.de priui. fisci.

[e] ¶ Quæro qd.Si duobus obligo bona mea pręsentia & futura,qs erit potior in futuris. Adde Bar.in d.l.licet.C.qui po.in pig.& Bal.in d.l. assiduis eod. ti.vbi etiā post gl.quærit an hoc etiā habeat locū in eo q̄ prior est tpe, quod sit potior in iure.tenet etiā Bal.in d.l.hac edictali.§.is illud.& Bart.etiā in l. in rebus.C.de iu.do.& vide gl.& ibi vide etiā Pau.de cast.in l.operis.ī loc.

Universidad de Deusto Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto nouo.

Adde Io. And. in addi. ad Spe. in ti. de obli. & ſol. §. j. ver. itē pone. & Bal. cō ſi. cccl xxx viij. j. lib. vbi dicit, quod præfertur primus: niſi ſecundus eſſet priuilegiatus: pura ex dote, primus. vero non.

a ¶ Dicit prioritatē. Qui dicit prioritatē, vel poſterioritatē, vide l. j. & que ibi no. maxime per Bar. C. de iu. fiſ. li. x. & vide Io. de Imo. in l. in illa. in xiiij. ā. eo. de ver. oblig.

b ¶ Eius qui delatorē. Iſtā l. nō alle. ribi in l. Imperator. in fi. a poſt. ma. j. e. & vide ad hāc l. Bal. ī l. j. C. de infa. & in l. gñaliter. C. de reb. credi. Vtrū in iſta ſnia declaratoria requiraī citatio, vide in c. reprehenſibilis. de ap. re. & Ro. in l. is qui bonis. de ver. obl. & ibi not. Et ad hanc l. vide no. in l. iij. §. qd aūt ī. quod qſcq; iur.

c ¶ Nō nocet hęredi. Ficta confeſsio non tranſit in hæredē. & hoc verū, qñ iſta cōfeſsio reſultat ex alio cq; ex morte: ſecus ſi reſultaret ex morte: quia tunc trāſit. Ita no. dicit Bal. per ea, quæ ibi habenī in l. j. §. ij. C. qui teſt. fac. poſſ. & refert iſtud Ro. cōſi. cccv. & vide quod no. in l. ij. de bon. eo. q mortē ſibi cōſci. & vide Bal. ī l. j. §. ij. ā. de calū. Et ad prædicta adde o'no Bal. in c. j. §. ſi vaſallus. feudū. in ti. ſi de feu. fue. cōtrouerſia. & vide Bal. in l. j. C. ex delictis defuncto. & Imo. ind. q a latronibus. §. j. ī. de te. & limita verū, niſi ī crimine lęſe maieſtatis. & in crimine hæreſis: vt no. Bar. in l. j. ad fi. ī. de bon. eor. & adde Bald. in l. is apud quē. ppe fi. C. de edē. & p iſtū tex. dicit no. Bal. ī l. j. ad fi. C. de plus peti. qd ſi pēden. lite deceſsit actor, qui plus petierat, nō tranſit pœna ad hæredē, & hoc verū intelligit Bal. in l. j. in xj. co. C. ex deli. defun. vbi confeſsio ſtat in ſuis finibus: qa tūc nō trāſit ī hæredē ſecus ſi ficta cōfeſsio trāſit in cōdēna. iuris, vel legis: & iō ſi ex ipſo iure pœnā imponeret, trāſiret.

d ¶ Sed p ſnīam. Talis habeī ,p cōfeſſo. & cōuicto, intelligitur p ſnīam nō ipſo iure, & in materia vi de quæ no. Bal. in l. ij. C. qui teſt. fa. poſ. & C. ſi cōtra ius, vel vtili. pub. & Bar. in l. manifeſte. in fi. ī. de iureiur. & vide Bar. ī l. fi. §. quod ſi actor. C. de iura. calum. & dixi poſt Barto. in l. Imperator. ī. eod. & adde Bal. in l. generaliter. in ver. ſi quis. C. de rebus credi. & Bal. in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſan. eccle. ſed Bald. aliter loquitur in l. j. C. ex delic. defunc. in fi. charta. in verſicu. ſcias etiam. Bal. tenet contra Bart. in l. vnica. in xxij. colū. C. de confeſ. vbi omnino vide in l. j. C. de pœna iudi. cū Barto. hic tranſit Bal. in l. tranſigere. in vlti. col. de tranſact. & ibi limitat, q quo ad infamiam non requiritur ſententia. & vtrū requiratur pronūciatio quā in pœnā incidiſſe, vide Bar. in l. creditores. in iij. col. C. de pig. & Bald. in d. l. j. in vj. col. C. ex delic. defun. videtur intelligere dictū Bar. q cōtumax nō habeat ,p confeſſo, niſi ,pnunciet verū eſſe ſi negaī: alias ſecus. Sed an talis confeſsio ficta, & præſumpta, de qua hic, poſsit reuocari docē do de errore, iuxta materiā l. error. C. de iur. & fact. igno. vide quod nota. ſcripſi poſt Bar. in l. j. §. quod obſeruari. C. de iur. calū. & adde quod iſtę contumaciæ habēt inducere præiudiciū tacitę cōfeſsionis. & in præparatorijs, & probatorijs litis, ſed nō ſuper libello. oporet etiā litē ſubſtantiari p interrogationem & rñſionem expreſſam. C. de lit. cōteſt. l. j. ſecunda Ia. de arc. in l. j. §. condēnari. de ven. inſpi. & ſequiī Bal. in c. ſi vaſallus feudū quod in fin. ſi de feu. fue. contro. & adde quod not. in l. de ęrate. & quod ibi dixi ī. de iterrogato. actio. Et ad de quod iſta lex facit ad quæſtionem: epiſcopus confeſſus eſt ſe promiſiſſe Petro centū, vt eum de morte patris non accuſaret: vtrum ex iſta confeſsiōe epiſcopus ſit deponendus, videī q ſic per hanc l. & l. quoniam. & l. furti. §. poteſt. ī. de iſta. Io. Mo. in c. j. de acc. in vj. vbi per Io. And. in nouella. determinat quod nō, ſi talis promiſsio fuit facta, nōdum inſtituta accu. de quo vide Bal. in c. j. §. iniuria. ver. ſeu furtum. de pa. iura. firman. Sed an p hanc confeſsionem poſsit poni ad tormenta, vide Bald. & ibi dixi in l. fi. ī. de quæſtio.

e ¶ Tertio & vltimo. per Bald. in l. prima in vij. colum. C. ex deli. defun.

f ¶ Sed quæro. Vide Bald. in l. ij. in vlti. colum. C. de eden. & adde Bald. in l. j. §. j. ſed & cōſtitutio. ī. de calum. & doct. in ca. fin. de iuramē. calum.

g ¶ Eū qui. Velle tex. Cōtrarium facit qd not. gloſſ. & Barto. in l. ſeq. in princip. ad ſyllania. & in l. j. in iiij. q. princiā. de vul. & pupi..

¶ Secundo quæro. Per Bal. in l. penul. in fine C. de conſtitu. pecu.

cōmune ſe habet in contrariū. Iſtā opinionē tenet etiā Oldrad. & hoc puto verū. & eſt caſus in d. l. vlti. §. qui po. in pigno. hab. quod quādo ſunt duo creditores paris priuilegij, prior præfertur in omnibus, etiam in poſtea quæſitis. † Vltimo quæro, quis debet probare, an poſterior, illa bona eſſe quæſita poſtea: an prior, primo eſſe quæſita in caſu. l. noſtræ. Rñ. ſi prior agit contra ſecundū, debet probare primo quæſita: ar. C. de rei vendi. l. quoties. de pe. hære. l. per ſeruū. Idē ſi fiſcus ageret contra primū, quia deberet ,pbare poſtea quæſita: vt C. de rei vē. l. mī. & de noxa. l. quoties. §. iij. & de iureiu. l. q iuraſſe. & qd ibi no. Et ſic ei q dicit prioritatē, [a] vel poſterioritatē incūbit ,pbatio. Ita dicit Old. quod puto verū, & probaī in l. nō ſolū. §. ſed vt probari. ī. de ope. no. nuncia. & l. eum actum. in fi. & ibi glo. ī. de neg. geſt. & l. matrem. de proba. & extra, de preſcrip. c. fi. in Clemē.

a *Confeſsio ficta defuncti, quod non nocet hæredi.*

Confeſsio ficta filij, non nocet patri.

2 *Clauſula, habeatur pro conuicto & confeſſo, non intelligitur ipſo iure, ſed per ſententiam.*

3 *An in caſu prædicto requiratur ſentētia particularis, vel ſufficiat diffinitiua? Et qualis debeat eſſe ſententia.*

4 *In ciuilibus, pœna quæ infertur ex ficta confeſsione, quod non tranſeat ad hæredes.*

5 *Confeſsio ficta quæ reſultat ex ſententia diffinitiua, an faciat fidem in alijs cauſis: quod non.*

b

Ius qui delatorē. [b]

Iſta eſt ſolennis l. & valde vtilis. & diuidiī. Primo ponit vnū dictū. Secundo determinat vnā q. dependentē ex dicto. Tertio reſpondet cuidā tacitæ obiectioni. Quarto reſponſionem illā determinat: & declarat. Secunda ibi: ſed enim. Tertia ibi: nec enim. Quarta ibi: & plane. & hæc eſt prima lex, quæ dedit mihi honorē in ciuitate iſta. Aduerte, quia gloſſ. nihil dicunt No. † quod licet defunctus habeatur pro confeſſo, hoc tamē nō nocet hæredi. [c] Et hāc l. inter alias allegabā pro caſu in quæſtione illa: quod ſi filius eſt contumax, & ſic habitus pro cōfeſſo, quod talis ficta cōfeſsio nō præiudicet patri. Hanc q. diſputaui: & eam tangit Dyn. & ibi ego ſcripſi in l. cū filius. in prin. ſ. de ver. obli. † Secūdo not. caſum expreſſum quod iſta verba, habeaī ,p cōuicto, ſeu habeaī ,p confeſſo: intelligunī nō ipſo iure, ſed per ſentētiā[d]: vt hic. & hoc idē videī probari. C. de iur. calū. auth. principales. in fi. hoc no. gl. Bernar. extra de iura. cal. c. fi. in fi. & Io. And. extra, de cōfeſ. c. fi. li. vj. & ſic gl. C. de pœna iudi. l. j. quæ dicit, quod ipſo iure, dicit male. Nec ob. l. venales. quā allegat: quia verū eſt, q ſnīa eſt nulla in ſe, ipſo iure: tñ totū ius cauſæ ipſo iure non perdiī: vt hic patet. Sed dubiū † eſt in hoc, ſup quo debet ſentētia ferri: an debet eē quædā interlocutoria particularis talē debere haberi ,p cōfeſſo: vel expecteī ſententia diffinitiua ſup tota cā, vt ſic iudex cōdēnet vel abſoluat, tāq; ſi eſſet cōfeſſus. & tex. in auth. principales, videī loqui de ſentētia diffinitiua. Sed hæc lex videī requrere ſnīam particularē. qd dicemus? Rñ. forte poſſumus ſic dicere. Qñq; illud, ex quo qs debet haberi ,p cōfeſſo, eſt liquidū iudici: quia manifeſte geſtū corā eo, vt ſi fuit cōtumax in nō iurādo de calūnia, vel rñdendo: vt no. in l. certa. in prin. ſ. de cōfeſ. & tūc nō reqriī particularis pronunciatio. Si vero hoc nō liquet iudici: vt in caſu l. noſtræ, nā corruptela nō fit iudice præſente, & intelligē te: & tūc debet prius de crimine conſtare, & ,pnūciari: vt hic. Hoc nō multū placet: quia nec cōtumacia liquet omnino iudici. Quid enim ſi habet cōtumax aliquā iuſtā cauſam, propter quā iurare vel reſpōdere recuſat. Certe iſta iuſta cauſa requirit probationē extrīſecus, ſicut corruptella: & iō puto quod hic ſit caſus expreſſus, quod iudex debet ſuper hoc ,pnunciare expreſſe. Aduerte tñ: quia nō credo quod ſit neceſſe iudicē ,pnunciare ipſum haberi pro cōfeſſo, vel conuicto: ſed ſufficit quod iudex ,pnunciet ipſum cōtumacē in nō rñdēdo, vel in nō iurando. & hoc eſt quod hic dicit tex. quod iudex de crimine pronūciet. ſatis enim eſſet hic ſi iudex ,pnūciaret ipſum corrupiſſe delatorē: pœna autē ſequitur à iure: vt l. j. §. j. ī. ad Turpill. prædicta vera, niſi verbis ſtatutorū aliud inducere-

4 tur. Tertio † & vltimo[e] tene mēti: quia

e puto quod ante illā ,pnūciationē, quā dixi modo, etiā in cauſis ciuilibus, talis pœna nō tranſiret ad hæredes, p hanc l. ciuilis enim eſt hæc cauſa. Facit ad hoc quod dixi vobis in l. j circa prin. ī. de priua. delic.

5 & l. ex iudiciorū. ī. de pub. iud. † Sed quæ

f ro[f] aliqui: habeī ,p cōfeſſo p ſentētiā diffinitiuā: vtrū iſta ficta confeſsio faciat fidē in alijs cauſis? R ñ. habuiſtis tex. exp̄ſſum quod nō, ī. eo. l. ij. §. j. qd ,ppetuo tene mēti.

1 *Si indignus eſt inſtitutus, bona fiſco applicantur adita hæreditate.*

2 *Qui accuſat teſtamentum de falſo, non videtur ex teſtamento adire: ſed ab inteſtato remiſſiue.*

1

Eum qui.

Hic eſt no. §. illud † qd dicī ī multis partibus iuris quod qñ eſt inſtitutus indignus, bona applicanī fiſco, vī debere intelligi adita hęreditate p indignū: alias ſecus. Ita vī

g velle tex.[g] hic. gl. tñ vī circa hoc dubitaſſe,

in l. recuſare. §. li fiſco. ī. ad Treb. facit l. ex

2 facto. §. Iul. Lōginus. ī. de vul. & pup. Itē no. † qd accuſando teſtamētū de falſo, qs nō vī adire, vt hic videtis. qd eſt verū īdubitāter, qd nō vī adire ex teſtamēto quod dicit falſum: an autē videī adire ab inteſtato: dicvt ī l. cū qdā. ī. de bo. poſ. & ibi dixi.

1 *Forenſis an poſſit hic Mediolani teſtari, ſecundum ſtatuta huius ciuitatis.*

2 *Obſides an poſſint dari inter duas ciuitates priuatas.*

Diuus.

Dicī hic, qd bona obſidū debenī fiſco. Quæro, an hoc debeat intelligi viuētibus eis, an poſt eorū mortē. Gloſſ. dicit qd debet itelligi poſt mortē, nō ī eorū vita. hoc

g nō probaī l. tamē gloſſatori noſtro ſic eſt

h viſum, & ita vī æquū. Secundo quæro[h]

de

Universidad de Deusto

de quibus bonis loquatur hæc lex. Gl. dicit de bonis quæsitis in obsidatu. Nam de bonis, quæ reliquit domi, non pōt intelligi q̄ applicentur fisco: sicut nec bona captiuorum relicta apud suos. & hoc satis placet. Alij dicunt etiam de bonis ante quæsitis, quod pōt esse verū, si secū portauerint in obsidatu. Quæro, de quibus obsidibus loquitur. Dic de obsidibus datis Imperatori pro aliquo pacto seruando, vel pro aliquo captiuo redimendo, quos cōstat testari non posse: licet nō sint capite minuti: vt l. obsides. §. de testa. ita dicit gl. Itē dicitur hic, sicuti captiuorum. Quæro, de quibus captiuis loquitur hic, dicit glo. potest intelligi de hostibus: q̄ propter virtutē bellicā capiūtur, tūc enim oīa bona sua publicātur, et ipsi serui efficiūtur. Aduerte, dñs Ia. de bel. in auth. de hære. & fal. circa prin. ī iij. opp. dicit, q̄ qñ capitur vniuersitas personarū, vt quædam ciuitas, non est verū q̄ ipsi serui efficiātur. sed quando capitur vnus singularis homo: tunc secus. & secundum hoc non procederet dictum huius gl. De hoc tangam. infra ti. j. l. hostes. Alij intelligunt hic, quod loquatur de captiuis non proprie, vt de portatis in insulā, qui propter eorū delicta sunt capti & detenti, tunc bona per eos quæsita nō publicantur eis viuis, sed eis mortuis: vt C. de bo. dā. l. deportati. et tunc est vera similitudo obsidum. quod satis placet. †Vltimo Ia. de Are. inducit istas ll. in ar. ad qōnem, vtrum forensis possit testari hic, secundū statuta huius ciuitatis. Et hic videtur casus q̄ non. Nā obsides populi Romani, licet nō efficiantur serui, q̄a nō sunt capite minuti, vt dictum est: tñ apud Romanos non possunt testari, nisi assumpto vsu togę fiant ciues Romani plene dico
2 in repe. C. de sum. tri. l. cūctos populos. †Quæro, vtrū[a] inter
